Agiografia

Santi

AGATHA

CATANENSIS.

AGATHA CATANENSIS,
SIVE
DE NATALI PATRIA
D. AGATHAE
DISSERTATIO
HISTORICA APOLOGETICA:

AVCTORE
D. IO. BAPTISTA DE GROSSIS
S. T. & V. I. D. PROTHONOTARIO APOSTOLICO,
AC REGIÆ ET INSIGNIS ECCLESIÆ COLLEGIATÆ B. M.
de Eleemosyna Canonico.



CATANÆ IN ÆDIBVS ILLVSTRISS. SENATVS.
Apud Vincentium Petronium. Anno Domini M. DC. LVI.
AVCTORIS SVMPTV.

Superiorum permissu.

INCLYTAE VIRGINI MARTYRI CATANENSI,

DEO DILECTÆ, CHRISTI SPONSÆ,

DEIPARAE FILIAE ET ANCILLAE

AGATHAE

TVTELARI CATANENSIVM NVMINI,

vbi Mundo ibi Cœlo per Martyrium exortæ,

IO. BAPTISTA DE GROSSIS

Dicatissimus seruus ac conciuis
se suaque D. D. D.

SVB tua tutela sum, Inuictissima Christi Athleta, dum pro Te prælior. Me nunc iterum Tibi sisto, sisto & ea quæ à me. Primas ingenioli mei lucubrationes Tibi sacras volui, posteriores hasce, qualescumq; illæ sint, alteri sacras nolui, alteri non debui. Inscribo Tibi, quod de Te scripsi, Magno Nomini tuo dico quod de Te, de Natali tuo, de Patria tua dixi. Tibi labores meos lito, qui ab auxilij tui vtero prodiere. Oblationem hanc hoc ipso Tibi placituram spero, quòd veritati litat, dum Te Catanę natam definire gestit, & Aduersariorum lubentiam nouis expugnare contendit argumentis. Non insolens nec ingrata in rebus literarijs oblatio. A regijs Iunonis mammis lac olim decidit, & humi lacteum florem subito effinxit. Cur non liceat Tibi Diua Virgo Palladiæ vrbis germini, tutelari item Numini, me Mamillę tuę lacte tot annis enutritum Natalis tui candidum reddere Defensorem, floribus onustum, & fructu? Excipe igitur Bona Virgo munus hoc in obsequij tesseram, exile quamuis & exiguũ. Munus accipe, sed munus hoc munere dona, vt dum Liber tibi sistitur, liber ab omni macula tuis precibus fiat, qui illud offert.

SAN-

LECTORI MEO.

REdeo coactus ad calamū; descēdere in arenā cogor inuitus, licèt qui nuper scripsit *Augustinus Inueges* nō inuitus me vocet, vltroneus impellat, cōpellatq; obfirmatę inter duas principes Sicilię vrbes, Catanam scil. & Panormum, de Natali D. Agathæ Patria concertationis leuem originem, tumultuarium progressum, Aduersariorum denique rationes seriò congessisse ratus, Pęana item sibi canens, nedum victoriam aut Triumphum. Cum illo igitur præcipuè mihi agendum fuit, qui partes omnium egisse visus est. Methodum propterea illius sectari oportuit, quem sector ducem. Præit ille, egò pedissequus; & vt aiebat *Lapus allegat.* §1. ensem ense, pedem pede, cuspidem cuspide repello. Hoc statutum, hoc obseruatum mihi; nec enim aliter volui, nō aliter potui, haud aliter debui.

Non est propterea cur temeritatis insimuler, quòd rudis & imperitus athleta in arenam prosilierim, & maiori me discrimini ac operi accinxerim, cui vires impares, impar ingenium, dispar fortuna. Sententiam sustine. Pro Patria, pro Ciue, pro Veritate tandem decerto. Pietati, Religioni, Veritati calamus noster obsequitur. Rem pluribus non explico, satis istud mihi, sit etiam tibi. Nemo veritati famulantem damnare debet. Magnum opus ac difficultatū salebris implicitum exiguis viribus aggressus sum. Fateor. Sed exiguæ vires fuissent, & nullæ si meæ. Addidit animum diua Conciuis Agatha, in cuius obsequium cedit exilis hic labor & disceptatio. Fortis quælibet imbecillitas est, quæ veritati nititur, quam superna cingit imò & animat Agathæ protectio. Vena languentis ingenij animatur desiderio, inquiebat *Petrus Blesensis*, stylum iacentem erigit accensa charitate deuotio. *tract. de Instit. Episcop.*

Pro Conciue itaq; calamus noster militat, atq; adeò suo iure in aliena castra potest irrumpere, & inde auferre, quæ nostris possint inferri. Ita tamen contendit, vt si quando Veritas feriat, nunquam tamen sanguinis gustam eliciat. Qui verum dicit neminem lædit, nisi quem Veritas dolet. Quòd si fortasse aliquid exciderit asperum, aut minus lene, quàm par fuisset, ignosces æquissime Lector, noueris me nihil minus voluisse, Veritatis defendendę ardor exstimulauit,

vt non poſſem non dicere malum & tenebras quod eſt malum & tenebræ. Cæterum abſit vt gloriam ex alieno dedecore velim aucupari. Rubor mihi eſt inde velle venari gloriam, vnde alter erubeſcat.

Opuſculi argumentum non eſt cur præmoneam, aut ſcribendi cauſam præfigam; habes illud in ipſa libelli fronte, iſtam in præliminari operis diſcurſu. Scriptum protenſum eſt, & diffuſum, ſi ad vnicum & ſolum Argumentum ſpectes, breue tamen, & contractum ſi aduerſi Libelli paginas opponas. Potuiſſet alius reſpondiſſe breuius, ego volui prolixius, (ſi prolixum dici queat, quod pluribus obiectis oportuit ſatisfacere) ne aliquid aut minus ſolidum, aut magis acerbũ infringeret opus, aut inficeret. Nimiam breuitatem vitaui, ne ſit ipſa Breuitas altera Obſcuritas, vt aiebat *Auguſtinus*, [*tract. 65 in Ioannem.*] & damnum faceret intelligentiæ, vt dicebat *Hieronymus*. [*Proæm. lib. 11. in Iſaiam*] Extorſit plura cauſæ grauitas, & legentis commoditas, ne ad alios libros remitteretur, aptius putans offerre habenti, quàm differre non habentem.

Porrò antequam finiam, illud oportet te ſcire, & me monere. Stadium mihi ſtudium fuit, non ambulaui per illud, ſed cucurri. Paucorum menſium ſpatio, noua incude (ex veteri quam antea mihi ipſi præſcripſeram, antequam editus ab *Inueges* libellus ad meam perueniſſet notitiam) formatum eſt volumen hoc, & in hanc, quam vides, methodum ſeriemq; digeſtum; domeſticis tamen diſtentus curis, forenſibus implexus negotijs, Typographi item facto, fortunæ tandem nunquam non ſæuientis actus ærumnis, operis editionem hactenus differre ſum coactus. Feſtinationis cauſæ, moræ item omnis amoliendæ cauſæ plures fuere; potiores referam dumtaxat.

[*epiſt. 65.*] Vrgebat monitum illud Baſilij, *Reſponſio prompta eſſe debet, non nimis cunctabunda*, ne aliàs ſilentium arguat conſenſum, aut taciturnitas conſcientiæ prodat timiditatem. Tum ne Aduerſariorum prætenſio incurioſè neglecta latius diffuſa vires acquireret eundo, & placere inciperet nouitatem affectatoribus, apud quos, vt ait *Thucydides*, [*lib. 1.*] negligitur veritatis inueſtigatio, & qui ad ea, quę forte & temere oblata ſunt, potius feruntur.

In hoc igitur libello ſpecioſa ne quæras, nec elaborata, ſed vſu neceſſaria; Animo hæc ſcribo, non auribus. Verum illud *B. Ennodij*. [*dict. 3.*] Sine phaleris eſt omne quod dictat affectio,

ad vnguem fabricantur illa, quæ volumus non tam speciem habere, quàm similitudinem. Forte etiam magis in verbis placebit, quia placere non studuit. Sermo veræ puritatis, aiebat *Nicolaus*, vel puræ veritatis illibatus debet esse, & facilis, nec artificioso colorum velamine desiderat opacari. *not. S. Bernard epist. 49.*

Iam igitur in arenam descendo, nec tamen per hoc trepidus ero, vt aiebat *Augustinus*, ad prōferendam sententiam meam, in qua magis amabo inspici à rectis, quàm morderi à peruersis. Nullus reprehensor formidandus est amatori Veritatis: etenim aut inimicus reprehensurus est, aut amicus, si inimicus insultat, ferendus est, amicus autem si errat, docendus, si docet, audiendus. *In proœ. lib. 2. de Trinit.*

D. Augustinus lib. de Libero Arbitrio.

Si de Veritate scandalum sumitur, vtilius permittitur nasci scandalum, quàm vt veritas relinquatur.

Stobæus Apophteg. 60.

Ignis quò pluribus lignis obruitur, eo magis accenditur, sic & Veritas, quò magis oppugnatur, eò magis emicat, atque illustratur.

D. Thomas Opusc. contra impet. Relig. cap. 23.

Ostenditur plus se diligere, quàm veritatem, qui veritatis aduersarijs non resistit, vt sibi pacem quærat.

R. P. AN-

R. P. ANTONINI NARI SOC. IESV PRESBYTERI.

Anagramma purum.

In Diuæ Agathæ Laudem.

CAtana vrbs regia, & in Æthnæ tractu sita.
ex Polibio.

In te Beata Agatha nascitur, & renascitur.

Eiusdem.

Aliud Anagramma.

SAncta Agata Virgo, & Martir.

Tu gratiosa Catanæ Margarita. Additur A.

Eiusdem.

Aliud Anagramma.

SAncta Agata est Virgo, & Martir ingenua.

Ego sum Catanae orta, & irrigata sãguine. Additur O.

Eiusdem.

Ad Auctorem.

Anagramma purum.

DOmnus Iohannes Baptista de Grossis.

Gratiosa nobis, & mundo dispensas.

D. FLAVII VENTRILII V. I. D. Parthenopæi

Ad Auctorem.

Domnus IOANNES BAPTISTA GROSSVS Canonicus Catanensis.

Anagramma purum.

SAna doctrina sapiens cognoscis, antestas omnibus vnus.

D. IOAN-

D. IO. BAPTISTAE DE GROSSIS
SICVLO CATANENSI

S. T. ET V. I. D. PROTHONOTARIO APOSTOLICO,
ac Ecclesiæ B. Mariæ de Eleemosyna Canonico,
Filio de Patria optimè merito,
Catanensium Veritatum Vindici Acerrimo,
Sectatori Strenuissimo,
ac
Chronographo solertissimo.
Scientiarum omnigenarum Musæo,
Historicorum (nostræ Tempestatis) Antesignano,
Summe
Ab omnibus, Exteris, & Municipibus
venerando.
Immortalibus Panegyricis & Præconijs ad Æthera
euehendo,
Qui dũ Vindicias AGATHÆ Catanensis, ABBATIS que TVDESCHII
in Lucem profert
Virorum Integerrimorum æqui examinis trutinæ consistendas,
Suum, Ipsorumque Conciuium Nomen,
non tam à virulẽtis Aristarchorum Catanensis Gloriæ aculeis vindicat;
quàm à tenebricosis atræ obliuionis latebris eripit.
Quin ipsis loquacis FAMÆ Plumis in Æternitatis Chronica digerit,
& refert.
Euomat nunc consultò Tumens suis Præcordijs mortiferum,
Atrox Inuidia Virus;
Et inuidi tuæ Immortalis Gloriæ ob strepent, imperiti Zoili.
Semper enim Tua, tuæque Æterna Patriæ Fama, non vnquam
Moritura, è mentium Mortalium Memoria teterrimũ delebit Obliuiũ.
Viue igitur diù Fœlix, & accipe hoc qualecunque illud est,
ex amenissimo Virtutum tuarum vireto collectum Pancarpium,
Tuo Egregio Capiti sistendum;
Quod vnà cum hac (ob tui Animi monumentum) Tessera,
Tui Æterni Nominis Immortalitati offerebat, sacrabat,
inter alios Deuinctissimus.

P. F. IOANNES FRANCISCVS VARVESI MESSANENSIS
Ord. Fr. Min. S. Francisci Capuccinorum Sacerdos, & S. T. Professor,
Olim Academiæ Fucinensis Nobilissimæ Vrbis Messanæ Alumnus.

All-

All'Immortalità della Felice Penna del Sig. D. Giouan Battista Grossi.

SONETTO.

Per la Sua S. AGATA Catanese.

Del P. F. Gio. Francesco da Messina Predicator Capuccino, e già Accademico della Fucina della Nobil Città di Messina.

HOr che d'AGATHA Santa il chiaro grido
Fai, che dal Scita al Mauritanio Atlante,
E che dal nostro al più remoto Lido
Corra la FAMA à riportar volante,
Saggio Scrittor; Ben è raggion che fido
Mostri ver te CATANIA il suo sembiante;
E de tuoi preggi gloriosi vn nido
Formi nel proprio Cuor sagace Amante.
Hor qual potrà delle tue Glorie Illustri
Penna audace toccarne il vanto, e'l segno,
Per giusto premio à tai fatiche industri,
Quando quel sacro, e memorabil Pegno,
Che conserua tua Patria, à mille lustri
Opra in Carte eternar fia del tuo INGEGNO.

In lode della Gloriosa, e preclarissima Vergine, e Martire S. AGATA Catanese.

Madrigale.

Dell'istesso per sua Deuotione.

O de verzieri eterni,
Oue ride perpetuo il vago Aprile
Rosa Bella e Gentile,
Tinta da cento, e mille
Del tuo Sanguigno humor purpuree stille.
AGATA Fortunata,
Te Felice, e Beata,
Che quasi Perla pretiosa, e fina
Nata in Grembo à conchiglia peregrina;
Per ornarne il Diadema Glorioso
Del Tuo Celeste Sposo,
Fosti scelta tra l'onde
Delle CATANEE Sponde,
Deh per me prega il Gran Motor Sourano
Che disciolta quest'Alma
Dalla Terrena salma
Per opra di sua Mano;
Quasi squadrata Pietra
Sij collocata alla Città dell'Etra.

IN-

AL SIG. DOTTOR D. GIO. BATTISTA GROSSI

SONETTO,

Di Fra D. Mariano Perrello.

✝ Vincer il tempo, ed auuiuare i Morti,
Dar lingua a i Marmi, ed eternar le carte,
Far gloriosa la Città di Marte,
Scacciar l'oblio in mille modi, e sorti.
✝ Mostrar gl'estinti Heroi viui, e risorti,
Far parlar i Metalli in ogni parte,
O sia Grossi gentil ingegno, ò arte,
Caggion d'inuidia à gli Scrittori porti.
✝ Se le prische memorie a noi descriui,
E di vestigia antiche vna gran Soma,
La Nobil Patria, e le sue glorie auuiui.
✝ E se gran tempo giacque oppressa, e doma,
Non è però, che la pareggi, ò arriui,
Ne l'antica Cartagine, ne Roma.

AL SIG. DOTTOR D. GIO. BATTISTA DE GROSSI

Per l'Opera intitolata.

AGATHA CATANENSIS,

SONETTO

Di Don Giuseppe Munebria.

✝ Mentre in vasto Ocèan pro le guerriero
Premi la penna a soffogar l' Oblio,
GROSSI, preconizzar Tromba sent'io,
Che d'AGATA il Natal concordi al vero.
✝ E se d' Orèro emulator penfiero
Con Fil d'Aracne inutil tela ordìo,
Tù defensor del patrio Ciel natio,
Lattricato di Sol, scorgi il sentiero.
✝ Pregio de l'Opere tue degno Scrittore,
Ch'espugnata l'inuidia in mezzo à l'armi,
Spieghi corone al crin di Vincitore.
✝ Gia la spada d'Astrea di veder parmi
Dal Ciel discesa; E per ben dritto honore
Incidere il tuo Nome in bronzi, e in marmi.

✝✝ SO-

SONETTO

DEL SIGNOR DON FRANCESCO MORABITO.

S'allude vgual vanto nell'armi, e nelle lettere,

Tra L'Autore, e Guglielmo Grossi suo antenato.

BEn al par di Guglielmo il tuo guerriero
Splendon, Grossi, i tuoi pregi, à i pregi suoi.
Se vgual gara d'honor scorgo fra voi
In calcar dele glorie il bel Sentiero.
Quel nel campo di Marte il Brando altiero
Ruotò, trionfator d'incliti Heroi;
Tu, splendor del Liceo, con fogli tuoi
Rompi di Morte il fulmine seuero.
Quel ne' trionfi suoi nobil si fèo
Teatro il Mondo, e domò il Tempo edace:
Tu de' tuoi propri honor t'alzi vn trofeo.
Quel fù in girar il ferro vn nuouo Aiace.
Tu se' in trattar la penna vn vero Orfeo:
Quel vinse in guerra, e tu trionfi in pace:

Al Dottor Canonico Il Signor Don GIO. BATTISTA GROSSI.

HOr, che tumido il sen, tumido il gozzo,
Vome l'Inuidia sviscerato il fele,
E l'ingozzato attossicato mele
Manda con fiato imputridito, e sozzo:
E instoliditi i zoili le vele
Piegan al GROSSI, e con letal singhiozzo;
Squallido il viso, e rincuruato il cozzo,
Dan strida al Ciel con flebili querele.
Spirate voi Zefiri lieui, e amanti,
Fresc'Aure: e voi ringerminate i fiori
Prati fecondi, & odorosi Acanti.
E del GROSSI IMMORTAL serto d'honori
Cingete al crine; e in gloriosi vanti
Tergete al Sacro volto i bei sudori.

Del Signor Gio. Battista Guarneri.

IN-

INDEX

Capitum, & Excursuum in hoc Libello contentorum.

++ 2 plus

Ex-

Caput

vt non possem non dicere malum & tenebras quod est malum & tenebræ. Cæterum absit vt gloriam ex alieno dedecore velim aucupari. Rubor mihi est inde velle venari gloriam, vnde alter erubescat.

Opusculi argumentum non est cur præmoneam, aut scribendi causam præfigam; habes illud in ipsa libelli fronte, istam in præliminari operis discursu. Scriptum protensum est, & diffusum, si ad vnicum & solum Argumentum spectes, breue tamen & contractum si aduersi Libelli paginas opponas. Potuisset alius respondisse breuius, ego volui prolixius, (si prolixum dici queat, quod pluribus obiectis oportuit satisfacere.) ne aliquid aut minus solidum, aut magis acerbũ infringeret opus, aut inficeret. Nimiam breuitatem vitaui, [*tract. 65 in Ioannem.*] ne sit ipsa Breuitas altera Obscuritas, vt aiebat *Augustinus*, [*Proœm. lib. 11. in Isaiam*] & damnum faceret intelligentiæ, vt dicebat *Hieronymus*. Extorsit plura causæ grauitas, & legentis commoditas, ne ad alios libros remitteretur, aptius putans offerre habenti, quàm differre non habentem.

Porrò antequam finiam, illud oportet te scire, & me monere. Stadium mihi studium fuit, non ambulaui per illud, sed cucurri. Paucorum mensium spatio, noua incude (ex veteri quam antea mihi ipsi præscripseram, antequam editus ab *Inueges* libellus ad meam peruenisset notitiam) formatum est volumen hoc, & in hanc, quam vides, methodum seriemq; digestum; domesticis tamen distentus curis, forensibus implexus negotijs, Typographi item facto, fortunæ tandem nunquam non sæuientis actus ærumnis, operis editionem hactenus differre sum coactus. Festinationis causæ, moræ item omnis amoliendæ causæ plures fuere; potiores referam dumtaxat.

[*epist. 65.*] Vrgebat monitum illud Basilij, *Responsio prompta esse debet, non nimis cunctabunda*, ne aliàs silentium arguat consensum, aut taciturnitas conscientiæ prodat timiditatem. Tum ne Aduersariorum prætensio incuriosè neglecta latius diffusa vires acquireret eundo, & placere inciperet nouitatem affectatoribus, apud quos, vt ait *Thucydides*, [*lib. 1.*] negligitur veritatis inuestigatio, & qui ad ea, quę forte & temere oblata sunt, potius feruntur.

In hoc igitur libello speciosa ne quæras, nec elaborata, sed vsu necessaria; Animo hæc scribo, non auribus. Verum [*dict. 3.*] illud *B. Ennodij*. Sine phaleris est omne quod dictat affectio,

ad vnguem fabricantur illa, quæ volumus non tam speciem habere, quàm similitudinem. Forte etiam magis in verbis placebit, quia placere non studuit. Sermo veræ puritatis, aiebat *Nicolaus*, vel puræ veritatis illibatus debet esse, & facilis, nec artificioso colorum velamine desiderat opacari. *not. S. Bernard epist. 49.*

Iam igitur in arenam descendo, nec tamen per hoc trepidus ero, vt aiebat *Augustinus*, ad proferendam sententiam meam, in qua magis amabo inspici à rectis, quàm morderi à peruersis. Nullus reprehensor formidandus est amatori Veritatis: etenim aut inimicus reprehensurus est, aut amicus, si inimicus insultat, ferendus est, amicus autem si errat, docendus, si docet, audiendus. *In proœ. lib. 2. de Trinit.*

D. Augustinus lib. de Libero Arbitrio.

Si de Veritate scandalum sumitur, vtilius permittitur nasci scandalum, quàm vt veritas relinquatur.

Stobæus Apophteg. 60.

Ignis quò pluribus lignis obruitur, eo magis accenditur, sic & Veritas, quò magis oppugnatur, eò magis emicat, atque illustratur.

D. Thomas Opusc. contra impugn. Relig. cap. 13.

Ostenditur plus se diligere, quàm veritatem, qui veritatis aduersarijs non resistit, vt sibi pacem quærat.

R. P. AN-

R. P. ANTONINI NARI SOC. IESV PRESBYTERI.

Anagramma purum.

In Diuæ Agathæ Laudem.

CAtana vrbs regia, & in Æthnæ tractu sita.
ex Polibio.
In te Beata Agatha nascitur, & renascitur.

Eiusdem.

Aliud Anagramma.

SAncta Agata Virgo, & Martir.
Tu gratiosa Catanæ Margarita. Additur A.

Eiusdem.

Aliud Anagramma.

SAncta Agata est Virgo, & Martir ingenua.
Ego sum Catanæ orta, & irrigata sãguine. Additur O.

Eiusdem.

Ad Auctorem.

Anagramma purum.

DOmnus Ioannes Baptista de Grossis.
Gratiosa nobis, & mundo dispensas.

D. FLAVII VENTRIGLII V. I. D. Parthenopæi

Ad Auctorem.

Domnus IOANNES BAPTISTA GROSSVS Canonicus Catanensis.

Anagramma purum.

SAna doctrina sapiens cognoscis, antestas omnibus vnus.

D. IOAN-

D. IO. BAPTISTAE DE GROSSIS

SICVLO CATANENSI

S. T. ET V. I. D. PROTHONOTARIO APOSTOLICO,
ac Ecclesiæ B. Mariæ de Eleemosyna Canonico,
Filio de Patria optime merito,
Catanensium Veritatum Vindici Acerrimo,
Sectatori Strenuissimo,
ac
Chronographo solertissimo.
Scientiarum omnigenarum Musæo,
Historicorum (nostræ Tempestatis) Antesignano,
Summe
Ab omnibus, Exteris, & Municipibus
venerando.
Immortalibus Panegyricis & Præconijs ad Æthera
euchendo,
Qui dū Vindicias AGATHÆ Catanensis, ABBATIS que TVDESCHII
in Lucem profert
Virorum Integerrimorum æqui examinis trutinæ consistendas,
Suum, Ipsorumque Concivium Nomen,
non tam à virulētis Aristarchorum Catanensis Gloriæ aculeis vindicat;
quàm à tenebricosis atræ obliuionis latebris eripit.
Quin ipsis loquacis FAMÆ Plumis in Æternitatis Chronica digerit,
& refert.
Euomat nunc consultò Tumens suis Præcordijs mortiferum,
Atrox Inuidia Virus;
Et inuidi tuæ Immortalis Gloriæ ob trepent, imperiti Zoili.
Semper enim Tua, tuæque Æterna Patriæ Fama, non vnquam
Moritura, è mentium Mortalium Memoria teterrimū delebit Obliuiū.
Viue igitur diù Fœlix, & accipe hoc qualecunque illud est,
ex amenissimo Virtutum tuarum vireto collectum Pancarpium,
Tuo Egregio Capiti sistendum;
Quod vnà cum hac (ob tui Animi monumentum) Tessera,
Tui Æterni Nominis Immortalitati offerebat, sacrabat,
inter alios Deuinctissimus.

P. F. IOANNES FRANCISCVS VARVESI MESSANENSIS
Ord. Fr. Min. S. Francisci Capuccinorum Sacerdos, & S. T. Professor,
Olim Academiæ Fucinensis Nobilissimæ Vrbis Messanæ Alumnus.

All'-

All'Immortalità della Felice Penna del Sig. D. Giouan Battista Grossi.

S O N E T T O.

Per la Sua S. A G A T A Catanese.

Del P. F. Gio. Francesco da Messina Predicator Capuccino, e già Accademico della Fucina della Nobil Città di Messina.

HOr che d'AGATHA Santa il chiaro grido
Fai, che dal Scita al Mauritanio Atlante,
E che dal nostro al più remoto Lido
Corra la FAMA à riportar volante,
Saggio Scrittor; Ben è raggion che fido
Mostri ver te CATANIA il suo sembiante;
E de tuoi preggi gloriosi vn nido
Formi nel proprio Cuor sagace Amante.
Hor qual potrà delle tue Glorie Illustri
Penna audace toccarne il vanto, e'l segno,
Per giusto premio à tai fatiche industri,
Quando quel sacro, e memorabil Pegno,
Che conserua tua Patria, à mille lustri
Opra in Carte eternar sà del tuo INGEGNO.

In lode della Gloriosa, e preclarissima
Vergine, e Martire S. A G A T A Catanese.

Madrigale.

Dell'istesso per sua Deuotione.

O de verzieri eterni,
Oue ride perpetuo il vago Aprile
Rosa Bella e Gentile,
Tinta da cento, e mille
Del tuo Sanguigno humor purpuree stille.
AGATA Fortunata,
Te Felice, e Beata,
Che quasi Perla pretiosa, e fina,
Nata in Grembo à conchiglia peregrina;
Per ornarne il Diadema Glorioso
Del Tuo Celeste Sposo,
Fosti scelta tra l'onde
Delle CATANEE Sponde,
Deh per me prega il Gran Motor Sourano
Che disciolta quest'Alma
Dalla Terrena salma,
Per opra di sua Mano,
Quasi squadrata Pietra,
Sij collocata alla Città dell'Etra.

IN-

AL SIG. DOTTOR D. GIO. BATTISTA GROSSI

SONETTO.

Di Fra D. Mariano Perrello.

Vincer il tempo, ed auuiuare i Morti,
Dar lingua a i Marmi, ed eternar le carte,
Far gloriosa la Città di Marte,
Scacciar l'oblio in mille modi, e sorti.
Mostrar gl'estinti Heroi viui, e risorti,
Far parlar i Metalli in ogni parte,
O sia Grossi gentil ingegno, ò arte,
Caggion d'inuidia à gli Scrittori potti,
Se le prische memorie à noi descriui,
E di vestigia antiche vna gran Soma,
La Nobil Patria, e le sue glorie auuiui.
E se gran tempo giacque oppressa, e doma,
Non è però, ch'à la pareggi, ò arriui,
Ne l'antica Cartagine, ne Roma.

AL SIG. DOTTOR D. GIO. BATTISTA DE GROSSI

Per l'Opera intitolata.

AGATHA CATANENSIS.

SONETTO

Di Don Giuseppe Munebria.

Mentre in vasto Ocèan pro le guerriero
Premi la penna a soffogar l'Oblio,
GROSSI, preconizzar Tromba sent'io,
Che d'AGATA il Natal concordi al vero.
E se d'Orèro emulator penfiero
Con Fil d'Aracne inutil tela ordio,
Tù difensor del patrio Ciel natio,
Lastricato di Sol, scorgi il sentiero.
Pregio de l'Opere tue degno Scrittore,
Ch'espugnata l'inuidia in mezzo à l'armi,
Spieghi corone al crin di Vincitore.
Gia la spada d'Astrea di veder parmi
Dal Ciel discesa; E per ben dritto honore
Incidere il tuo Nome in bronzi, e in marmi.

SONETTO
DEL SIGNOR DON FRANCESCO MORABITO.

S'allude vgual vanto nell'armi, e nelle lettere,

Tra L'Autore, e Guglielmo Grossi suo antenato.

BEn al par di Guglielmo il tuo guerriero
Splendon, Grossi, i tuoi pregi, à i pregi suoi,
Se vgual gara d'honor scorgo fra voi
In calcar dele glorie il bel Sentiero.
Quel nel campo di Marte il Brando altiero
Ruotò, trionfator d'incliti Heroi;
Tu, splendor del Liceo, con fogli tuoi
Rompi di Morte il fulmine seuero.
Quel ne' trionfi suoi nobil si fèo
Teatro il Mondo, e domò il Tempo edace:
Tu de' tuoi propri honor t'alzi vn trofeo.
Quel fù in girar il ferro vn nuouo Aiace.
Tu se' in trattar la penna vn vero Orfeo:
Quel vinse in guerra, e tu trionfi in pace:

Al Dottor Canonico Il Signor Don GIO. BATTISTA GROSSI.

HOr, che tumido il sen, tumido il gozzo,
Vome l'Inuidia susscerato il fele,
E l'ingozzato attossicato mele
Manda con fiato imputridito, e sozzo:
E instoliditi i zoili le vele
Piegan al GROSSI, e con letal singhiozzo;
Squallido il viso, e rincuruato il cozzo,
Dan strida al Ciel con flebili querele.
Spirate voi Zefiri lieui, e amanti,
Fresc'Aure: e voi ringerminate i fiori
Prati fecondi, & odorosi Acanti.
E del GROSSI IMMORTAL serto d'honori
Cingete al crine; e in gloriosi vanti
Tergete al Sacro volto i bei sudori.

Del Signor Gio. Battista Guarneri.

IN-

INDEX

Capitum, & Excursuum in hoc Libello contentorum.

++ 2 plus.

Ex-

Caput

Ca-

A

AGATHA
B CATANENSIS,
SIVE
DE NATALI PATRIA
D. AGATHAE
C DISSERTATIO HISTORICA.

AVCTORE
D. IO. BAPTISTA DE GROSSIS
S. T. & V. I. D. Prothonotario Apostolico, ac Regiæ & Insignis Collegiatæ Catanensis Ecclesiæ Canonico.

TOTIVS DISSERTATIONIS PROLOQVIVM.

CAPVT PRIMVM.

CATANAM Vrbem antiquitate præstan-
D tem, pientissima in Deum religione, quã
ab Apostolorũ Principe per D. Berillum,
ab ipsis adnascentis fidei exordijs suscepit,
iure Clarissimam, Reipublicæ forma inter
Principes Vrbes Illustrem, suorum virtu-
te Maiorum vix vlli secundam, Romano-
rum Pretorum Sedem, Amplissimum Regum Domicilium,
eorumdemq; Turricem semper acerrimam, ipsisq; in omni

fortuna fideliſſimam, Siculæ Nobilitatis ſcaturiginem, Militaris gloriæ ſplendore præcipuam, ob egregia in Reges Regnumque promerita præcipuis auctam honoribus, Priuilegijs ornatam, Beneficijs communitam, maximè omnium Glorioſam reddit ac celebrem nobiliſſima Filiorum ac Ciuium ſoboles, quos Cœlo Mundoq; peperit Illuſtres, quà effuſo ſanguine purpurantes, quà Virginitatis candore albeſcentes, quà ſemper virentibus confeſſionum Corollis redimitos, quà Thiaris auguſtioribus, Regum item Coronis, Sceptris, Purpuris, Infulis tandem ſpectatiſſimos: inter quos vna longè Auguſtior excellit AGATHA Virgo Sanctiſſima, cuius Natalitijs, vt verè, ſic iure lætabundam, imò exultabundam ſuſpiciunt vniuerſi, ciues, exteriq; venerantur, vt iure cadat in Catanam quod aliò ſpectans dixerat quiſpiam, *Sufficit filiam te habuiſſe AGATHAM*. A B

Atqui hanc, quam *Catanæ* natam, ibidemque denatam, antiquiſſimi Patres numero & genere venerabiles agnoſcũt, Græci Scriptores annuunt, Latini Auctores fatentur, Eccleſiaſtica Breuiaria teſtantur, Cœlitus indicta Oracula inclamant, concors tandem Scriptorum omnium cœtus affirmat, (ſi vnum aut alterum excipias) ſola *Panormus*, vrbs alioqui celebris ac feliciſſima, domi foriſq; commendabilis in ciuè ſuam, per ſummam *Catanæ* iniuriam, ſibi vſurpare contendit, eiuſdemq; genitura ac natalibus quammaximè felicitari geſtit, ſtudetque: ſpecioſam hanc exorientemq; opinionem nullo ſtabili innixam fundamine, vnius *Simeonis Metaphraſtæ*, vt malè feriata, ſic non benè explicata aſſeritatione fulcitam edicens, euulganſq; & quam non valet eripere, in dubium nititur reuocare. Curandum ideo quàm maximè, ne ſi Panormitanis honeſtiſſimum viſum fuit *Agatham* ſibi vſurpare, piaculum nobis ſit, quam accepimus, quam habemus, tueri ac conſeruare non velle. C

Dolendum ſummopere iniuriâ hanc *Catanenſibus* intentatam litem, qui de pacifica tam antiquæ rei poſſeſſione deijci ac deturbari videmur contra iuſtitiam, cõtrà veritatem. Quamquam veriùs non dolendum, gaudendum magis, quòd ex *Catanenſium gloria* ſuam *Panormitani* capeſſere ſtudent: nec ideò minus ſplendidius erit noſtrum ornamentũ, vnde alij ſibi etiam auidius illud adſciſcunt, nec depompatior erit *Catanæ* corona, vnde tam pretioſiſſimam gemmã felicitatis ſuæ corollis *Panormus* geſtit inſertare. Quin in ſi- D

uam

A uam Virginem augeri videtur religio, excitari ingenia, acui in eius honorem stylos linguasq; *Hoc habet commune*, vt dicebat ille, *cum solida silice solida veritas, quò magis est repercussa, splendidius magis, eiusque scintillas eminus eiaculatur.*

Liquidum ideò quantumuis sit exploratumue, quibus ac quantis rationum momentis, stipatis Auctorum suffragijs, innegabilibus argumentis, ineuitabilibus tandem coniecturis pro rei dignitate, prædita sit nostra hæc de natali AGATHÆ Patria Dissertatio, vt planè veritati diffidere videatur, qui rem argumentis agendam velut in forum velit producere. Conandum nihilominus est, Patriam malè ab alijs B *Agathæ* assignatam propriæ sedi consignare, restituereque, allatisq; in medium aduersariorum opinationibus, Auctorumque censionibus (quas pro se stare putant) ad veritatis stateram expensis, singula quæque rimari, vt vel sic disiecta caligine, tenebrisq; discussis, veritatis splendor pro *Catana* longè lateq; radios diffundens suos in lumen effulgeat.

Vt autè ordine res agatur. Eam nos in toto huius Libelli decursu tenendā duximus Methodum, quā nuperus Assertor *Augustinus Inueges in sua Panormo sacra ad annum Christi 234. fol. 175.* & vltra obseruauit. Hic igitur, vel quicumq; C sit alius illius nomine personatus, hostile classicum canens, aduersus *Catanenses* prælium nuper indixit, ac collectis quæ *Marianus Valguarnera* primus istius opinionis adinuentor sa berrimus, effossis vndique aggeribus, in medium protulerat, aggregatis item ceterorum omnium argumentis, *Francisci Baronij* in primis, tum *Abbatis Rocchi Pirri*, qui *Valguarneram* erroris ducem secuti, eadem vt posteri auderent ansam præbuere: Additis tandem suis, & constipatis vndique quibuscumq; etiam obscuris, immò aliquando contrarijs, nonnunquam imaginarijs testibus, satis se obtinuisse, confectumq; patet, *Panormum* natalem *B. Agathæ* patriam ex veri senten- D tia dicendam, non *Catanam*, Pæana iam sibi canens, nedum victoriam, aut triumphum.

Illius igitur fundamenta, dicta, sententias, coniecturas, imperturbato ordine singula quæque ad veritatis trutinam ponderata librabimus, *vt sic pateat veritas* & *per se ipsam ueniat in publicam notionem*: Hinc futurum reor, vt quæ Assertor iste speciosa ac spatiosa in pompam coaceruasse visus est, exigua, aut nulla, sua tandem leuitate difflata in bullas euanuisse prudens lector iudicabit. *Sicut nix & glacies, quò* diutius

cap. ad succidēd. de schism. lib. 6.

Triuer. in Apophtegm.

diutius ad solem exponitur, & diligentius puerorum manibus tractatur, eò magis funditur, & colliquatur: at quæ ex natura solida sunt, magis indurantur; ita Opiniones falsæ quidem, dum ad rationem expenduntur, diffluunt; uera autem magis firma euadunt. Suarum igitur Aduersarij rationum imbecillitas, & exigua, imò nulla probabilitas contrariam, quæ pro Catana stat, reddent omninò indubitatam; Sic enim maior Lux fiet veritati, Pietati incrementum accedet, Diuæ Christi Athletæ gloria, Catanæ tandem honoramentum, cui noster hic qualiscumque labor desudat. *Non ex rumore statuendum* monuit Tacitus. *Neq; omnibus temerè credendum, neq; omnibus deneganda fides, sed ex ueritate potius omnia iudicanda*, scripsit Philosophorum sapientissimus ARISTOTELES. A B

Rhetor. lib. 2. cap. 17.

Hæc dixi, vt congruè disputationis scopus & occasio ante pugnam proponeretur, aurei illius moniti memor, quod S. Augustinus edixit, *Omnis quæstio nisi intentum fecerit proposita, non delectabit exposita.*

Tract. 191. in Ioãnem.

Augustinus Inueges quanam fide Panormitanæ Vrbis Historiam conscripserit, expenditur.

CAPVT II.

C

ARriserat sane Panormitanis, eorumque mentibus altè insederat vnius, imo solius, ac solitarij cuiusdam Scriptoris per benè doctam fraudem conficta fabella (*Simeonem Metaphrastem* opinati sunt aduersarij, sed malè; id quod opportuniori loco inferiùs euincemus) *Agatham* Panormi ortã. Et fuit qui in eiusmodi a veritatis semita deuio tramite, imò imperuio, ducem se præbuit itineris *Stephanus Tuccius* è Societate Iesu, si credimus *Mariano Valguarneræ* in supplici libello, quem Eminentissimis Sacræ Rituum Congregationis Patribus obtulisse testatur *Inueges*, his verbis. *Perche Clemente VIII. auuertendo, che nel Romano Breuiario di Pio V. e sue Lettioni molte cose erano mutate, & altre aggiunte: commise la reuisione di quello à Prelati, Religiosi, & Huomini eruditi, fra quali uno fù il P. Stefano Tuccio della Compagnia di Gesù. Questo hauendo letto il Passionario Greco di Metaphraste di S. Agata; oue si dice Nata erat in Ciuitate Panormitana, consigliò alla Sacra Congregatione, che il Breuiario Romano di Pio V. si correggesse, e ui si riponesse* Panormi orta; *come testifica l'istesso Valguarnera* D

A *nera nel suo memoriale M. S.* (*la cui copia è appresso à me*) *Ante*
Triennium, *cum suadente R. P. Stephano Tuccio Societ. Iesu*,
qui uir profectò si uiueret, *non parum auctoritate sua nos adiuua-*
ret; *illud* Orta Catanæ *Illustrissimi Cardinales omninò delendum*
censuissent; Et iterum hęc subiungit, *Adunque il P. Bernardo*
Colnago ritrouandosi in Roma, *& hauendo contezza*, *che la Sacra*
Congregatione de'i Cardinali, *come dissimo*, *à persuasione del P.*
Stefano Tuccio dell'istessa compagnia di Gesù nel 1598. *haueа*
fatto Decreto, *che'l Breuiario Rom. di Pio V. del* 1521. *si corre-*
gesse, *& in quello si scancellassero le parole Catanæ orta*. Hacte-
B nus Inueges. Tuccij ducatū secutus est laudatus *Valguarne-*
ra, idemque Panormitanus, vt audio, exorientis huius opi-
nionis affectator, *quiue ad ea*, *quæ fortè & temerè oblata sunt*,
ferebatur, speciosæ huius adinuentionis amplificator, quiue
Auctor videri voluit & rector, lapidemque omnem mouit,
irrito tamen conatu, vt è Romano Breuiario (quo tempo-
re Romæ de Agathæ patria decertabatur) verba illa CA-
TANÆ ORTA abraderentur.

Scripsere deinde ex industria de hoc argumento *Franci-*
scus Baronius, *& Abbas Rocchus Pirrus*, ille in libello, cui *Ma-*
iestas Panormitana nomen fecit, hic in Notitijs *Eccles. Panor.*
C *& Catan.* Vnus Monteregalensis, alter Netinus, vterque
scriptorum gloria clarus, ni Primus stipendiarius scripsisset,
& conductitius, Secundus verò emeritis honorum accessio-
nibus, vndequaque grati animi significatione, Panormita-
ni populi gratiam scriptis suis conciliare sibi studuisset.

Prodijt nouissime quidam *Augustinus Inueges*, idemq. Sac-
censis, & quæ laudati Patres in capita ferè contraxerant, ea
laxius euoluens, reuoluensque, peculari edito volumine,
cui PANORMVS SACRA nomen fecit, ex industria Disser-
tationem hanc in vtramque partem ostentans, pro *Panormo*
tandem decertat, egregium operæ pretium futurum ratus
D asserere *Agatham Panormi ortam*, non *Catanæ*.

Quanam autem fide id scripserit Assertor iste (Auctorem
nequaquā dixerim Scriptorē illum, qui scripta ab alijs mu-
tato dumtaxat ordine aut filo exscribit, nihil de penu sua ad
dens, dicensq;) oportet te scire, & me monere. Scripsit
Inueges Panormi de rebus Panormitanis, vbi se se iamdiu
receperat, stationemque fixerat suam, postquam è *Societa-*
te Iesu, cui aliàs nomen dederat, ad seculum redijsset. Scrip-
sit amica *P. Petri Salerni* in primis coniuratione suffultus.

Scripsit

Scripsit Panormitanis ipsum impellentibus vitæq; suppetias ministrantibus. Quod eò libentius fiebat, quò maiorem intelligebant *Panormitani* futuram fidei accessionem suæ, quam iactabant, prætensioni, si exterus homo Saccensis, olim è *Societate Iesu* (quæ Scriptores grauissimos æquè ac doctissimos fouet) eruditionis suæ rudimenta mutuatus, huic opinioni suffragium scripto libello conferret. A

Hinc obstrusas Panormi ac Panormitanorum laudes incredibilibus & in miraculum comptis narrationibus ad cœlum vsque euectas. Hinc repetitas vrbis illius prærogatiuarum exagerationes aureo calamo, per aurum scil. emendicato, comparatas. Hinc reliquarum vrbium gloriam atq; laudes modò oppugnatas, modò subobscurè perstrictas. Hinc numerosum Sanctorum cętum Panormo adscriptum, quos nec *Octauius Caietanus*, qui SS. Siculorum catalogi exscripsit, nec Siculi Scriptores, qui procul partium studio Sicuias res suis narrationibus expresserunt, Panormitanos agnoscunt. Mei porrò instituti non est quæ *Inueges* minus apte, aut etiam minus verè dixisse videtur, castigare. Meum erit quæ de *D. AGATHÆ*, ac *S. AGATHONIS* natali patria literis consignauit, illos Panormo adscribens, referre, ac refellere. Primam in hac Dissertatione Catanæ restituturus. Secundum peculiari libello, quem ad manus habeo paratum iam & expositum, *AGATHO RESTITVTVS*, vindicaturus. B C

Nec a me gratis conficta, aut ad iniuriam conflata hæc arbitreris amice Lector: dabo testes omni exceptione maiores, eosdemq; Panormitanorum causæ patronos, suis ipsorum narrationibus fidem dictis sanctè facturos, quorum alter erit *Abbas Rocchus Pirrus*, cuius pro Panormo exanthlatos labores Panormitani ciues exteriq; suspiciunt, eruntq; posteri suspecturi; hic scriptis ad me literis Panormo 18. iunij 1651. hæc de laudato Inueges, eiusq; scriptis testatur. *In quanto al signor Inueges, ed altri, che molto pretto uederà V.S. sono tutti mei maestri, e persone dotte, & erudite, ma qui hanno acquistato nome, che uanno di casa in casa, mettono quello che gli pare, facendosi dare denari, e uiuono ex hac industria, il tempo dirà il tutto. In altro mi comanda V.S. sempre mi trouerà prontissimo &c.* D

Paria scripsit P. A. T. idemq; Panormitanus (cuius nomen iustis ex causis reticeo, alibi daturus, si res, & occasio postulabit) natalibus, sed magis eruditione conspicuus, hic

inquam

A inquam ſcriptis etiam literis Panormo 4. Iunij 1651. hæc me monitum reddidit ac certiorem. *S'è fatto auanti l'Illuſtre Senato di queſta Conca d'oro un Don Agoſtino Inueges da Sciacca, & hauendo da quello ottenuto da trecento onze, fin hoggi, ha mandato alle ſtampe la Cronica della Città, della quale ne ſono comparsi due groſſi uolumi, l'uno intitolato Palermo Antico, l'altro Palermo Sacro, & adeſſo ſta perfettionãdo il Terzo & ultimo intitulato Palermo Nobile, & hauendo alcuni eleuati intelletti fatto per adeſſo uno raguaglio ſtorico de' gli errori, non ſolo il Senato non ha uoluto che ſi daſſe in luce, ma ne anche di ciò ſi faceſſe motto, &c.*

Ex his haud inuoluta cõſecutione liquet, opinor, quan-
B tum deferendum ſit *Augustino Inueges* in his, quæ vel veri indiligentia, vel aſſentandi ſtudio, venali calamo ſtipeq; comparato ſic ſcripſit, exſcripſitque, *Agatham* Panormo tribuens, & *Agathonem*, Catanæ per iniuriam auferens, abdicansque. Inſincera igitur ac male feriata, imò à vero deuia ſit *Inueges* fides ac ſententia neceſſe eſt.

Diſſertationis origo de Natali Patria D. Agathæ coram Eminentiſſ. Purpuratorum Patrum Senatu ab Auguſtino Inueg:s excogitata refertur, & refellitur.

C
CAPVT III.

IAm ergo in arenam deſcendo, non gladio armatus aut haſta, ſed galea protectus & clypeo, vt ad rem fere ſimilẽ ſpectans dicebat *Pater Lucas Vadingus*, vt vel ſic *Auguſtini Inueges* ictus exſcipiam, eoſq; impenetrabili veritatis virtute retundam. *Defenſ. Apologet. ſect. 1.*

Ait ergo Inueges in ipſo ſuæ Diſputationis exordio fol. 178. & infra. *Ma per cominciare l'orditura della vita di queſta Santiſſima Vergine, & Illuſtriſſima Martire. Dico che in Roma alla preſenza del Sommo Pontefice, e di molti Cardinali, e Prela-*
D *ti più d'vna volta ſi diſputò, s'ella foſſe Nata in* Palermo, ò pur in Catania. *E ſe preſtiamo fede à Pirri: queſta pia conteſſa hebbe cotal principio. Dicendo alcuni antichi Breuiarij* Agatham Catanenſem *nel 1554. eſſendo Papa Giulio III. e Rè di Sicilia Carlo V. Imper. ſi ſtampò in Piacenza vn Nouo Breuiario, oue ſi poſe* Catanæ orta; *ſi riconobbe ſubbito dalla ſacra Congregatione de' i Cardinali la frode della ſtampa, e cominciarono le prime emulationi. poiche vſcì decreto; che ſi ſcancellaſſero le vltime parole, e ſi remetteſ-*

mettessero le prime. Decretum primum fuit, eradendas esse has postremas voces, & priores illas reponendas. Ita Inueges adinuentionis suæ testem vocans sistensque *Abbatem Pirrum*, cujus tamen alia est mens, vt inferiùs euincemus.

Sic igitur ad eius mentem contentiosissimæ huic de Natali *B. Agathe* Patria concertationi ansam præbuit & initium editum Placentiæ Breuiarium anno 1554. in quo verba illa *Catanæ orta* primùm reposita sunt, & euulgata, cum prius *Agatha Catanensis* legeretur in antiquis Breuiarijs. Sed vide quæ monstra pariat partium studium & affectus. Audi: *Breuiarium Ambrosianum* venerandā redolens vetustatem, quod Mediolani etiamnum extat, quodue è Mediolano Romam allatum, quo tempore Lis agitabatur, coram Purpuratorū Patrum Senatu sistendum curauit eruditissimus *P. Bernardus Colnagus* Societ. Iesu Theologus, vt literis, sic moribus, ac virtutum signis Vrbi & Orbi notissimus, Placentino longè antiquius (quodue *à S. Ambrosio* institutum, & *à B. Simpliciano* auctum fatetur *S. Carolus* Cardin. ac Mediolanensis Archipræsul, sub eiusdem Breuiarij initium, quod & ipse recognitum, ac veteri accomodatum Ritui euulgauit) habet hæc verba, *AGATHA VIRGO SICVLA CATANÆ NATA egregia forma cum esset &c.*

Paria quoq; habet Breuiarium Romæ excusum ann. 1521. quod in Templo D. Iacobi Hispanicæ nationis asseruatur, verba eadem edicens, *Natale S. Agathe Virginis & Martyris de Sicilia Ciuitate Catanensi.*

Antiquissima item Breuiaria, quæ in Moguntina Ecclesia habentur, AGATHAM CATANÆ ORTAM, grauissime perhibent, edicuntque; id quod ex testimonio P. Rectoris Panorm. Collegij Soc. Iesu, posteris scriptum dimisit laudatus *Colnagus apud Carreram fol. 117.* cuius hæc verba. *Audiui, in Ecclesia Moguntina ex antiquis Breuiarijs legi B. Agatham Panormo oriundam, CATANÆ ORTAM; retulit id mihi P. Rector Collegij Panormitani, quæ res Simeoni Metaphrastæ homini Græco, idest de Græcia degenti à Sicilia quàm longissime semoto, fortasse errori viam aperuit.*

Si igitur Romanum, Mediolanense, Moguntinum denique Breuiaria Placentino longe antiquiora, ac longius peruulgata, non in angulo posita, sed publice exposita, Romæ, Panormi, & ad extremos vsque Europæ, nedum Italiæ, aut Germaniæ fines euulgata, *Catanam* natalem *Agathæ* patriam

A triam perhibebant, asseritabant, testabantur; qui fieri potuit, vt excogitati rumoris, aut potius vsurpatæ prætensionis occasio (Panormum scil. dicendam Agathæ Patriam, quam in sacris Codicibus nequaquam legere est) in vnum Breuiarium Placẽtinum refundatur, aut potius conijciatur?

Verùm estò Breuiarium Placentiæ editum controuersiarum ignes flabello excitarit, & Sapientissimos Patres, quibus sacrorum Rituum in diuinis officijs conseruandorum cura ex munere incumbebat, ad voces illas è Breuiarijs eradẽdas impulerit, vt pro certo assumit *Inueges*, cur tam oblongis temporum spatijs eradendas nedum non demandarunt, B immò quam sæpissime in ipsa Vrbium Regina, Roma inquam, Venetijs, Lugduni, Parisijs, & alibi edita Breuiaria, cusa, & recusa, in quibus voces illas *AGATHA CATANÆ ORTA* legimus, ac inspectamus, edenda permisere? cur inflictis Pœnis comminatisq; Typographos à vocibus illis in Breuiarijs inserendis non absterruere? cur in Catholica Ecclesia publicus Breuiariorum voces illas exprimentium vsus non interdictus? cur in persoluendis Deo laudibus permissus? cur in omnibus Vrbis & Orbis Ecclesijs excepta etiam in Capella ipsa Pontificia in dies recitata? Hæc igitur vt sponte ab aduersarijs conficta, ita sponte casura nemo non viderit, C qui rem penitiori mentis perspicillo fuerit obuersatus.

Sed iam *Abbatis Rocchi Pirri* censio, quam in exorientis de *Agathæ* Patria dissertationis statumen suffecit *Inueges*, transcribenda est. Hic siquidem Auctor, quamuis in Panormitanorum acie constitutus, quoad Agathæ Patriam, in Catanenses conspirasse visus sit: in consignando tamen pij certaminis exordio, vnde dissensionum prodijt filium, apertè dissentit: nec quam perbelle adinuenisse sibi suadet *Inueges* concertationis originem, vnquam probauit Pirrus, sic enim ait Notit. Catan. Eccles. fol. 2. n. 2. *De Patria D. Agathæ diu disceptatum est Romæ anno* 1601. *Cum enim Clemens VIII. ani-* D *maduertisset in Romano Breuiario, eiusq; lectionibus, & vitis Sãctorum pleraq; addita, & immutata fuisse, nonnullis pijs, ac eruditis viris demandauit, vt id accuratius inspicerent, examinarent, & quæ deprauata, atq; correctione indigere animaduerterent, pro sua ipsi doctrina ac pietate restituerent: ab ijs vero inter alia perpẽsum est apud veteres historicos Græcos* D. Agatham *dici* Panormi natam, *in antiquis verò Passionarijs nib: haberi de Patria S. Agathæ: apud aliquot Breuiaria, & plerisq; Scriptores,*

quos in suis allegationibus referebant Catanenses, *appellatam* Catanensem: *imò pro ea voce, cum quoddam ederetur Breuiarium Placentiæ anno* 1554. *subrogatam esse* Catanæ ortam. *Decretum verò primum fuit eradendas esse has postremas voces, & priores illas reponendas; sed cum de ea re querentur Catanenses &c.* hactenus Pirrus. A

Non ergo *Placentini Breuiarij* verba dissertationi exordiū fecere, sed *Graci Codices*, de quorum fide inferiùs sermo redibit. Viden quàm aliena sit ab huius patrocinio *Pirri* assertitatio, vt non impugnatore, sed relatore dumtaxat indigeat. Ecce quam fidem meretur Inueges in relatione antiquiorum Auctorum, quiue in fonte attendi ac videri non possunt, qui tam mala fide relator & interpres retulit testimonium nostri temporis viri. Nec quia *Valguarnera* id dixit, verum ideo dixisse putandū n est. *Socratis*, inquiebat ille, *parua cura habenda est, veritatis autem maxima*. Permisit sanè Deus, vt in re tam notissima Inueges aberraret, vt ex præliminari errore interiores insidias caueremus. B

Catana piæ huius dissertationis auctrix & excitatrix falsò expostulatur ab Augustino Inueges. C

CAPVT IV.

Error vnus multos pariat necesse est: *Error non alio quàm errore suadetur*, dixit ille, & verè. Panormum suæ ipsius fœlicitatis insignia vnius AGATHÆ natalitijs fœlicitari summopere contendentem vnus *Augustinus Inueges* Valguarneræ deceptus assertione, per summam catastrophem rerumq; conuersionem, à Catanensibus prouocatam ac lacessitam affirmat, vt vel sic inani, quam de Agathæ Patria affectat, disputationi pondus daret & pretium. *Quod namque quisq; ardenter cupit, id etiam animum inducit, & sibi persuadet*. Ergo Inueges fol. 179. D

Demetr. apud Stobæum.

Adunque in quest'anno 1601. stando per publicarsi il nouo Breuiario Rom. Clementino con parole fauoreuoli alla Felice Patria Palermitana di S. Agata, à caso nell'istesso anno faceua dimora in Roma il P. Bernardo Colnago della Comp. di Giesù Catanese; D. Mariano Valguarnera, e D. Blingheri Ventimiglia Caualieri Palermitani: e'l P. Colnago hauendo odorato il Decreto pregiudiciale fatto alla Patria Catanese, cominciò a far gagliarda instāza à fauore

A *à fauore di Catania: à cui subito generosamente s'opposero i Paler-*
mitani Valguarnera, e Ventimiglia; e perciò quello nell'erudito suo
Memoriale, che presentò à Clemente VIII. dice, che non fu Paler-
mo il primo che risuscitò in Roma la Historica Disputa, ma il Col-
nago in nome di Catania, l'incitò, lo stuzzicò, e'l prouocò. Illud v-
num Beatissime Pater altius animo tuo infixum sedere percupi-
mus; Nos non Primos in hanc arenam descendisse, sed Decreti Il-
lustri). Cardinalium Huius Congregationis Breuiarij ante trienni-
um facti, Propugnatores aduenisse. ita Inueges.
Hæc tamen assertio vt sponte conficta, ita sponte casura,
suisq; ruinis assertatores oppressura, nemo non viderit, qui
B rem vt amoris, sic odij expers penitiùs obuersauerit, vt ad
rem scripsit Tacitus, *vt odium & gratia desint ius valuit*.
Initio igitur monitum te velim amice Lector, Pa- lib.5. fol. 113.
normum Catanensi gloriæ nunquam non æmulam, alienā
prolem, Agatham dico, supposititio partu omnino sibi adsci-
scere conatam, priorem in arenam descendisse, piæq; huic
concertationi cæterarum primam manus dedisse, & cala-
mum, vt vel sic Catanam vetustissima, eademq; bonę fidei
possessione de Agathæ Patria deturbaret. Audi. Antiquissi-
ma Breuiaria, Romanum, Mediolanense, Moguntinum, Pla-
C centinum, Gallicanum, Hispalense, Romani tandem Pon-
tifices Agatham Catanæ ortam, Catanensem, patria Cata-
nensem indistinctè testantur, Panormi ortam nemo vnquā
dixit, eritque dicturus, opinor, si vnum excipias, *Meta-*
phrastem (de cuius censione inferius sermo erit instituendus)
Ecclasiasticis Breuiarijs, Romanis item Pontificibus longè
posthabendum, nedum æquiparandum, aut præponendum.
In pacifica igitur possessione sumus Natalis *Agathæ* Patriæ,
bonæ inquam fidei possessores, pro quā stant Ecclesiastica
Breuiaria, sunt Romani Pontifices. Non igitur actores in
arenam descendimus, quando verba illa *Catanæ orta* è Ro-
D mano Breuiario abradenda contendunt aduersarij, illorum
loco reponenda *Panormi orta*: rem nostram tutamur, *In ip-*
sis culpa est qui prouocarunt, non in nobis qui respondere compulsi
sumus: inquiebat S. Hieronymus epist. 14. ad Aug. sed laces-
siti, sed insultati: *qui enim sua innititur possessioni, illamq; ad-*
uersus turbantem tutatur, non dicitur prouocare, sed prouocari,
vt monuit *l. Can l. in tribus 13. ff. de Iudicijs*: Eo vel maxime,
quia iniquum censetur, vt recenter adnotauit *Gabriel Penno-*
tus Histor tripar. lib. 1. cap. 47. §. 3. veros & priscos vei cuiusq;

possessores eadem spoliari, atq; vltro aduentitijs conferri. A
Sed non vt alijs, quàm domesticis telis *Inueges* censionem arietemus. Dixerat Valguarnera in supplici libello, cuius verba laudatus *Inueges* exscripsit *fol.* 201. immemor iam eorum, quæ in speciem dixisse visus est, piæ concertationis initium in Catanenses conijciens. *Beatissime Pater iam totos tres menses causam hanc egimus Panormitani cõtra Catanenses*. Non ergo Catanenses aduersus Panormitanos bellum primi indixere, sed Panormitani aduersus Catanenses è sua ipsorum pacifica de patria Agathæ possessione eos deijcere ac deturbare per summam iniuriam contendebant. Vide quàm viuida sit B
veritatis vis, *vt vel ex ipsis aduersariorum inuolucris emergens caput altius attollat, & desiderantibus seipsam manifestius exhibeat*, vt ad rem fere similem scripsit *D. Hieronymus.*

Epist. 14. ad August.

Dixerat ille *Stephanũ Tucciũ* è Societ. Iesu ex Metaphrastica lectione suasos voluisse Eminentissimos Patres, vt verba illa *Catanæ orta* è Romano Breuiario delerentur, eorumq; vice *Panormi orta* reponerentur, verba item Valguarneræ ad id expendens, exscribensq; *Ante triennium, cum suadente R. P. Stephano Tuccio Societ. Iesu: qui vir profectò si viueret, non parum auctoritate sua nos adiuuaret, illud Orta Catanæ Illustrissimi Cardinales omninò delendum censuissent*. Si igitur Tuccius C
choream aduersus Catanenses ducere visus est, eiusq; decretum secutus *Valguarnera*, quod ille bellè adinuenit, iste perbellè probasse visus est; non ergo Catanenses in arenam primi prosilierunt; sed iura sua à praue intellecto vel interpetrato *Metaphraste* tutaturi campum subiere, à Panormitanis prouocati litem agitarunt, piumq; hoc certamen inierunt inuiti.

Sed iam quod affectat *Valguarnera*, quodue pro certo supponit *Inueges*, Eminentissimorum Patrum decretum, verbis illis. *Fu questo sauio consiglio del Tuccio dato alla Sacra Congregatione; ante Triennium: cioè nel* 1598. *poiche come disse il Pirri, de Patria S. Agatha diu disceptatum est Romæ anno* 1601. *e da quella con tanto ardore fu abbracciato, che di questa correttione ne formò Decreto*. Id quod antea scripserat Valguarnera apud D
Inueges fol. 180. *Nos non primos in hanc arenam descendisse, sed Decreti Illustriss. Cardinalium huius Congregationis Breuiarij ante Triennium facti propugnatores aduenisse*: planè voluntarium est, & imaginarium, pulchrè confictum, nec vllis rationibus solidatum, aut coniecturis fulcitum. Si, inquam, De-

cretum

A cretum factum eſt, quod tanta fiducia aſſerit *Inueges*, delenda eſſe verba illa *Catanæ orta*, & pro eis reponenda *Panormi orta*, cur non executioni mandatum? cur non illicò ſeruatum? cur triennio & eò amplius non euulgatum, imò harpocratico ſilentio obſignatum? cur tam fauorabile Panormitanorum prætenſioni Decretum tabulis, literis, ære, marmore tandem non inciſum? cur de eo altum vbiq; ſilentium, quod neq; maiores noſtri, neq; nos penetrare potuimus? Negamus ergo Decretum, non quia nobis noceat, ſed quia non fuit.

Sed quid egemus teſtibus, quando ipſemet *Valguarnera*
B veritatem hanc vel inuitus obſignat, ait namque in ſupplici libello apud Inueges fol. 179. *Ante Triennium: cum ſuadente R. P. Stephano Tuccio Societ. Ieſu, qui vir profectò ſi viueret, non parum auctoritate ſua nos adiuuaret; illud* Orta Catanæ *Illuſtriſſimi Cardinales omnino delendum cenſuiſſent*. Dolet, vt vides, *Valguarnera* ex Tuccij prædeceſſu Panormitanorum prætenſionem de *Agatha* Patria magnam ſubijſſe iacturam, eiuſq; morte factum, vt Eminentiſſimi Patres illud *Catanæ Orta* è Romano Breuiario diſpungendum non cenſuerint. *lib.2.operis imperf. contra Iulian.num. 86.*
Stemus ergo huic teſti, *legantur verba eius* (ait Auguſtinus) *ſine peruerſitate legentium*, id eſt ſine eo quòd peruertant verba,
C & *nulla alia probatio requiretur*. Si igitur non cenſuère, vnde nam infert *Valguarnera*, & qui eum erroris ducem eſt ſecutus *Inueges*, editum Decretum, cuius ipſe propugnator aduenit? Si non cenſuère delenda verba illa, qui fieri potuit, vt Decretum de illis eradendis emanarit? An leuitate notandos dixeris ſapientiſſimos illos æquè ac oculatiſſimos Patres, vt ab eis editi ante Triennium Decreti immemores, verba illa non diſpunxerint, aut diſpungenda non mandauerint? neq; enim adeò antiquum erat Decretum, vt potuerit inter obliterata neſciri: præſertim quando in edito Rom. Breuiario anno 1599. quod penes me habeo, ita lega-
D tur. *Agatha Virgo CATANÆ in Sicilia nobilibus parentibus nata.* An quod Purpurati Patres ignorarunt, ſolus animaduertit Valguarnera, & poſt eum Inueges?

Non tamen per hæc negauerim, Decretum, quod pro ſe citat *Valguarnera*, illud eſſe, quo Patres illi pro *Agatha Catanæ orta*, in Romano Breuiario reponendum cenſebant *Agatha Virgo Sicula*. Sed contra Panormitanos facit Panormitanorum oppoſitio, nam ex Actis Græcis *Agatha* Panormitana

tana

tana prædicatur. Sic igitur ad hominem arguo: Panormitanam scribere non placuit *Agatham*, Siculam verò magis placuit apponere. Certè veritati obstare *Agatham* Panormi esse natam dijudicatum fuit in sapientissimo illo Patrum cõsessu; alioqui superuacanea fuisset mutatio, cum quæ Panormitana erat, Sicula vtique negari non potuisset. Hæc si rectè aduertisset noster *Inueges*, vtiq; Catanenses non ita coarguisset; sed *qui legerit, & vestibula viderit*, ait S. Hieronymus, *facilis coniectura sit, qualis ipsa sit futura domus*. A

Epist. ad Marcell.

Tres Græci Codices ab Augustino Inueges allegati ad euincendam Panormum Agathæ Patriam quantum fidei & auctoritatis sibi concilient, expenditur. B

CAPVT V.

IAm ergo totius disputationis origo, imò & patrocinium deflectit ad Græcos Codices, quos pro se stare putant Panormitani. Rapuit me, ingenue fateor, voluptas, & admiratio, cum ad manus meas peruenit *Augustini Inueges* de Patria S. Agathæ Disputatio: voluptas certè, quia delectabat me viri ingenium, & animus humeris exerendi, vt quidam dixit, Anchisem patrem è fumo flammæ. Admiratio verò, quia mirabar hominem doctum, & religiosum in aliquibus minus voluisse aduertere, in alijs voluisse minus loqui, in nonnullis difficultates dissimulasse, in plerisq; responsiones ad difficultates prætermisisse: singula ideo in historica hac Dissertatione minutatim erunt aduertenda, ne tumultuosa conserere videamur velle certamina. C

Verùm quia ex horum Codicum fide magna ex parte lex pendet & prophetæ: (ita fari fas sit) consilium erit in vestigatione ista diutius immorari, vt re paulò altiùs repetita, veritatis luce obscuritatis depulsetur offensa. D

Nec me nimietatis reum æquus lector redarguet, si in recentandis refellendisq; Codicum istorum testimonijs prolixus videbor effusiq; sermonis: non enim aliter potui, non aliter debui: *nihil in re graui potest reputari superfluum*, vt ex D. Augustino & Thoma Aquinate tradidit *M. Herrera in Respõsõ pacifico ad §. 4. apolog. nu. 145.* Per scopulos siquidem veritas ducenda est ad littus; per aduersantia omnia eundum est, ac colluctandum: distinctis ideo Excursibus Inueges censionem ini-

A nem initiò exscribemus; tum Codicum fidem pensitabimus; mox quæ aduersus illos à Catanēsibus adducuntur, sistemus; postremò quæ replicat Inueges, qui *Valguarnera* imbibit errorem, expendemus.

EXCVRSVS PRIMVS

Inueges assertio de tribus Græcis Codicibus pro Panormo stantibus, exscribitur.

B IActis iam præstruendo operi fundamentis, & quibus totam controuersiæ molem imposuisse visus est *Inueges*, pro libito tamen, irrito item conatu, hiantibus ædificij commissuris, vt vidisti, Auctores sistit, quibus Panormitanorum causam, stabili veluti solidoq; innixam fundamine, tanquā supra firmam petram inconcussè fundatam autumat. Ait ergo fol. 180. nu. 5.

Adunq; per difesa della Felice Patria Palermitana di S. Agata alla presenza di Clemente VIII. della sacra Congregatione, della Riforma del Breuiario, e di Gio. Battista Bandino Secretario dell' istessa Congregatione disse prima il Valguarnera. Habemus Tres Codices Græcos vetustissimos M.SS. quorum vnusquisq; si peritorum C *iudicio standum est, 600. aut 700. minimum vetustate annos excedit. Primum in vaticana Libliotheca. Alterum in Sfortiana, Tertium Cryptæ Ferratæ: in quibus non semel, atq; iterū, sed sæpius Panormitanam B. Agatham fuisse legitur. Il Codice Vaticano, e quello di Grotta Ferrata han queste medesime parole Greche. Ormomeni ec tis Panormitanos poleos. Hoc est. Orta ex Panormo Vrbe. Ma lo Sforziano dice: ec tis Panormitanos poleos. id est ex Panormitanorum vrbe.* Hactenus Inueges, eorum quę dixerat Valguarnera, relator, & exscriptor.

D

EXCVRSVS II.

Græcos istos tres Codices vnius eiusdemq; esse Scriptoris, ac nullius planè fidei pluribus demonstratur.

SEd non in multitudine est virtus, habetur *Iudith cap. 9. n. 16.* Non terruit nos numerus Græcorum Codicum ab aduersarijs vndequaq; collectorum, vt vel sic quod suis opinationibus affectant testimonium, numero saltem deducerent, si re non

ſi re non poſſunt, quando cæteri omnes, quos proferunt, A
vel à *Metaphraſtis* fonte fluxerunt, vel vnde hauſit *Metaphraſtes*: A quocumq; igitur auctore manauerint, non maiorem certò ſibi auctoritatem vendicant, quam *Metaphraſtes*.

Quinimo nullam ſibi fidem conciliare aut auctoramentũ vel Græci ipſi Codices obſignant, vt pote qui ſine vllo penitus auctoris nomine iacent, incerti, rudes, ſolæciſmis exuberantes, & barbariſmis, Græcam deniq; phraſim minimè redolentes. Id quod eruditè, vt ſolet, animaduertit P. *Bernardus Colnagus* in ſuis ad teſtimonia ex Græcis Scriptoribus petita reſponſionibus. B

Apud Carerā lib. 1. fol. 165 168, 169 Tres igitur iſti Codices, quos ex *Vaticana*, *Sfortiana*, & *Cryptæ Ferratæ Bibliothecis* proferunt aduerſarij, vnius eiuſdemq; omnino ſint Scriptoris, ex vno eodemq; Fonte deriuati, in plura dein exemplaria multiplicati; non igitur maiorem apud cordatos viros fidem ſibi vendicabunt, quàm ſi vnum eſſet, & idem exemplar. Id quod ante nos oculatus teſtis aduertit laudatus *P. Colnagus*, verbis illis, *Ille autem, à quo accepit Lipomanus, & cæteri omnes, quos proferunt Panormitani ex Vaticana, & Sfortiana, & Cryptæ Ferratæ Bibliotheca vnus, idemq; omninò auctor eſt, qui ex collatione per ſingulas periodos cum Lipomano, & cum ipſis inter ſe Codicibus Græcis, nobis, & alijs præſentibus conſtat, idemq; aſſeueranter, & grauiter teſtatur D. Ludouicus Metius*. Et iterum in Epiſtola ad Catan. Senatum hęc habet. *Habbiamo anco dimoſtrato, che quelli trè Scrittori Greci à penna, che ſono, vno nel Vaticano, l'altro nella libraria del Cardinale Sforza, l'altro in Grotta Ferrata, tutti ſono vn'eſemplare d'vn'iſteſſo Autore*. C

Senſit difficultatem *Valguarnera*, ſummiſq; niſibus vnum hunc eundemq; Codicem triplicem voluit eſſe, aliumq; ab altero longè diuerſum, precaria tamen fide, meraq; lubentia, aſſeritationi ſuæ non aliud ſufficiens ſtatumen, quàm quod apud Inueges fol. 181. *A queſti tre Codici riſpoſero i Catanenſi ch'eran vna iſteſſa Vita del medeſimo Autore, ma che di lei fatte tre copie, erano ſtate diſperſe per le tre citate Librarie*. vnius aiunt eſſe Scriptoris. *A i quali riſpoſe il Valguarnera, ch'erano e tre Vite, e di tre differenti Scrittori, ſi perche molte coſe ſi trouano nel Codice Vaticano, che ne pur parola ſi legge nello Sfortiano, e di Grotta Ferrata. Come anche perche fra loro hanno differenza di parole, di periodi, di ſtile, e l'vn Codice l'iſteſſa coſa narra con vna fraſe, e con più ornamento di parole, che non fà l'altro*. D

Verùm

A Verùm tenebricosa hæc, aut potius cerebricosa responsio veritatis candorem obtenebrare nequaquam potest; non enim crediderim viro sine auctore, sine teste loquenti; nullã meretur fidem qui propriam affectans causam, quod ardenter exoptat, acutè probasse, quin & obtinuisse sibi ipsi visus est, solus ac solitarius assertor, quidpiam ex sua penu addẽs Codicumq; assertionibus affigens, & plus eos dixisse velit, quam dixerunt.

Sed iam Codicum istorum tenor ac sensus in tria deriuatus exemplaria, per singulas quasq; illorum inter se periodos in examen vocatus scriptionis ad scriptionem facta iam collatione, qua verba verbis reddita sunt, quo tẽpore res in
B controuersiã ponebatur, vnus idemq; semper apparuit; vnus nõ multiplex dijudicatus est; nõ à viris extremas mundi plagas, aut Canarias Insulas incolentibus, non ab hominibus obtusi ingenij crassæq; mineruæ, sed in ipso ingeniorum Theatro, in ipso vrbium & orbis Regina Roma, coram ipso Purpuratorum Patrum Senatu, sententiam ferentibus ac subsignantibus eruditissimis quibusque viris Græcam Latinamq; linguam apprime callentibus: id quod exertè diserteq; testatur I. *Colnagus* oculatissimus testis, actæque rei præsentissimus (de cuius fide dubitare nefas est ac piaculum) hæc
C inquiens. *Ille autem, à quo accepit Lipomanus, & cæteri omnes, quos proferunt Panormitani ex Vaticana, Sfortiana, & Cryptæ Ferratæ Bibliotheca, vnus, idemq; omninò Auctor est, qui ex collatione per singulas periodos cum Lipomano, & cum ipsis inter se Codicibus Græcis, nobis & alijs præsentibus constat: idemq; affirmare asseueranter, & grauiter testatur D. Ludouicus Metius.* Hæc si aduertisset Inueges, aptiori sanè penicillo fabellam hanc delineasset: appositè in ipsum cadunt quæ à SS. Episcopis ad Iulianum Apostatam dictum refert Sozomenus, *Legisti, sed non intellexisti, si enim intellexisses, non improbasses.*

Sed quid Romæ factum quærimus, aut inquirimus, quod
D apud *Inueges* scriptum legimus, & obseruamus; iste inquam Assertor veritatem hanc, Codicum inquam identitatem vnitatemq; vel inuitus agnoscit, ac fatetur. Ait enim. *Il Codice Vaticano e quello di Grotta Ferrata han queste medesime parole;* Orta ex Panormo vrbe. *Ma lo Sfortiano dice Ex Panormitanorum vrbe.* Quasi diuersus sit sensus, alia planè locutio *Ex Panormo* vrbe, & *Ex Panormitanorum vrbe.*

Nec mihi negotiũ facessit illud *Orta* in Vaticano ac Cryp-

tæ Ferratæ Codice explicitum, quod in Sfortiano desideratur. Hoc siquidem ex industria ab aduersarijs additum, vel A
expunctum nemo non viderit (nisi in aperto solis lumine voluerit cœcutire) vt vel sic *Codicum* multiplicitati, quam affectant, pondus darent, & pretium: hæc tamen cordatis viris, & quibus pectus sine felle sapit, nunquam persuasuros, notius est, quàm vt exquiri fides à quopiam debeat, qui Codicum sensa vel volantibus oculis legerit, aut Codices seui aspexerit intuitu.

EXCVRSVS III. B

Græcos istos tres Codices hyperbatis, solœcismis, erroribus tandem refertos esse demonstratur.

VErùm (demus quod non dandum) tres sint Codices: adhuc infirmior est eorum fides, quàm vt eis totius controuersiæ moles imponatur, vniuersaq; Panormitanorũ causa innitatur. Rudes namq; sunt Codices illi, ac planè Barbari, Solæcismis, Barbarismis, Hyperbatis referti, locutiones, quæ græcam phrasim nequaquam sapiunt, præseferentes, malè feriata, & quidem extra locum suum, atque præpropere apposita continentes verba, nec rectè vel in ipsa C
constructione connexa. Ecquis amabò in animum induxerit suum, vt in contentiosissima hac *de Patria Agathæ* dissertatione veritas è turbido horum Codicũ fonte propinetur? quid inter tot dubia imo inuerisimilia certum solidumue? quid inter tot solæcismos sibi ipsi cohærens constansque? inter hyperbases partium compositione subsistens? ego planè non video, viderint tamen alij, quibus purgatior mentis acies, & ingenium fœlicius.

Torquent *Inueges* quæ iam dicebam, quæue laudatus *P. Colnagus* ad fidem horum Codicum eneruandam scitus adduxerat, quæue lectoris animum à fide his Codicibus implicanda, vel me tacente, retrahunt; ad *Valguarneræ* ideo responsum, tanquam ad sacram anchoram confugit, hæc inquiens de illorum veritate sollicitus. *Diceuano i Catanesi, che poca fede si doueua à questi Codici, poiche erano stati scritti d'Autore Barbaro; aiunt Barbarum esse scriporem. At nos respondemus. Sit nec ne Barbarus: parui referre ad Historiæ veritatem: poiche se vi sono errori, questi si deuono attribuire più tosto à i Trascrittori, che à gli Autori. Poiche i Codici M.M. SS. del nouo Testa-* D

mento

A *mento, di Cicerone, delle Nouelle di Giustiniano, ed'altri di cen-
to errori sono sparsi, & insetti.

Sed neq; anchora hęc tam sacra, cui nauigij salus cōmitti
possit, neq; rudentes tam firmi, vt securè subsistant. Aliud si-
quidem est auctorem esse Barbarum ac rudem, vt pro certo
supponit *Inueges*, & ante eum *Valguarnera*, quod nec ego
negauerim, & laudatus *Bernardus Colnagus* edixit apud *Car
reram fol.* 169. ijs verbis. *Item che questo scrittore chiunq; si sia ha
solecismi, e bascezze nella lingua Greca, si che non può essere cosa
d'huomo dotto, del che ne habbiamo posta fede publica da vn va-
lentissimo Greco.* Aliud verò quòd Historia à Græco illo Scrip-
B tore in tribus istis Codicibus exarata in sua ipsius enarratio-
ne deformis, imo corrupta (quod nos contendimus) ac
planè barbara, & rudis, solœcismis referta, hyperbatis in-
uoluta, periphrasibus circumducta, a pristino Græcæ elocu-
tionis candore admodum aliena apud eruditos audierit,
audiatue: quæ maiorem expostulant disquisitionem vel silē-
tio deturpans, vel compendio perstringens, non absque ma-
gno veritatis dispendio, Ecclesiasticæq; antiquitatis præiu-
dicio. Multa in historia illa non benè concocta, plura non
rectè examinata, quæue iterum recoquere, & ad limam re-
uocare opus esset, eruditi quique desiderant. Id quod *Lu-
C douici Metij* Græcam eruditionem peroptime callentis, ac
Collegij Græci Rhetoricæ Classis præceptoris testimonio
commonstrat laudatus *Colnagus*, hæc inquiens. *Rudis est, ac
planè barbarus, solæcismis, barbarismis, hyperbatis, & locutioni-
bus, quæ phrasim græcam nihil sapiunt, est refertus. Idem tamen
cum attingit res minimè controuersas elegans est, ita vt eruditis-
simo huic Græco viro,* Ludouicum Metium intellige, *quem su-
pra nominauimus, Rapsodus planè videatur.* Fuit hic Rapso-
dus ignotus quidam auctor Græcarum historiarū transcrip-
tor, & qui græca fide historias erroribus conspurcauit, au-
ctor triobolaris, & nullius pretij.

D Non etenim respuendum ideo dicimus Codicem istum,
quia rudi stylo ac planè barbaro sit exaratus, sed quia & illius
auctor insinceræ sit fidei, in multis lapsus, in plurimis ma-
lè versatus, & quia Historia erroribus scateat, eiusq; veritas
accuratius foret recognoscenda, ac castiganda.

EXCVRSVS IV. A

Græcos istos Codices incertos fore, innominatos, ac sine vllo Auctoris nomine, vel ipsorum Valguarnere & Inueges assertione probatur.

SEd, certæ probatæq; fidei sint Codices isti; quos pro se
stare putant Panormitani, (vide quantum demus Ad-
uersarijs) aliunde etiam corruat necesse est illorum fides,
quando incertus est illorum Auctor, & sine vllo prorsus Au-
ctoris nomine iacent: id quod *Inueges* ipse, & ante eum *Val-* B
guarnera, vel spontaneus asseuerat (de Sfortiano Codice, qui
tribuitur Amphilochio inferiùs loquemur) ijs verbis. *Per
vltimo opponeuano che eran Codici senza nome d'Auctori*, sine no-
mine est, inquiunt. *E la verità si è, che il Codice Vaticano, e di
Grotta Ferrata sono senza nome d'Autore. Ma il Terzo Sfortiano,
anchorche nel principio non dimostri il nome dello Scrittore, pure
poco dopò par che accenni, che sia stato composto d'Amphilochio, il
quale sappiamo che altre Vite di Santi scrisse, e compose. Porrò Va-
ticanus, & Cryptæ Ferratæ Codex penitus sine nomine iacent*: Ita
Valguarnera. Illis ideò non standum, fides nullatenus im-
plicanda; in rebus præsertim adeò serijs, quando de summa C
rerum agitur, pro communi honore, pro conciue, pro Aris
ac focis hac vice certatur. *Testimonijs certis in rebus incertis*
vtendum est, ait *Aristoteles*. Copiosiùs *Anton. Corasius Comm.* — *Magnor Moral. lib. 1.*
Opin. lib. 1. tit. 6. inspect. 20. cuius verba, plusculа licèt sint,
placuit tamen exscribere. Sic enim ait, *Reperiuntur in Iure
opuscula, & libelli, quibus nullus est inscriptus Auctor, vnde istos
incerti auctoris libros appellare solemus*, & infra, *Verum tamen
est, huius incerti Auctoris modicam & exiguam esse auctoritatem.
Primò, quia non potest cognosci, an Auctor iste sit antiquus, scrip-
serit in senectute, maximi nominis viuens extiterit, & simil. &
licèt liber posset testari de singulari eius doctrina, cum tamen ma-* D
*lus, & iniquus esse potuerit, quod posset argui ex illa incerti aucto-
ris Inscriptione, authoritas non probatur, quia deficit alterum re-
quisitum, videlicet vitæ probitas.*

*Secundò, quia credo, istos libros plerumq; non excedere in bo-
nitate, & elegantia, quia si aliàs esset, vel veri Auctoris, vel
alterius, qui librum illum in lucem emiserit, nomen esset appositū.*

*Tertiò, quia quando in aliqua Quæstione iste allegatur, potest
esse, vt sit idem cum altero in illa quæstione citato.*

Quartò

A *Quartò, & vltimò, quia potest esse, quòd Opus illud fuerit ab auctore penitus reiectum, vel saltem, quod manifestè colligitur, neglectum*. Ita Corasius, ex cuius candidissimo scribendi genere quantum Codicibus istis sit deferendum, in re maximè ardua, nemo non viderit.

Nec quia plures numero sint Codices isti, fidem sibi conciliabunt: ex numerositate siquidem illis ampliorem fidem nō accedere probe monuit *Socrates*, vt dixit *Erasmus ex Laertio lib. 2. cap.* 5. cuius hæc verba. *Cui non fideris soli, ei nihilo magis fidendum est in turba similium, nec enim refert, quàm multi sint, sed quàm graues, & veri. Nummus adulterinus, etiam*
B *in quantumuis magno aceruo, adulterinus est.* Quod citra vulnus & ictum locum sibi vendicare nemo ibit inficias in causis arduis, ac pondere grauibus: vel si defectus inhabilitasque ipsorum Codicum (qui in testes sistuntur) asseritationem respiciat; eo vel maximè quando Codices isti omnes (vt dicebam) suspicione non carent, id quod præ cæteris admonuisse visus est *Prosper Farinacius* vrbi & orbi notissimus. *de Testib. quæst. 62. n. 313. 318. 312*

Malè itidem feriatam reddit horum Codicum fidem nedum Auctoris incertitudo, vt dicebam, verùm & Græcæ fidei suspicio. Probabile namque dixerim, Codices istos, siue tres illi sint, vt vanè contendunt aduersarij, siue vnicus, idē-
C que, vt nos ex veri sententia dicebamus, a Græculo aliquo schismatico, vel etiam hæretico, & S. R. E. hoste iurato (cuius farinæ viris regio illa passim abundat) commentos fuisse, proditosq; vt vel sic incautos deciperet, ignorantibus scandalum, sapientibus risum præberet: hoc enim semper fuit Græcorum consilium, Sanctorum Acta confingendi aduersus Latinos, si credimus *Eminentiss. Baronio ad annum Christi 324. nu. 24.*

Auget suspicionis ansam antiquata Codicum, de quibus nobis sermo, in puluere & fuligine apud Vaticanos & Cryptæ Ferratæ pluteos quieta commoratio, indigni semper ha-
D biti, qui lucem aspicerent: non latuissent certè, nec iacuissent, si veris narrationibus exuberassent, si non erroribus grauidi apud sapientiores audijssent; id quod eruditè dixerat laudatus *P. Colnagus apud Carreram fol.* 161. cuius hæc verba. *Græci isti estò boni sint; quis sciat num ex schismaticis, aut hæreticis hæc hauserint, quibus ij non carent?* Et iterum fol. 168. & 169. *Habbiamo anco dimostrato, che quelli tre Scrittori Greci à penna, che sono, vno nel Vaticano, l'altro nella libraria del Cardinale*

dinale Sforza, l'altro in Grotta Ferrata, tutti sono vn Esemplare d'vn'istesso Autore, il quale è senza nome; e che in cosa di tanta A *importanza nō bisogna addurre testimonij, de quali ne meno si sappiano i nomi; potendo (chi sà) à vn bisogno essere qualche Greco Schismatico, ò Heretico, nemico di S. Chiesa Romana, come pur troppo si sà, che da tanti anni per insino all'hora d'hoggi stanno ostinati non pochi di loro.* Et tandem fol. 175. subiungit. *Græcorum verò Patrū nemo circumfertur, qui vel meminerit S. Agathæ, sed neq; inferioris notæ nominari vllus potest, nam præterquam quòd ij, qui citantur ab aduersarijs, vel Neoterici, vel Semigræci, & semibarbari habentur: omnes incerti sunt, & sine nomine tacent,* B *& magna pars hactenus indigni habiti, qui lucem viderent.* Innegabile igitur erit, vel apud ipsos aduersarios, nullā Codici isti implicandam fidem, si res cum re, verba cum verbis pensentur, vt iure dicere possim cum Augustino. *Quis ergo hæc verba dicta esse crederet, scriberet, recitaret, si ea sicut oportuerat, cogitaret?*

lib. 3. de anima & eius origi. n.

EXCVRSVS V.

Sfortianus Codex innominatus malè Amphilochio ab Aduersarijs adscribitur. C

QVam aduersarijs euitare non licuit leuissimam Græcorum, quos sistunt, Codicum, nulliusq; planè fidei tesseram, auctorum pondere vacuam, ac certè destitutam, violenter interpetrari placuit, illorum alterum, eumdemq; *Sfortianum Codicem*, per benè excogitatam Fabellam S. *Amphilochio* adscribendo, vt vel sic telam hanc ordientes, & apparentia struentes fundamenta, faciliùs ac speciosiùs *Agathæ* Patriam Panormum statuisse viderentur. Pręstat illum de suo scripto loquentem audire, ne quis existimet quæ ille nobis opponit, ea nos illi falsò imponere. *La verità si è, che il Codice Vaticano, e di Grotta Ferrata sono senza* D *nome dello Scrittore; pure poco dopò par che accenni, chiusia stato composto d'Amphilochio, il quale sapiamo che altre vite di Santi, scrisse, e compose:* ita de suo Inueges, dubius tamen, timens, (magna est veritatis vis, vulnera non mortem patitur, obumbrari potest, euitari autem nequit) animi sui sensum vel inuitus aperiens verbis illis. *Pure poco dopò par che accenni &c.* Tum Valguarneræ opinationem subiungit. *Porrò Vaticanus &*

nus &

nus, & Cryptæ Ferratæ Codex penitus sine nomine iacent. In Sfor-
A *tiano verò, quamuis ipsa vita nullum præseferat Auctorem, im-*
mediatè tamen à quodam Amphilochij opusculo dependet.

Hic parumper sistendum amice lector, vt quæ *Valguarne-*
ra (Inueges non curo) portentosa confingit figmenta (de-
tracta calamo larua) denudemus, ac detegamus, & in ipso
assertionis suæ vestibulo & è vestigio reliquum hominem
agnoscas.

Initiò igitur verum assumpserim & innegabile, *Amphilo-*
chium, quem aduersarij Codicis istius auctorem confingunt,
illum eumdem fore, quem Iconij Episcopum, *Basilio, & Gre-*
gorio Nazianzeno coæuum, in Eremo socium, in Episcopatu
B Collegam, doctrina tandem & eruditione parem testantur
S. *Hieronymus de Scriptor. Ecclesiast. & in Epistola ad Magnum,*
Baronius in notis ad Martyrolog. die 23. Nouembris, & post eum
Card. Bellarminus de Scriptorib. Ecclesiast. ad annum 380. cuius
spectatissima Catholica fides meruit etiam imperiali sancti-
one laudari. Porrò Amphilochium non nisi librum de Spi- *leg. 3. C.*
ritu Sancto scripsisse, & Homilias quasdam (numquid ho- *de Sum.*
die extent, incompertum est apud cordatos Scriptores, quos *Trinio.*
non excecauit affectus) Sanctorum autem Vitas nequaquã *& Fide*
edisse, aut concinnasse concors constansq; testantur scripto- *Cathol.*
C rum omnium cohors; *agatham* præsertim (vt ad rem no-
stram spectat) penitus ignorauit. Id quod grauiter edixit *P.*
Colnagus apud Carrer. fol. 173. *Falsum est Amphilochium vn-*
quam de S. Agatha scripsisse, & iam ipsi Aduersarij fatentur in
scriptis ad Cardinales. *Basilij* autem *Magni* vita, quæ *Amphilo-*
chij nomine circumfertur, quamue recitat *Lipomanus*, & ex
eo *Surius*, vel parum grauiter, & ad finem historiæ non sa-
tis composita, vel omnino falsa, vel supposititia, erroribus *Tom. 1.*
tandem grauida audijt apud emunctę naris viros, à quorum *ad diem*
calamis in scribendo exulat passio, *Baronium* præsertim *ad* *1. Ianu-*
annum 378. nu. 11. & iterum ann. 363. nu. XIII. *arij*

D Ne tamen precaria subdubites aut cerebricosa, quæ dice-
bam, testem aduocabo omni exceptione maiorem, in quem
nihil dicere possit inuidia, *Robertum Cardinalem Bellarminum*
S. R. E. columen & ornamentum: hic inquam Eminentissi-
mus auctor in libello, cui *de Scriptoribus Ecclesiasticis* nomen
fecit, ad annum 380. de *Amphilochio* differens, hæc scribit.

Amphilochius Iconij Episcopus S. Gregorij æqualis, quem Hiero-
nymus in epist. ad Magnum, parem doctrina sacra, & prophana
facere

facere videtur Basilio, & Gregorio Nazianzeno cum de his tribus viris dicit, non facilè iudicari posse, quid in illis primum admirari debeas, eruditionem seculi, an scientiam scripturarum. A

Scripsit librum de Spiritu Sancto, & Homilias non paucas; de priori libro testis est S. Hieronymus in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, de Homilijs testis est Theodoretus, qui eas in Dialogis frequenter citat. An hoc tempore extent liber de Spiritu sancto, & Homiliæ, quas Theodoretus citat, equidem certo scire non potui.

Extat quidem sub nomine Amphilochij vita S. Basilij Magni, sed haud dubio falsa, vel supposititia. Primum enim narrat ille auctor Basilium factum Episcopum ante mortem Iuliani, quod repugnat historijs, & ipsi S. Gregorio Nazianzeno in Oratione de S. Basilio. Deinde narrat Auctor S. Basilium ostensum fuisse per reuelationem Eusebio Cæsariensi, cum antea eum non nosset, quod etiam falsum esse certum est, ex eo quod Nazianzenus scribit Eusebium cum Basilio de Episcopatu contendisse, & ea de causa inimicum Basilio factum. Tertiò constat S. Basilium obijsse anno vltimo Valentis Imper. & V. annis Episcopatum administrasse ex Gregorio Nazianzeno & alijs: proinde Episcopum factum anno 6. Valentis. At iuxta suppositum Amphilochium Basilius vel sedisset annis quindecim, vel ante mortuus esset quàm Episcopus fieret, si viuente Iuliano iam Episcopus erat. Omitto multa alia, quæ perperam narrantur in illa vita, tum de Libanio, tum de alijs. Ita Bellarminus. B C

Si igitur Sanctorum vitas nõ est prosequutus verus *Amphilochius*, supposititius verò in turpissimos prolapsus est errores vera falsis infarciens, veris falsa commiscens, vt censorum notionem effugere minimè potuerit, in vita præsertim Basilij, cuius verus, idemque germanus *Amphilochius* fuerat; vt dicebam, coætaneus, collega, ac consodalis; quid de *Agathæ* Patria verum scripsisse dicendum erit, quem & locorum intercapedo in remotissimas à Sicilia regiones quam longissimè disiungebat, temporum curricula in posteriora secula reijciebant, actæ tandem rei veritas fugiebat? D

Sed quid egemus testibus, quando *Valguarnera* ipse ad seriem gestorum è penu sua, tanquam ab ærario doctrinæ, aliquid adijcere conatus, totam testimonij fidem partis mendacio decolorat, vt ad rem ferè similem dixit *S. Ambrosius.* Scribit inquam Valguarnera, *Immediatè tamen à quodam Amphilochij opusculo dependet.* Quodnam autem sit, aut quomodo inscribatur Opusculum istud, ex industria tacet, scitus omit-

lib. de Paradiso

tit ne

A tit ne aliàs in furto deprehensus, aut in falso conuictus teme
ritatis suæ pœnas exsolueret. Nullum siquidem extare Am-
philochij opusculum, vel saltem vtrum extet, incompertum
exclamat Bellarminus: nec adeo diligens aut oculatus au-
diet Valguarnera, vt ipse solus *Amphilochij* libellos inspexisse,
aut volutasse gloriabundus exultet, quos Bellarmino, cete-
risue Scriptoribus inspexisse aut volutasse non licuit.

Quòd si Valguarneræ nuperus propugnator *Inueges* alia
extare *Amphilochij* nosset Opuscula, quæ deperijsse dolebat
Bellarminus, quæue delitescentia iam, ac diu, varie, situq;
obducta in lucem nuper edidit *Compilator Magnæ Bibliotecæ*
B *Veterum Patrum in Indice Alphabetico fol. 43.* iuxta Parisinam
impressionem de anno 1644. illius quæ extant opuscula quę
dam latinè reddita commemorans, exscribensque illa vtiq;
dare debuisset, vt vel sic rei suæ pondus daret & pretium: da
bo tamen ego, illiusq; Auctoris verba transcribam, quibus
num de *Agatha* homiliam, opusculum, aut tractatum edide-
rit *Amphilochius*, illico deprehendas: sic enim ait. *Amphi-
lochius Iconij Episcopus S. Gregorij æqualis, vixit vt vult Bellar-
min. de Script. Eccles. seculo 4. circa annum Dom. 380. Hunc com-
mendat B. Hieronymus tum in lib. de Scriptor. Eccles. tum in Epist.
84. Scripsit Homilias non paucas, & alia quædam, vt patet ex*
C *Theodoreto, & Hieronymo; ex quibus nunc extant latinè edita,
Carmen ad Seleucum, quinam Scripturæ libri sint legendi tom. 15.
fol. 624 Narratio quædam de muliere, quæ peccata sua in char-
ta conscripserat, & pro venia ad Basilium & Epiphanium recur-
rerat. Habetur ex editione D. Gerardi Vossij fol. 625. Homilia de
occursu Dom. nostri Iesu Christi, & de Deipara, & Simeone Græce &
Latine tom. 13 pag. 837. Homilia in diem sanctum Sabbati tom.
15. pag. 626.*

*Fertur & sub eius nomine vita Basilij; quam, quia edita est à
Rosueido in Vitis Patrum, hic omittimus.* Non omissurus cer
D tè S. *Agathæ* Vitam, si inter eius opuscula vel de ea alicubi
scribentem aduertisset Auctor iste.

Verùm sit (citra veri læsionem) *Amphilochij* opusculum,
à quo Sfortianus Codex dependet, & quod *Bellarminus*, cæ-
terìuæ probæ notæ, magni item nominis Scriptores incom-
pertum habere profitentur, solus *Valguarnera*, solus inquam
& solitarius Assertor, nullum vocans testem aut contestem
probè sciuerit (vide quantum demus aduersarijs) non ideo
suasum dixeris aut persuasum, Codicem illum esse *Amphilo-*

chij opus, eiusque ingenij monumentum; & cuinam rectaquæso sapiet hęc consecutio, siue argumentandi formula, A
(cui tota Aduersariorum innititur machina) Codex Sfortianus anonymus, & sine auctoris nomine iacens, quicumque ille sit, ab *Amphilochij* opusculo dependet, ergo est *Amphilochij*? Longe siquidem diuersa sunt Esse, & dependere. *Esse* namq; verbum veritatem denotat, & identitatem, id quod *Bartolus I. C.* eminentiss. docuit *in l. maritus §. legis iulię ff. ad legē Iul. de adulter.* & post eum *Tiberius Decianus*. Depēdere autem externā dumtaxat præsefert cohæsionē; diuersitatē importat, non identitatem: aliud denotat, non idem? B

Responsi vigesimo num. vndecimo lib. 2.

Non ne in vno eodemq; volumine plures diuersorū Auctorū libellos, siue stylo dumtaxat exaratos, siue prælo recusos in vnum simul congestos nostri Maiores obseruarunt, & nos in dies quam sæpiuime inspectamus? nemo autem sani capitis dixerit libellos illos, quia in vno eodemque congesti sunt volumine, aut quod in vno desideratur, in alio commemoretur, vnius eiusdemque fore Scriptoris. *Tenes quid velim dicere*, aiebat Hieronymus Offorius. *non immoror amplius. Neq; dubito, quin eorum aliquis, qui* Panormo *adulantur, cum in hunc locum incidisset, cachinnos sustulerit, & nihil festiuius dici potuisse confirmauerit.* C

In Gualther. Addonem. lib. 1. col. 49.

EXCVRSVS VI.

Octo Græci Codices ab Inueges commenti, fictitij, aut saltem precarij demonstrantur.

SEd iam reliqua *Inueges* præsidia, aut potius effugia perscrutemur. Inquit enim, ne dum tres istos Græcos Codices (quos pro se stare putant Panormitani) innominatos circumferri; verùm & multò plures, octo scil. eosdemque Græcos Codices (dum lis hæc Romæ contentiosius, quam pro aris focisq; agitaretur) Sanctorum Vitas in se continentes a *Valguarnera* fuisse volutatos; eosque omnes absque Auctoris nomine iacere subiungit: nec ideo dubiæ fidei, aut minoris auctoramenti apud sapientes viros audijsse; quod & de tribus istis è Bibliothecarum angulis in medium euocatis sentiendum contendit, sic enim ait fol. 181. ad finem. D

Ma ancor che fussero Codici, e vite senza i Nomi de gli Autori, pure eruditamente rispose il detto Caualiere, Valguarneram intelligas

A telligas. *Habbiamo riuoltato Beatissimo Padre otto Tomi di Metafraste, nelle quali viddimo quasi 200. vite di Santi, e tutte, eccettuate due ò tre, sono senza Nome di Scrittore. Adunque forse perciò giudicate Catanesi, che si debbiano scancellare.* Tum Valguarneræ verba transcribit. *Volutauimus Beatissime Pater VIII. Codices Græcos, in quibus ferè 200. Sanctorum vitas vidimus: omnes quotquot sunt, sine Scriptoris nomine iacent: modo duas, vel tres excipias. An idcirco omnes abolendas censetis Catanenses?*

Verùm argumentationem hanc ab auctoritate negatiue deductam infirmioris esse virtutis Dialectici, Philosophi, B Iurisconsulti tandem omnes testantur, eo vel maximè quando in cōtrarium stant validissimæ rationes; quin Metaphrastis libelli erroribus scatent, in illisq; viri graues, & ponderosi Scriptores maiorem cupiunt in rebus examinandis solertiam: singulos porrò, quibus à Metaphraste collectæ de Sanctorum vitis infarciuntur Historiæ, errores animaduertit *Em. Baronius* passim, cæteriue Scriptores, quos longa verborũ strue recēset *Carrera*, & nos inferiùs exhibebimus. Cum igitur Codices isti antiquiori ne dum, imò certiori careant Auctore, ac proinde fide vacillent, nequaquam probantur, imò penitus improbantur. *lib. 2. fol. 287. & vltra.*

C Nec quia ita dixit *Valguarnera*, ideo crediderim viro sine auctore, sine teste loquenti, nec tanti est Dissertator iste, vt de *Platone* dixit S. August. n. *s. ta loquutus est, vt quæcunq; diceret magna fierent, & quæ loquutus est, vt, quomodocumque diceret, parua non fierent.*

M. S. Codex è Messanensi Thesauro erutus malè pro Panormitanis ab Inueges sistitur; imò pro Catanensibus stare conuincitur.

CAPVT VI.

D PRioribus, quæ M. S. Græcorum Codicum auctoritate deducebat, argumentis Inueges, alia duo adijcit testimonia, alterum è M. S. Codice græcè etiam conscripto, quem in Farnesiana Bibliotheca asseruari testatur, alterum ab alio Græco pariter Codice è Messanensi Tabulario publica fide eruto subiungit fol. 182. hæc inquiens. *In oltre à fauore della Patria Palermitana produsse il Dottissimo Valguarnera*

altri due Greci Codici vno cauato dalla Libraria Farnesiana, l'altro dalla Libraria di S. Saluatore di Messina. Tum Valguarneræ verba transcribit. *Alterum in Farnesiana Bibliotheca. Quintum Messanæ; vnde ad nos Vita descripta, & publico Vrbis Sigilli obsignata missa est. Oue si dice. B. Agatha in Ciuitate Panormitana, claro, & insigni sanguine nata. E nel fine vi s'aggiunge. Quintianus cum audisset eam expirasse statim res Virginis curanti habendas, & cum omnibus suis Prætorianis Panormum periÿt.* Ita Inueges. A

Sed non est cur tātopere exultet aut insultet Assertor iste Messanensem Codicem obiectans, quem potius præterire, aut dissimulare debuisset (*Farnesianus*, quem nominat idem est, qui & *Vaticanus*, *Sfortianus*, ac *Cryptæ Ferratæ*, innominatus, eodem laborans morbo quo & præcedentes, id quod nec inficias ierit *Inueges*, & Codicis illius verba, locutiones, rerum series, stylus tandem euincunt) ex eo namque tanquā ex vberrimo fonte, imò patentissimo flumine, limpidissima rei, quam premimus, veritas, Agatham scil. Catanæ ortam, ad maiores nostros emanauit, eritq. ad posteros deriuatura. B

Initiò igitur indubitatum assumpserim & innegabile, Codicem hunc Messanensem, quem publico Nobilissimæ Vrbis illius Sigillo obsignatum ad *Valguarneram*, quando Romæ degebat, transmissum testatur *Inueges*, illum eumdem esse, quem in *Bibliotheca Magni Monasteriÿ SS. Saluatoris Ordinis S. Basiliÿ* asseruari fatetur ijs, quæ nuper excripsimus, verbis, *L'altro della Libraria di S. Saluatore di Messina*. Atqui Codex iste eiusdem est farinæ, cuius & cæteri quatuor, qui pro Panormo suffragium ferre credebantur, innominatus scil. & absque Auctoris nomine iacens, phrasi tandem, quę græcam elocutionem minimè redolet, exaratus; eamdem itaque sibi vendicabit fidem, quam reliqui, quos iam explosimus, atque reiecimus. C

Sed estò alius sit, ac longè diuersus ab illis; adhuc precaria redditur Codicis istius fides, quando reliqua illius voluminis opuscula suis queq; Auctorum nominibus prestant, vna hæc D. Agathæ historia absq; Auctoris nomine legitur, à reliquis degener, & absimilis. Hinc ingens doctiorum hęsitatio, cuinam tribuenda iure veniat, *Metaphrasti* ne? an Greculo alicui inferioris notæ scriptori? D

Singula hæc grauissimè testatur D. *Franciscus lo Rè* eiusdem Monasterij Abbas, ac totius Basilianæ Familię Generalis De-

A lis Definitor in calce ad vitam S. Athanasij Methonensis E-
piscopi ex græco Codice, qui apud *Bibliothecam illius Monast.*
asseruatur, cuius exemplar penes me habeo. *Idem ego, qui*
supra, D. Franciscus lo Rè Abbas, & Definitor Generalis fidem
facio inueniri præterea in alio Codice Martyrium S. Agathæ Vir-
ginis & Martyris sine Auctoris inscriptione, cum tamen in hoc Co-
dice complura inueniantur Opuscula cum suorum nominibus Au-
ctorum: quare grauiter suspicamur illud Martyrium S. Agathæ
non esse a Metaphraste conscriptum, tametsi nihil verba, & sen-
tentiæ discrepent ab eo, quod cum nomine Metaphrastis citatur,
sed alio quopiam non tanta grauitate, ac nomine digno, quanta
Metaphrastes; vnde etiam putamus, si forte illud S. Agathæ Mar-
B *tyrium inter Metaphrastis opera irrepsit, non necessariò Meta-*
phrasti tribuendum, cum etiam inter eius opera nõnulla inuenian-
tur, quæ necessariò Metaphrasti non debent vlla ratione adscrib.
In quorum omnium fidem, & has quoq; manu nostra conscripsi-
mus, Sigilloq; quo in talibus vtimur, munimus. Datũm in hoc
nostro Magno Monasterio Sanctissimi Saluatoris Messanæ Lin-
guæ Fari, Die 6. Iulij 1619.
D. Franciscus lo Rè Abbas, ac Diffinitor generalis. ✝ *Locus Sigilli.*
Senatus Nobilis Vrbis Messanæ vniuersis testatur, qualiter
supradicti D. Petrus Celi, & D. Franciscus lo Rè, qui in supra-
C *scriptis fidibus se subscripserunt, fuerunt, & sunt, videlicèt di-*
ctus de Celi Abbas Generalis, & dictus de lo Rè Abbas & Diffini-
tor Ordinis S. Basilij Magni; vnde supradictis Fidibus tanquam
authenticis, & fide dignis indubitatam poteritis præstare fidem.
In cuius rei testimonium solito Vrbis sigillo in pede munitum &c.
Messanæ 27. Augusti 1619.
Martinus de Petro Paulo pro secretarius ✝ *Locus Sigilli.*
Sed iam demus quod non dandum; sit Codex iste Messa-
nensis non idem cum Sfortiano, Farnesiano &c. sit ab illis
plane diuersus, sit omnibus numeris absolutus. Non ideo
Panorm. prætensioni suffragatur. Audi. Verum nõ est quod
D scribit *Inueges*, Falsum quod ait *Valguarnera*, in Codice scil.
illo legi verba, *Beata Agatha in Ciuitate Panormitana claro &*
insigni sanguine NATA. Falsum, iterum dico, scripsere,
scribuntq; nouæ istius opinationis inuentores faberrimi. Al-
tè hic inclamo, quia vera: veritas non quærit angulos, non
erubescit. Habeo penes me Græci istius Messanensis Codicis
exemplar a *Constantino Lascari* viro eruditione, doctrina, mo
ribus tandem Illustrissimo latine redditum haud aspernan-
dam

dam præseferens vetustatem; quod placuit hic exscribere; A
vt vel sic aduersarios tam nobile mendacium attentantes
à similibus in posterum audendis commonefaciam.

Martyrium Beatæ & Gloriosæ Virginis & Martyris Agathæ, de Græco in Latinum traductum per Constantinum Lascarem Græcum è quodam libro vetustissimo Magni Monasterij SS. Saluatoris eiusdem Ciuitatis Messanæ.

Cum Decius imperaret, maximam persecutionem mouit contra Christianos, qui vbiq; terrarum scribens omnibus suis Magistratibus, Quintiano Siciliæ Præsidi iussit vt Christianos, si non colerent Deos patrios, crudeli morte traderet. Tunc multi generosè B
mori causa Iesu elegerunt: inter quos & magnanima Beata AGATHA EX CIVITATE PANORMO ORIVNDA claro & insigni sanguine; quæ cum audisset edictum iniquum, postpositis omnibus parauerat se ad sumendum martyrium &c. Ad finem verò hæc leguntur verba.

Finis historiæ Beatæ Agathæ Virginis & Martyris de Græco in latinum traductæ per dom. Constantinum Lascarim ab vno vetustissimo libro in Monasterio S. Saluatoris, ad Dominum Gasparem de Spes Siciliæ Proregem in Ciuitate Messanæ viij. Iunij 14. Ind. 1481, Repræsentata fuit hæc historia per me Angelum Brancatio ad petitionem Petri Sollima.

Supposititio igitur vnius voculæ *Orta* veritati periculum C
fecisset Inueges, *Orta* pro *Orunda* supponens, ni Codicis istius exemplar ad meas peruenisset manus, quo, collatis mutuo tesseris, *Valguarnera & Inueges* artes & astus detegerentur. Porrò aliud esse *Ortam*, aliud *Oriundam*, clarius est, quàm vt vllum superesse possit effugium. *Orta* namque significat ibi Natam esse. *Oriundam* verò *siue Oriundum* dicimus
lib. 4. belli Punici — illum, cuius pater in eo natus est loco, alibi tamen filius nascitur. *Hippocrates*, inquit Liuius, & *Epicides nati Cartagine, sed Oriundi ab Syracusis*. Idest, vt explicat Mandosius, *ab Syra-*
In Regul 16. Carcel. quæst 40. — *cusis originem trahentes, vnde parentes fuere*. Paria scripsit D
idem Liuius lib. 1. ab Vrbe condita. *Is longe Princeps Latini nominis erat, si famæ credimus ab Vlysse, Deaq; Circe Oriundus.* Plura ad rem cumulat eruditus Carrera lib. 2. fol. 278. & vltra, ad quem, ne actum agam, beneuolum delego Lectorē.

Quòd si alicubi *Oriundum pro Orto, seu Nato*, quamuis alibi eius pater natus sit, animaduertas; illud profectò verum intelligas quando voci *Oriundus* adiuncta est dictio *In*. Prepositio siquidem illa *In* voci *Oriundus* annexa eius est virtutis,

vt pro

A vt pro Orto interpetrari faciat, veluti si dicatur In *Sicilia Oriundus*. Ea namq; præpositio sexto casui adiuncta intrinsecum quid significat atq; immediatum, *ad tex. l. 1. §. in flumine ff. de fluminibus*, vbi Vlpianus. *In flumine factum accipere debemus quicquid in aqua factum est: nam si quid extra factum sit, non est in flumine factum, & quod in ripa fit, non videtur in flumine factum*. Idem scripsere Baldus *consil. 47. nu. 1. lib. 4.* Alexand. *consil. 22. nu. 8. lib. 4.* Corneus *consil. 339. nu. 3. ub. 1.* Riminald. Iun. *consil. 388. n. 30. & consil. 398. n. 9. & consil. 470. n. 54. lib. 4.* Gratian. *discept. 490. n. 60. & 61. lib. 3.* Cardin. Tuschus *practic. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 292. n. 1. & alij* plures, quos probat Augustinus Barbosa *de Dictionib. vsu frequent. dict. 152. n. 16.*

B Cum itaq; in Codice illo non *In Ciuitate Panormo* legatur, sed benè *Ex Ciuitate Panormo*: alibi nata sit necesse est; eò vel maximè quia dictio *Ex* separatiua est, & extrinsicitatem denotat; *vt per Baldum consil. 196. ad fin. vol. 4.* Tiraquel. de Retract. *tit. 1. §. 1. Gloss. 11. nu. 54.* Seraphin. *decis. 461. n. 6.*

Nec me deturbat eiusdem *Inueges* in Catanenses, sed *Carreram* in primis, inclamatio, repetitis querelis, longa itè verborum serie fragores & strepitus excitantis, Codicem istum

C Messan. malis artibus à Catanensibus depravatum euulgantis fol. 211. verbis illis. *Il Carrera nella istessa sua 2. Parte delle Memorie historiche di Catania nel lib. 2. al fol. 109. citando la Terza Greca Autorità à fauore della Patria Catanese, dice. E peruenuta alle mie mani l'antica historia del Martirio di S. Agata scritta in Latino, ma senza nome d'Autore: la quale tradusse dal Greco Constantino Lascari, & hoggi si conserua à penna nella libraria, che dimandano il Tesoro di Messina: serbata nella stanza del Campanile: oue si dice* Magnanima etiam Virgo S. Agatha CATANÆ quidem nobilibusq; parentibus ORTA.

D *Ma io non posso non stupire come vna istessa Greca Scrittura presa dal medesimo libro, e historia, e tradotta dallo istesso traduttore Lascari, in Catania dica, che S. Agata sia Catanese, & in Palermo dica, che sia Palermitana. Poiche questo istesso Passionario Greco di Messina da Lascari tradotto hoggi si conserua nell'Archiuio del Senato di Palermo, & in lui le sopracitate parole à questo modo si leggono*. Beata Agatha in Ciuitate Panormitena Nata claro, & insigni sanguine; *onde questa falsificatione di Scrittura è parto di penna, ò Catanese, ò Palermitana bensi nō*

dà il

do il piè in fallo; parmi che la intentione venga fuori di Palermo. A
Poiche il Valguarnera, nel Memoriale, che diede à Clemente VIII.
dice, che la copia di questo Passionario Greco di Messina li fu inui-
ato à Roma authenticato col sigillo della Città di Messina: & egli
tra le sue authentiche Scritture Greche, che fauorian la Culla Pa-
lermitana alla Sacra Congregatione presentò. Græcum Codicem
habemus Messanæ, vnde ad Nos Vita descripta, & publico
Vrbis Sigillo obsignata missa est. *Se dunq; la traditione del*
Valguarnera è Authentica, e quella del Carrera senza authorità
publica: riportando egli altre Greche Scritture Authentiche, sen-
tentij adesso il Lettore quali delle due sia la fedele, ò la versatti- B
ra? Ita Inueges exardescens sicut ignis in spinis.

Sed non est cur tantopere admirabundus exclamet *Inue-
ges*; poterat pressius loqui, aduertere item debebat Græcum
Codicem à *Carrera* pro Catanensibus adductum, & in quo
verba illa, *Magnanima etiam Virgo S. Agatha CATANÆ qui-
dem nobilibus Parentibus ORTA.* Vel inuitis, aut volantibus
oculis occurrunt, non illum esse Messanensem, de quo no-
bis sermo; qui scil. *in Magno Monasterio SS. Saluatoris* in lin-
gua Phari apud Messanam asseruatur, & in quo non *Panor-
mi Orta*, vt non rectè scribebat *Inueges*, sed *Ciuitate Panormi-
tana oriunda* lectitatur, vt vidisti; sed alium longè diuersum C
(quamuis ab eodem *Lascari* latinitate donatum) quemue
in Messanensi Thesauro, vbi nobilissimi illius Senatus Priui
uilegia, Documenta, preciosa tandem quæque publica fi-
de asseruata custodiuntur, adinuentum, indeq; erutum ac
transcriptum, pro Catanensibus adduxit laudatus *Carrera*;
iam verba illius iterum replicare non pigeat apud *Inueges*
exscripta. *E peruenuta alle mani l'antica Historia del Martirio
di S. Agata scritta in latino; ma senza nome d'Autore: la qual
tradusse dal Greco Constantino Lascari: & hoggi si conserua à pen-
na nella Libraria, che dimandano il Thesoro di Messina: serbata
nella stanza del Campanile: oue si dice,* Magnanima etiam Vir- D
go S. Agatha CATANÆ quidem nobilibusque parentibus
ORTA. Vides igitur num Codicem Basiliani Messan. Mo-
nastorij, an Codicem Thesauri vrbis Messan. pro se sistat
Carrera? cuius verba si attentiùs aduertisset aduersarius, vel
non aberrasset à vero, duos istos Codices longeq; diuersos
vnicum faciens, putansque, vel aptiori penicillo fabellam
suam delineare studuisset.

Sed ne vel vnus apex prætereatur eorum, quæ oculatissi-
mo *Car-*

A mo *Carreræ* gratis imponit *Inueges*, Codicem scil. istum in Messanensi Thesauro adinuentum nullius fulciri testimonio, nullius fide communiri: dabo testes grauissimos iuxtà ac doctissimos, quibus non acquiescere nefas erit & piaculum. Omnium antesignanus erit *P. Octauius Caietanus* notissimæ famæ vir, qui cæterorum omnium primus inter schedas *Constantini Lascaris*, qui moriens Bibliothecam suam Senatui Populoq; Messanensi dimiserat, diù delitescentem adinuenit, ac penè è cymmerijs antris ad lucem euocauit. Alter erit *P. Hortensius Scammacca* Soc. Iesu sacerdos, vitæ integritate, sanctis item moribus, eruditione tandem conspicuus, Codicem illum scite interpetratus. Tertius deniq;
B erit Anonymus ex eadem Societate Auctor, qui rem perbellè signatam posteris dimisit testatam apud *Carreram*, quem non ignorauit, aut saltem ignorare non debuit *Inueges*: sic enim inquit. *lib.1.fol. 213.*

Accedat etiam aliud testimonium, Græcum illud quidem, & Manu scriptum, quod nuper in Messanensi Thesauro à Patre nostro Octauio Caietano inuentum inter schedas Constantini Lascaris, qui moriens Bibliothecam suam Senatui, Populoq; Messanensi reliquit, diù, multumq; delituerat. Continet illud D. Agathæ Martyrium, atq; sub initium hæc verba legas, quæ acutissimo
C *vir ingenio, atq; omnium linguarum nomenclator Hortensius Scammacca Societatis nostræ sacerdos sic est interpetratus.* Magnanima verò Virgo AGATHA CATANÆ ORTA nobilibus, illustribusq; parentibus. *Ita Auctor iste.*

Probabile item dixerim, & fortè verissimum, Codicem istum Messanensis Thesauri, quem ignorasse dissimulat *Inueges*, apud *P. Petrum Salernum* Panormitanorum causæ patronum, Inueges notissimum, etiam num reperiri: quippe qui ad eum deuenere quotquot *P. Octauius Caietanus* in vnù congesserat quà Græcos, quà Latinos Codices SS. Siculorum vitas, ac facinora præseferentes; eas publici iuris facturus, ni mors importuna, quod summis laboribus summisq;
D vigilijs parabatur, ex fatali humanæ naturæ necessitate, disturbasset: ab eo igitur mutuari poterit *Inueges*, quæ nos indicauimus, adeat illum, interroget, & dicet sibi.

Menologium Græcum quamnam sibi vindicet fidem, expenditur.

CAPVT VII.

E Priuatæ fidei Græcis Codicibus transit Inueges ad publicæ apud Græcos fidei documenta: & quam de prętensa Agathæ Patria nutantem aduertit Panormitanorum causam, nouis vndequaq; quæsitis statuminibus, fulcire enixiùs adlaborat. Inquit ergo fol. 182. *Apportò anche il Menologio Greco, il quale è di tanta autorità nella Chiesa Greca, quanto il Martirologio nella Latina, oue si dice, Et erat ex Vrbe Panormo apud Siciliam*. Et ante eum Valguarnera. *Græcum Menologium eiusdem tanta sit autoritatis, quanta apud nos est Romanum Breuiarium, seu Latinos Martyrologium*. A B

Sed hic facere non possum quin admirer, quare Menologij, nescio cuius stylo exarati, quà ex Actis Latinis, quà ex proprio scribentium genio, quà ex Metaphrastis fonte, rebus etiam vtcumq; adscriptis, verbisq, immutatis auctoritas extollatur: id enim haud magnam præsefert auctoritatem; quin num minorem, vel non certè maiorem fidem mereatur, quàm antiqua plura Latina Breuiaria, decernant æqui rerum æstimatores, vt amoris sic odij expertes: non est ideo cur in eo antiquando contentiosiùs sit adlaborandum. C

Sed non abs re erit breuibus expendere à quonam, & quando Græcanicum hoc *Menologium*, de quo tantopere gloriantur aduersarij, scriptum fuerit, siue compositum: ex hoc namq; non modicum tenebricosis hisce ambagibus, ac contentiosissimis disceptationibus aduersariorum industria oppositis lumen effulsisse nemo non dixerit.

Cardinalis Baronius Eminentissimus Sacrarum Historiarum explorator ac Princeps, grande seculi nostri miraculum, *Annal. tom. 10. ad ann. 886. nu. 3.* opinatur *Basilium Macedonem* Græcorum Imperatorem *Menologium* hoc scribendum pariter & augendum curasse, ac etiam Imaginibus, quæ singulorum Martyrum certamina exprimerent, exornasse. Imperauit porrò *Basilius* ab anno 867. paucis post annis quàm ad cœlum fuisset euocatus (vt ipse scribit) *Metaphrastes*, quem recens defunctum anno 859. funebri oratione laudauit *Michael Psellus* quecũq; de *Metaphrastis* obitu dixerat, ab ijs, qui fœlicẽ ipsius ad Deũ transitum inspexere, mutuatũ subiungens, contestansque. In len- D

A In longè diuersam abijt sententiam *Cornelius à Lapide*, vir editis ingenij monumentis haud despicandæ auctoritatis, *in Comment. ad Danielem Prophet. post Prolegom. in Prophetæ illius effigie*. Menologium scil. hoc non à *Basilio Macedone*, siue *Macedonico*, sed ab alio eiusdem nominis *Basilio Porphyrogenito* (nomenclaturæ huius illam assignant rationem Scriptores, eò quòd natus sit in Palatio Imperiali, & purpurato loco, vt de *Constātino Porphyrogenito* scripsere *Cedrenus*, *& Zonara*, *Gordonius ad annū 780*.) vt scriberetur fuisse demandatum. *Basilius* porrò iste ab anno 976. ad annum vsque 1025. Orientalis Imperij habenas moderatus est, si credimus *Cedreno*, *& Curopolatæ*, quos probat *Gordonius ad hunc annum*, Sic inquiens. *Obijt nunc Orientis Imperator Basilius Porphyrogenitus mense Decembrit, Indictione nona iam inchoata*.

B Quòd si vera est *Cornelij* censio, centum & amplius anni interiunt inter vnum, & alterum Basilium, inter illum Macedonem *Baronio* Menolog.j huius scribendi auctorem, & hunc Porphyrogenitum *Cornelio* eiusdem literis consignandi impulsorem: non ideo tam venerandam redolet antiquitatem, vt 700. & amplius annos ætatis nostræ excesserit exordia, vt scribit *Valguarnera* apud *Inueges* fol. 182. *Vetustatem 750. annorum superans, vt ex ipsamet præfatione patet, & Gregorij XIV. Pont. Maximi manu notatum est*. Cum & Nicolaus Sfondratus errare potuerit in anno consignando, vel *Baronij* opinationibus manus dederit & calamum.

C Sed iam auctor sit *Basilius Macedonicus*, vt arridet *Baronio*, vel *Porphyrogenitus*, vt opinatur *Cornelius*. Non ideo innegabilem dixerim, aut ineuitabilem *Menologij* fidem & auctoritatem. Plura siquidem in illo legere est, quæ si ad exactam rerum ac temporum censuram adducantur, euidentissimè redarguentur erroris. Hinc factum, vt *Baronius ad annum 44. nu. 38*. Græcorum Menologio eatenus fidem implicarit suam, quatenus probæ fidei auctores accesserint, & quod in Menologio legitur aliūde firmetur, aut alterius censione stabiliatur; sic enim ait. *Simon Cananæus, qui & Zelotes reperitur dictus, quem & Iudam etiam nominatum esse Hieronymus sæpe testatur, in Mesopotamiam profectus populis illis Euangelium annunciauit. In Persidem etiam tandem abijsse tradunt. Addunt alij Ægyptum, Africam, & Britanniam, vt Nicephorus, & Dorotheus, quos sequi visi sunt Græci in suo ipsorum Menologio. Sed hæc absque aliquo antiquorum testimonio*.

D

Haud integra igitur, aut numeris omnibus absoluta puta- A
mus ea, quæ in Græcorum Menologio lectitantur, ni aliun-
de robur accedat, & assertorum veritas ex Antiquiorum
auctoramento roboretur.

Ab eadem fuit mente laudatus *P. Colnagus* in Epistola ad
Catan. Senatum scripta, quam habes apud *Carreram lib. 1.
fol. 169.* sic inquiens. *Due Menologij Greci, che sono como certi
Martirologij, non hanno autorità, per non essere di certo Autore;
& anco perche così lo sente e scriue ne suoi Annali l'Illustrissimo
Baronio.*

Paria scripsit *Ioannes Bollandus in Apparatu ad Vitas San- B
ctorum 9. 11.* ijs verbis. *Egeram illius rogatu cum Baltassare Mo-
reto, vt eas lucubrationes prælo subijceret: responderat hic, si au-
ctor in animum induceret, non nudas Diuorum Historias latinè
edere, sed integra omninò MENÆA recognoscere (quoniam ob-
seruasse me in eis MENDA PLVRIMA dicebam) eaq; interpe-
trari: ea se græco latine eleganter recusurum.* Ita Bollandus. Si
itaq; mendis inspersa apud emunctæ naris viros audiunt
Græca Menæa, vt legisti, nemo sani capitis fidem illis im-
plicabit suam.

Et ne Auctoritatibus dumtaxat decertasse videamur, ra-
tionum momentis planè destituti: quod argumenti genus C
parui faciebat *Romani eloquij Princeps* hæc scribens. *Non tam*
de natura Deor. lib. 1.
*authores disputando, quàm rationis momenta quærenda sunt: quin
& obest plerumq; ijs, qui se docere profitentur: desinunt enim suum
iudicium habere: id habent ratum, quod ab eo, quem probant,
iudicatum vident.* Durius item agi querebatur *Petrus Costa-*
Pegmate in Satyrum fol. 143.
blus vir disertissimus si in veri peruestigatione magis autho-
ritatis, quàm rationis pondera æstimentur. Rationes adij-
ciam & exempla, quibus id quod intendimus quadrato, vt
aiunt, lapide constabilitum euadat & inexpugnabile.

Sit igitur fundamentalis assumpti nostri ratio, lapisq; an-
gularis, *Basilius Imper.* quisquis ille fuerit, siue Macedonicus, D
siue Porphyrogenitus qui scribendum curauit à Græcis Mar-
tyrologium, non vtiq; Vitarum historias exactissimè scriben-
das demandauit: exemplo sint Sanctorum Acta in laudato
Menologio summatim expressa, & paucis compendio ve-
luti peritricta, id quod passim aduertit *Baronius in Notis ad
Rom. Martyrologium.* Ij de Sanctorum natiuitate, vbi nam lo-
ci ea contigisset, disquirere suæ operæ pretium non censue-
uerunt, atque ideo Græcorum normam in scribendo sunt

secuti,

A fecuti, apud quos piaculum non fuit, vt, ſi cuipiam Scriptori aliquid minus verum excideret, alij ſine noua inquiſitione deſcriberent.

Inſtar omnium ſit celeberrimum illud mendum de *S. Cypriano Mago*, qui cum Iuſtina martyrium ſubijt, quem tamen vnum eumdemq; ac *S. Cyprianum Carthaginenſem Epiſcopum* falsò cenſuerunt Græci ſcriptores, *Simeon Methaphraſtes* in primis. Id quod exclamat *Baronius in Notis ad Martyrolog. die 26. Septembris*, cuius verba tranſcribere placuit, ne cerebricoſi ſcripſiſſe redarguamur. *Cypriani & Iuſtinæ. De his hac die Beda, ac ceteri Latinorum; Græci autem in Menologio ſexto*
B *nonas Octobris. Horum acta Græcis edidit Metaphraſtes, quæ latinè reddita retulit Lipoman. tom. 6. & Surius tom. 5. Communiter penes Græcos irrepſit error, dum hunc Cyprianum cum illo Epiſcopo Carthaginenſi confundunt: qui tamen quampluribus differentijs diſtinguuntur ab inuicem, nimirum Patria, Gradu, Genere, Tempore, Actis, & loco Martyrij. Fuit enim hic, de quo agitur, patria Antiochenus, ex mago Chriſtianus, inde Diaconus; & vnà cum Iuſtina ſub Eutholmio Præſide temporibus Diocletiani in ſartagine poſitus, Nicomediæ martyrium conſummauit: adeò vt ex his pateat, non niſi nomen, & martyrij titulum hunc habere communem cum Cypriano Epiſcopo Carthaginenſi. Rurſus etiam*
C *errant, qui hunc paſſum ſcribunt temporibus Claudij Imperatoris: nam in eius Actis teſtatum habetur, ipſum initiatum ſacro baptiſmate atque ordine Diaconatus ab Anthimo Epiſcopo Nicomediæ, quem conſtat temporibus Diocletiani Imperatoris illi Eccleſiæ præfuiſſe; vt teſtatur in primis Euſebius hiſt. lib. 8. cap. 6. & Acta Sanctorum Indes, & Domnæ. Extant horum res geſtæ latinè conſcriptæ, fideliores q; mea quidem ſententia, quàm Acta illa, quæ edidit Metaphraſtes.* Ita Baronius.

Idem in *Marcello Pontifice* mendum apud ipſum idem *Græcorum Menologium* irrepſiſſe, dum eundem cum *Marcel-*
D *lino* Græci Scriptores confundunt (ſicut & de *Cleto & Anacleto* ſcripſiſſe nouimus) teſtis eſt laudatus *Baronius*, cuius hæc verba. *In Marcello Græci prorſus errare conuincuntur, cum eumdem putant cum Marcellino, vt Euſebius in Chron. Nicephorus Epiſc. in Chron. & Nicephorus Caliſtus lib. 6. cap. 34. ſicut & feciſſe noſcuntur de Cleto & Anacleto. Porrò longè diuerſum eſſe Marcellum à Marcellino, Latini omnes, qui res Romanæ Eccleſiæ præ alijs calluerunt, abſque aliqua ambiguitate profitentur.* Not. ad Rom. Martyr. die 16. Ianuar.

Par de *Flauiano Epiſcopo* mendum in codẽ *Græco Menologio*

aduertit

Not. ad Rom. Martyrol. die 18. Februarij

aduertit idem *Baronius*, vbi de Sancto isto Præsule scitus edisserens, hæc ad rem ait. *De eodem Græci agunt in Menologio hac die; vbi testantur Flauianum actum in exilium, & confectū ærumnis obijsse: idq; ex sententia Marcellini Comitis in Chronico, sub Protogene, & Asterico Conss. vbi ait eum exulasse factione Dioscori, & Saturnini. Sed hæc omnia repugnare videntur Actis Sacrosancti Concilij Chalcedonensis &c.* A

Nec silentio prætereundum nobile illud erratum, quo *Menologium* hoc deturpatū aduertit oculatissimus *Baronius* ad diē 29. Martij, Marcum scil. Episcopum Arethusium inter Sanctos adscriptum recenseri, quem tamen Arianum fuisse, Arianorumq; patronum, & antesignanum probatissimi quique scriptores asseuerant: quò factum vt Romana Ecclesia, quæ Catholicæ veritatis columen est, & columna, quæue nec falli potest, nec fallere, Marcum hunc inter Sanctos non receperit, nec recipiat. Præstat hic audire *Baronium* veritatem hanc ita narrantem. *Addunt Græci & Marcum Episcopum Arethusium, quem sub eodem Iuliano Apostata multa grauiaq; passum tradunt S. Gregorius Nazianz. orat. 1. in Iulianum, Theodoret. hist. lib. 3. cap. 6. Cassiodor. hist. trip. lib. 6. cap. 12. & alij. At Romana Ecclesia non recipit Marcum illum inter Sanctos, quē constat Arianum fuisse, & Arianorum Antesignanum &c.* B

Nimius essem, nec finem aliquando nostra faceret oratio, si minutatim singula quæque Græcorum Menologij menda vellem recensere, satis hæc, mentem habenti sufficiant ista. Cui cordi est legere quæ nos ex industria omisimus, adeat *Baronium* nos hoc labore subleuantem, in *Notis* præsertim *ad Rom. Martyrologium*. C

Sed iam propiùs ad rem, quam premimus, accedendo. Ne dum in Sanctorum Vitis ac facinoribus exarādis exscribendisque, verùm in illorum Patrijs assignandis haud despicandos in *Menologio* errores irrepsisse, doctissimi quique viri adnotarunt. *Amphianum*, qui in Lydda (hæc post Iudaicum bellum vocata est Diospolis, ex *D. Hieronymo de locis hebraicis, & Ioseph lib. 7. de Bello Iudaico cap. 23.*) natus est, in Lycia, siue rectius apud Pagas non obscuram Lyciæ Ciuitatem natus non absq; veritatis dispendio asseueratur. D

Nec parcendum videtur Metaphrasti, qui errasse videtur *Baronio in Notis ad Martyrolog. 2. Aprilis*, dum ait *Amphianum* subijsse martyrium apud Cæsaream Lyciæ, cum potius scribere debuisset apud Cæsaream Palestinæ *Metropolim*, vt ait

Eusebius

lib. 8. cap. 14. & 15.

A *Eusebius eiusdem Ciuit. Episcopus*.

Verùm enimuerò sit Græcorum Menologium omni ma ius exceptione, suisq; dictis castigatius, quam dici queat, fidem indubie facturum: adhuc verba, quibus Panormum Agathæ Patriam exprimi importariq; contendunt aduersarij, Panormi natam Agatham nequaquam euincunt. Verba siquidem *Menologij*, si credimus *Valguarneræ*, & qui eius inhæret vestigijs, *Augustino Inuegesi* & nos initio exscribebamus, latinè reddita hæc sunt. *Agatha Virgo & Martyr ex Vrbe Panormo apud Siciliam*. Quod idem replicat *Inueges eodem fol. 182. ad finem*. *E l'vno e l'altro Martirologio Basiliano, &* B *Imperiale, cioè tanto il Greco, come il Latino, han queste istesse parole*, Martyr Christi Agatha fuit ex vrbe Panormo Siciliæ valde formosa.

Atqui illud *ex vrbe Panormo* non Panormi natam, sed ibi aliquando diuersatam importat. Asseritationis meæ auctorem, testemq; plane Triarium, dabo eumdem *Valguarneram*, extortis contortisq; glossulis, minimeq; germanis Auctoribus, qui Agatham ex Catana, siue Ciuitate Catanæ dixere, quos reprobare non licuit, violenter ita interpretatum in eius supplici libello ad Clementem VIII. Pontificem exhibito, vt habes apud *Carreram fol. 144.* P. Colnaghi verba C exscribentem. *Sexto, erratum, si quos offeramus dicentes B. Agatham esse ex Ciuitate Catanæ, quod Italicè dicimus essere di Catania, nihil dubitant & hoc inuertere, quasi sensus sit Catanæ eam diu habitasse*. Suo igitur mucrone confossum *Valguarneram*, eiusq; asseclam Inueges, *Agatham* Panormi minime natam, sciolus quisq; ex laudatis *Menologij* verbis aduerterit. Non etenim sequitur, vt omnis qui est, vel prodijt ex *Panormo*, inibi sit natus: sed significatur *Oriunditas*, siue *Origo*, *Parentela*, *Habitatio cum parentibus*, *vel maioribus ibi natis*, & *simil. vt patet*. Fieri namq; potuit, vt B. Agatha Catanę orta Panormum fuerit à parentibus asportata, ibiq; aliquan- D tdo se se continuerit; quod *Metaphrastes* intellexit, vt infra latiùs obuersabimus. Non igitur ad natiuitatem, sed ad educationem, vel habitationem verba illa sunt referenda.

Nec silentio obuoluendum, plerosq; non è vulgo tantùm homines, sed cordatissimos quosq; viros, quibus pectus sine felle sapit, verissimum opinatos Menologium hoc ex *Metaphrastis* officina desumptum, ac mutuatum: eamdem ideò sibi vendicabit fidem, quantam *Metaphrastes*; vnde illud efluxit

fluxit. Probe id monuit Incertus, sed grauis, sed eruditus Auctor apud *Carreram lib.* 1. *fol.* 206. hæc inquiens. *Menologium verò Græcum tantam sibi auctoritatem vendicare censeo, quantam Metaphrastes, vnde illud effluxit.* A

Paria scripsit non semel laudatus *P. Bernardus Colnagus*, cuius virtutem, eruditionem, sanctos mores, candidissimum deniq; scribendi genus vel ipsi aduersarij suspiciunt, apud
fol. 124. eumdem *Carreram* ijs verbis. *Postremo illud adijciam mea quidem sententia argumentum minime infirmum: quòd in nulla vllius Ecclesiæ, si vnum Metaphrastem cum suo Menologio excipias, Historia, Martyrologio, aut Breuiario, ne tenuis quidem de Panormo, nec solius nominis commemoratione, cum de B. Agatha agitur, fiat mentio.* B Et paulò infra, *Adducitur primus & vltimus historicorum Simeon Metaphrastes, ET EX EO Menologiū illud Græcanicum &c.* Ita Colnagus. Qua ergo leuitate scripsit Sanctorum Vitas *Metaphrastes*, Agathæ in primis, vt inferius euincemus, eadem leuitate penes *Menologium* errores non paucos, illos vel maximè qui *Agathæ* Patriam tangunt, irrepsisse dicendum est.

Quòd si Metaphrastem, & Menologium Græcum duos esse Auctores per vim extorqueant Aduersarij, id quod forte haud reluctans concesserim: complures adsunt in oppositum Historiæ, Breuiaria, Passionaria, ipsi tandem Summi C Romanæ Ecclesiæ Pontifices: qui Agatham Catanæ ortam luculentissimis testimonijs euincunt, omnes numero, auctoritate, fide tandem vno *Metaphraste*, aut *Menologio* longè superiores. Nec desunt Diuinorum Oraculorum prodigia, Diuturna sibiq; semper constans apud Siculos traditio, omnium Nationum, ac linguarum voces Agatham Catanæ natam dictitantes; perpetuum è contra, altum vbique, & apud omnes de Ciuitate Panormitana silentium. Singula porrò ex Breuiarijs, Rom. Pontificibus, Historijs, cæterisue, quæ diximus documentis, monumentisue petita testimonia, D scitus adducit sistitq; *Carrera lib.* 2. *à fol.* 324. *ad* 327. fontem è quo limpidissimi latices hauriri poterunt, digito veluti commonstrasse sit satis.

Nec me deturbat scioli cuiusdam oppositio: si *Menologiū* in principio, Agathæ scil. Patria, errauit, cur non idem in tota S. Agathæ Vita, & Martyrio, locoue Martyrij falsum fuisse dicendum? Facili namq; negotio molestiam purgo: audi: muneris nostri partes eæ sunt, illa dumtaxat respuere,

quæ

A quæ veritati aut expressè repugnant, aut detrahunt: non
autem *Menologij* narrationi in quibus cum alijs, ijsq, grauissimis viris consentiat, quicquam detrahere: nec enim id volumus, nec possumus, nec debemus.

Quòd si hæc satis non tibi factura conqueraris; dabo sane maiora, quibus reculis nostris robur accedat & firmamentum, singulos inquam *Metaphrastæ*, & (quod ex eo desumptum est) *Menologij* in Agathæ Patria, Actis, Gestis, Martyrio tandem enarrandis exarandisq; errores nec paucos, nec paruos, quibus eorum persæpe infarciuntur historiæ, paucis ab hinc interiectis pagellis ex ordine cap. 14. ma-
B nu veluti contractibiles exhibebo: eos modò consultus taceo ne extra scænam ad præsens videar saltasse.

Græcorum Breuiarium Panormitanorum pretensioni nequaquam adstipulari, imò aperte refragari demonstratus.

CAPVT VIII.

PEr eandem lineam, vt cum *Tertulliano* loquar, serram nostram, non absq legentium tedio, reciprocare, eam-
C demq, semper incudem tundere videtur *Inueges* Græcorum Codices cumulando: & qui *Sfortianum*, *Vaticanum*, *Cryptæ Ferratæ*, *Farnesianum*, *Messanensem*, ipsum deniq; *Menologium*, ad euincendam Panormum Agathæ Patriam non satis aptè, imò minus solidè stetisse animaduertit, ad eorumdem *Breuiarium*, tanquam ad sacram Anchoram, confugit; cui aduersus procellas, ingruentesq; difficultatum turbines naufragantis iam cymbulæ salutem committere posse confidit: sic enim scribit eodem folio 182.

Presentò il Breuiario Greco cauato della Bibliotheca Vaticana; è tre anni innanzi à questa disputa, cioè nel 1598. per ordine dell'
D *istesso Clemente VIII. stampato, oue sono le istesse parole del Menologio Greco. Breuiarium Græcorum*, verba sunt Valguarneræ, *Tribus ab hinc annis è Typographia Vaticana editum, iussu & auctoritate Beatitudinis tuæ, eamdem seruat penitus Lectionem.* Ita Inueges.

Verùm neq anchora hæc tam sacra, nec rudentes adeo firmi vt ei nauigij salus tutò possit committi. Grecum namq; vnum Breuiarium tot Catholicę Ecclesię Breuiarijs Roma-

no, Ambrosiano, Placentino, Gallicano, Benedictino, Car- A
melitano, Summorum Pontificum Epistolis, Diuinorum
Oraculorum momentis, signatis deniq; Auctorũ monumentis,
quibus AGATHA vel CATANÆ ORTA, ibidéq; martyrio
coronata, ipsissimis verbis exprimitur, vel CATANENSIS
nominatur, vel saltem *Catana Agatha Patria* dicitur: nedum
non præponendum, sed nec conferendum. Iure ad rem si-
stenda sunt, quæ *Aloysius Lippomanus in præfatione ad Martyri-
um S. Dionysij* scripsit. *Præualet vni trium singularium virorum
testimonium.* Quòd si Latina Breuiaria falsa sunt, aut mendo-
sa, & erroribus conspurcata, & ea potius vera, quæ vnum B
habet Græcorum Breuiarium; conclecta plane res est; exte-
ris gentibus, fideiq; hostibus ad impugnandam Ecclesiã ex
hac nouitate hastas ministrari ne mo non dixerit, nisi qui
protocurre maluerit.

Iam Clementis VIII. Rom. Pont. iussu nouissimè editum
sit Græcum hoc Breuiarium, quid iude? Pontificem namq;
ea, quæ ipsi offerrent ex toties decantato *Menologio* petita,
vt & Græca illa, ijs reliquisse, exploratius est, quam vt vl-
lum superesse possit effugium, aut pluribus comprobare sit
necesse.

Tum, estò veri simum sit, & innegabile ex Græcorum C
Breuiario petitum testimonium; non tamen vlli persuasum
opinor, ex illo grauius deduci posse auctoritatis firmamen-
tum, quam quod ex Menologio (vnde Breuiarium hoc pro-
dijt, effluxitq;) Panormitani ad rem suam venditandam de-
duxisse sibi ipsi blandiebãtur, eamdem namq; penitus seruat
lectionem, eadem omninò habet verba, eumdem fermè
sensum præsefert Breuiarium, ac Menologium vt *Vulg. ar-
nera*, & qui eius verba transcribit Inueges, apertissime te-
stantur; in vtroq; namq; legere est, *Agatha Virgo & Martyr
ex Vrb: Panormo apud Siciliam*. Vel vt scriptis literis 19. Iulij
labentis huius anni 1655. me certiorem reddidit *Neophitus* D
Rodinus Græcis latinisq; plurimum eruditus. *Hæc fuit ex Ci-
uitate Panormi*. Hæc autem verba non Ortum, sed Origi-
nem important, vt aliàs dicebam. Non igitur Agatham Pa-
normi ortam, sed Panormo oriundam, aut Panormi cum
parentibus, siue maioribus suis habitasse, siue sese conti-
nuisse dicendum est.

Sed iam veluti ex *Areopago* judicem libenter aduocabo
Græcum idem *Breuiarium*, quod aduersarij nobis opponunt,

quodue

A quodue pro re sua quàm maxime facere gloriantur: In illo
siquidem, vbi *Agatham ex Ciuitate Panormi fuisse* legere est,
illicò ad eiusdem lectionis calcem (diuino quasi consilio)
ab Angelorum Centuria Tabella ad Virginis sepulchrum al
lata commemoratur, in hæc verba. *Fertur itaq; quòd Ange-
lus in eius sepulchro lapideam tulit Tabulam, in qua erant ver-
ba hac scripta*, Mens sancta, Spontanea, Honor Deo, & Re-
demptio Patriæ.

Ex quo sanè Angelico testimonio ineluctabile deducitur
argumentum *Agatham Catana Ortam*, Catanam Agathę Pa-
triam, minime verò Panormium. Hæc siquidem liberatio
B siue Redemptio à periculis, & excidijs, Catanæ tantùm im-
pertita legitur, non Panormo. Ecquis enim dixerit, aut
legerit, Agathæ patrocinio Panormum aliquando ab ingru
entibus malis incolumem fuisse seruatam, aut à calamitati-
bus (quamuis multiplices passa sit clades) in pristinam di-
gnitatem asseruatam? plane nemo, quem hactenus offende-
re licuit, nec Panormitanus ciuis, nedum exterus Scriptor.
Catanam verò quàm sæpissimè, vel ab ipsius D. Agathæ cæ-
de reuoluto anno, & nostra quoq; ac parentum nostrorum
ætate, ab Aetnęis incēdijs in proximos agros, Villas, oppidaq;
debacchantibus, ac vastitatem inferentibus, nedum metum
C incutientibus: ab atrocissima pestilentiæ lue, voraciori ve-
luti flamma, Ciuitatem, Ciues item omnes in vnum absum-
ptura: à summa rei frumentariæ annona: hostium insidijs,
bellorum turbinibus: implacabili *Friderici Cæsaris* ad necem
indignatione: malis tandem omnibus, difficillimis quibusq;
temporibus Agathæ patrocinio præseruatam, cuius item an
tiqua miracula in pręsenti etiam seculo coruscare sentimus,
Scriptores omnes profitentur, Ecclesiasticæ narrant histo-
riæ, Siculorum Annales testantur, Circumstantiæ etiam ip-
sæ facile docent eum, qui rem non habeat periudicatam.
Singula porro, Diuę nostrę Conciuis ope per quatuordecim
D integra secula in Catanam, in Catanenses concives suos pa-
trata miracula, distinctis annorum epochis *in nostris Anna-
libus*, quos molimur iam, & ferè expumicatos habemus,
posteris recentamus, & exhibemus. Angeli igitur Patriæ no-
mine Catanam intellexere, non Panormum; ergo Catana
est Agathæ Patria, non Panormus.

Solidissimam hanc rationem, vel me nil tale cogitante,
nec communicato alteri consilio, suis exarauit literulis lau-

datus *Neophitus Rodinus*, cuius verba digna sunt quæ hic si-stantur. *Intorno poi di quello, che V.S. mi scriue della Natiuità di S. Agatha, se essa è di Palermo, ò di Catania, questo posso à V.S. accennare; Nel nostro Breuiario si troua scritto così. 4. di febraro. Hæc fuit ex Ciuitate Panormo. Però verso il fine della lettione di S. Agata si leggono l'infrascritte parole. Fertur itaq; quod Angelus in eius Sepulchro lapideam tulit. Tabulam, in qua erant verba hac scripta*. Mens sancta, spontanea; Honor Deo, & Redẽptio Patriæ. *Queste istesse parole si trouano anco in vn certo Hinno, che li Greci cantano nella festa di questa Santa. Da questo dunq; mi pare che si può bene argomentare, che questa Santa hebbe per Patria la Città di CATANIA; poiche l'Angelo la chiama Redentione della Patria; e questa redentione altro non è che la prohibitione del fuoco di Mongibello, che molte volte solea descendere sino alla Città, & offenderla per la vicinanza, che vi è di questi due lochi*. Ita Rodinus candidissimo scribendi genere veritatem hanc attingens, explicansque. A B

Non negauerim ego Diuam Agatham (Sanctos item omnes) quibuslibet (si oportet, & quando oportet) piè, fideliterq; eam inuocantibus defuturam, aut vnquam defuisse. Id dumtaxat in præsentia agimus, vt commune illud, ac peruulgatum, insigne, continuatum deniq; Protectionis amuletum Angelicis eloquijs expromissum in Catanam deriuarit, non in Panormum, nec nostra dumtaxat ætate, sed & parentum, auorum, maiorum deniq; in dies deriuatum legimus, agnoscimus, ac profitemur, eruntq; posteri nostri per secula, vt pie credimus, experturi. C

Nec me deturbat, si huiusmodi Angelorum testimonium (quod appositissime Catanam Agathæ Patriam definit, peuincitq;) non de Patria, vbi Terris, sed vbi Coelo nata sit, accipiendum contendat Inueges, quasi Catana Agathæ sit patria, non quia ibi nata sit, sed quia ibi martyrio affecta. D

Non, inquam, me deturbat: ecquis enim sibi persuadeat, inquit *Anonymus* apud *Carreram*, Angelos apud nos aliter lo- *lib.1.fol. 205.* qui, quàm nos inter nos ipsos alloquimur? Iam verò nos, ac pleriq; omnes Scriptores, cum Patriam nominamus, non vbi quis Coelo, sed vbi Terris nascitur, intelligimus. *Loquendum Vt plures*, monuit Aristoteles. Nec vnquam Martyrij lo- *In Topic.* cus in Patriam Martyris commutatur; quando nec Apostolus Petrus, nec Paulus Romam sibi Patriam fecere; & ceteri omnes, qui non quo loco extremum diem obiere, sed

vbi

A vbi nati sunt, eam sibi vt Patriam nominarent, potestatem accepere. Neque mos ille Ecclesiasticorum Scriptorum, qui Sanctorum obitus Natales appellant, de terreno, sed de cœlesti ortu intelligitur, quo cœlo ac Deo nasci dicuntur, sempiternam vitam acturi.

Non ideo inficias ierim Sanctorum Patriam etiam appellari Cœlestem Hyerusalem, quæ etiam est mater nostra: pernegauerim verò in ipsa morte terrenam etiam acquiri Patriam. Quod si esset, duplex Beatis hominibus patria oborietur in morte, vna ex immortalis vitæ principio Cœlestis, altera ex mortalis vitæ fine terrena. Iam verò quoniã
B ea Patria est, vbi in vitam quis venit, qua ratione Catana Agathæ esse potest, vnde moriendo proficiscitur?

Plura, eaq; grauiora ad id stabiliendum, Martyrij scil. locum nunquam verè in Martyris patriam commutari, quę hic referre consultò noluimus, inferiùs dabimus *cap. 21. & iterum cap. 24. Excurs. 3.*

Ex Græcorum Martyrologio non plus adijci ponderis aut auctoritatis Panorm. prætensioni, quàm quod ex Menologio, Breuiario, cæterisue Græcorum Codicibus petebatur, breuibus ostenditur.

C
CAPVT. IX.

DIssimulare sanè non possum exactissimam *Augustini Inueges* diligentiam, qua nil sanè præterit, vnde vel minimam auctoritatem rei suæ commodaret. Vbi etenim ad Panormum Agathæ Patriam statuendam Græcos illos Codices, *Menologium, Breuiarium* deniq; haud satis fecisse præsensit, eorumdem Græcorum *Martyrologium*, veluti Colophonium, postremo sistit, fidem auctoritatemq; in re alias trepida conciliaturum: sic enim ait. *Diede à leggere il Marti-*
D *rologio Greca (come il Titolo diceua) di Basilio Imperatore Constantinopolitano: il quale Ludouico Sforza Duca di Milano diede à Gio. Battista Sfondrato auolo di Nicolò Sfondrato Cardinale, che dopò creato Papa fu detto Gregorio XIV. & in questo anno 1601. della disputa, con grande honore si conserua nella Libraria Sfondrata sedonne dice il Valguarnera.* vetustatem 760. annorum superans (vt ex ipsamet Præfatione patet) & Gregorij XIV. manu notatum est. *Et aggiunge. Idem Basilij Martyrologium*

200. *ab hinc annis in latinum sermonem extat Patauij in Bibliotheca Ill. Vincentij Pinelli, vnde latina vita missa est ad Io. Baptistam Baudinum huius Congregationis à secretis rei veritatem inuestigare cupientem. E l'vno e l'altro Martirologio Basiliano & Imperiale, cioè tanto il Greco, come il Latino han queste istesse parole: Martyr Christi Agatha fuit ex Vrbe Panormo Siciliæ valde formosa.* Hactenus Inueges, & ante eum Valguarnera. A

Verùm nec ideò facit è tenebris lucē splendescere *Valguarnera*; nec quæ in dubium ac quæstionem de Græcorum Codicum fide hactenus vertebantur, vnius Martyrologij auctoritate satius demonstrare vnquam poterit, aut firmiùs communire, quando Martyrologium hoc idem esse quod Menologium, vel Græcarum rerum prorsus ignari probè norunt. Auctorem sisto *Ioannem Bollandum in Apparatu ad Vitas Sanctorum*, quas infatigabili solertia describendas suscepit, quarum hactenus tomi duo Ianuarium mensem præseferentes ad nostram peruenere notitiam: Hic ergo Auctor eruditus iuxtà ac pius hæc ait. *Habuit illa quoque & prima fortassis, habetq; Gens græca etiam num sua Martyrologia, quæ fere Menæa aut Menologia appellat, quasi Menstruales dicat, puta Fastos, aut Diuinorum officiorum descriptiones.* Ita Bollandus, & rectè. B

cap. 4. §. 1. & §. 11

Aliundè stabilio quod dicebam. *Martyrologium* hoc illud idem fore *Menologium*, quod Constantinopoli ad Cardinalem S. Cæciliæ allatum, & ab eodem ad Paulum V. Rom. Pont. amandatum ac dono datum, nostra tandem ætate in Bibliotheca Vaticana repositum testatur *Cornelius à Lapide*, cuius censionem & verba superius exscribebā: non est igitur cur tantopere exultet *Inueges*, aut insultet, Menologiū Martyrologij nomine euulgans, vnum in duplex commemorās multiplicansque. C

Atqui aliud sit *Martyrologium*, aliud *Menologium*, sintque inter se duo, ac longè diuersa volumina (quod fortasse non dandum) non tamen extra vndam & fumum pericula deuitabit: nec plus inde ad Panorm. causam elici auctoritatis quispiam dixerit, qui illud ex *Græcorum Menologio* prodijsse, ex *Metaphrastis* item officina desumptum, ex illius historia mutuatum, vt cordatissimi quique viri adnotarunt, perspectum habeat, vt nec inficias ierit Aduersarius. Haud pluribus ideo leue hoc Martyrologij monumentum censeo versandū quàm Menologium, quam *Metaphrastis* historiam, quàm reliquos omnes Græcorum Codices, in quibus omnibus ac D

singu-

A singulis eadem prorsus habentur verba, *Agatha fuit ex Ciuitate Panormo*, idem sensus, eadem lectio, eadem deniq; censio, & errata. Nec quia plura sint volumina plus ideò habitura sint ponderis. Satis hæc, mentem habenti sufficiant ista: sat habentes, vt in prouerbio dici solet, *Vrsum ex capite æstimare*: quem non fallentibus deinde vestigijs, latiori campo liceret fatigare, nisi ipse primùm vix è cauerna exclusus seipsum irretiret.

Græcis Codicibus, vtpotè nuperis, & insinceris, nullatenus standum; solis Latinis defendendum.

B

CAPVT DECIMVM.

DE Græcis Codicibus eorumq; fide satis hactenus disceptatum compressaq; veluti à tergo & lateribus calumnia, spicula in ipsos spiculatores retorta. Paucis modo à fronte veluti perurgentium, vt argumentum, quo veluti præsidio Panormitanorum fides vanè se continet, non plus incommodi, quam adiumenti nostræ causæ afferre cuiuis palàm esse queat.

C Ait ergo Valguarnera apud Carreram fol. 156. *Certiores Græcorum historias fuisse, quippe non nimis ab ipso um Imperatorum, & hostium nostræ Religionis tempestate distarent*. Id, quod probasse visus est Inueges fol. 211. hæc inquiens. *E per similas qual si disputa della gloriosa natiuità di Santa Greca, poiche Greca era la Sicilia, e Greca fu la B. Agatha; a chi dunque si deue prestar maggior credenza, al Greco Menologio, Greco Martyrologio, Greco Breuiario, Greca Historia, & à tutta la Greca Chiesa, che con solenne & interrotta traditione l'assa felicissima nascita ripone in Palermo*. Idem alijs sane verbis, eodem tamen sensu, dixerat prius fol. 191.

D Sic igitur è Græcis Scriptoribus petita *de Agatha Patria* testimonia validiora sunt ac firmiora, quàm quæ ex Latinis ad nos deriuarunt literarum monumenta. Sed vide quàm facile vehemens quisq; hominem ducit ac circumducit affectus: omnia in hunc finé conducit, siue recta, siue distorta.

Falsum itaq; initiò dixerim Græcorum historias certiores esse quam Latinorum documenta. Ecquis enim, nisi quem vel in ipso solis lumine cæcutire delectet, aut cuius mentem tenebricosæ nescientiæ, aut rectiùs inexcusabilis ignorantiæ

nigror

nigror obduxerit, ignorat Græcæ historiæ fidem apud pro- A
batissimos quosq; Scriptores nunquam non suspectam, & in
sinceram audijsse in pluribus mutilam, in nonnullis mancam, in
plerisq; superfluam, & quæ magna ex parte arguatur erro-
ris; adeò vt in prouerbium cesserit, *Quidquid* GRÆCIA
MENDAX *audet in historia*.

Explorata quantumuis hæc sint, suaq; luce se signent: da-
bo nihilominus testes numeris omnibus absolutos, omni itē
exceptione maiores rem hanc sanctissimè confirmātes. Pri-
mus erit Romani eloquij Princeps *M. T. C. Orat. pro L. Flacco*,
Græcorum testium fidem planè pleneq; repudians, cuius B
hæc verba. *Verumtamen hoc dico de toto genere Græcorum; tri-
buo illis literas, do multarum artium disciplinam, non adimo ser-
monis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam. Deniq; si
qua sibi alia sumunt, nō repugno.* TESTIMONIORVM *religio-
nem, &* FIDEM *nunquam ista Natio coluit, totiusq; huiusce rei
quæ sit vis, quæ auctoritas, quod pondus ignorant; vnde illud est,
Da mihi testimonium mutuum? num Gallorum, num Hispanorū
putatur? totum istud Græcorum est: vt etiam qui Græcè nesciunt,
hoc quibus verbis à Græcis dici soleat, sciant. Itaq; videte quo
vultu, qua confidentia dicant, tum intelligetis, qua religione di-
cant.* Ita Tullius, & verè. C

Alter, qui veritatem hanc, vel me tacente, prodit, edi-
citq; est *Bartholomæus Cassinæus* editis ingenij monumentis
domi forisq; clarissimus, hæc ad rem scribens. *Ceterum, cum
omnes Historici sint legendi, & discendi, Scriptores potissimùm La-
tini, rerumq; nostratium enarratores sunt colendi, & legendi;
quòd Historici* LATINI SANCTIORES GRÆCIS *Scriptoribus
fuisse existimantur, teste Satyrico, qui ait: quidquid* GRÆCIA
MENDAX *audet in historia*. Et paulò inferiùs. *Ex quibus sa-
tis clare concludendum est, Historicos esse laudandos, & honoran-
dos, atq;* LATINOS GRÆCIS ANTEPONENDOS. Ita Cas-
sanęus. D

Quòd si ad Ecclesiasticos nostra conuertatur oratio, (ne
aliquid in hoc genere prætermittamus, quod intenti in præ
sentiarum argumenti ratio exposcit) testem dabo *D. Hiero-
nymum* doctissimum iuxta ac sanctissimum Catholicæ Eccle
siæ Doctorem, omni exceptione maiorem, & in quem ni-
hil dicere possit inuidia, rem, quam vrgemus, grauiter ita
confirmantem in Præfatione ad Pentateuchum *ad Desideriū*
EMENDATIORIA *sunt exemplaria Latina, quam Græca.*

Nec

A Nec me deturbat *Augustini* sententia Græcis primas deferentis, ab ijsq; Latina exemplaria auctoritatem sibi vendicasse contestantis. In sacris namq; Historijs Hieronymus Augustino præfertur: id quod scitus aduertit *Glossator*, cuius hæc verba. *Vel dic. quòd in hoc magis credendum est Hieronymo, quàm Augustino: quia inter istos tres Augustinum, Hieronymum, & Gregorium, Augustino magis credendum est in disputationibus, Hieronymo IN HISTORIIS, & Translationibus; Gregorius in Moralibus præponitur.* Si igitur Latina exemplaria emendatiora sunt, quàm Græca, ergo & veriora esse quis ambigat? Græcis vtiq; præponenda nemo non dixerit.

B Calculum quoq; adijcit *Eminentiss. Baronius Ecclesiastica Historiæ Princeps in Annal. ad ann.* 169. vbi agens de actis S. Pionij Martyris hæc ait. *Sed cum sincera atq; legitima esse noscantur, eaq; tum ex publicis Actis Proconsularibus accepta, tum ab ijs, qui aderant, simpliciter & absq; fuco (quod RARVM EST APVD GRÆCOS inuenire) conscripta &c.* Et ad annum 290. hæc inquit. *Acta Latina licèt fusiora videantur, mirandum tamen illa ipsa audiri Martyrum verba à Notarijs sanè fideliter scripta, quæ postea à fidelibus pacis tempore magno redempta pretio sunt exscripta.* Et paulo infra. *Sic igitur ex omnibus memoriæ commendatis Actis Martyrum illa fideliora, atq; in omnibus magis integra esse noscuntur, quæ à fidei hostibus scripta & in*
C *publica relata sunt Proconsulum monumenta.* Fuisse autem acta Proconsularia latinè scripta, non autem Græcè, nemo ibit inficias, nec ipsemet Inueges, aut Valguarnera negabit.

Quin Romanam Sedem in Italia nunquam a Græcis historias accepisse notissimum est, & innegabile. Eruditissimos iuxta ac Sanctissimos plerosq; Græcorum fuisse sat scio. Græcia quondam Sapientiæ studijs excelluit, etiam Christianæ, quæ tot tantosq; vel procreauit ipsa, vel omni doctrina expoliuit Ecclesiæ Antistites, Diuinæq; Doctores disciplinę: tamen Italiam nostram, Romam, Romanam Sedem, Græ-
D cię, aut Orientalis Ecclesię non modo non discipulam, sed in omnibus semper magistram omnium fuisse, adeò constās est omnium vox, traditio, firma tandem sententia, vt non sit cur in hoc comprobando nostra desudet industria.

Sed, Gręcorum historijs calculum aliquando dederit & suffragium Romana Sedes; illarumq; acta in quibusdam probauerit; non ideò omnia probasse dicenda est: non ob id Gręca monumenta Latinis potiora, aut emendatiora

quis dixerit, in Agathę pręsertim Patria consignanda: quando Summos R. E. Pontifices, Eminentissimos Patres, sapientissimos tandem viros, quibus id ex munere incumbebat, Gręca nescisse turpe est cogitare: quòd si Gręca exemplaria Latinis emendatiora putassent Patres illi, vtiq; in omnibus Gręcorum sententias, in Sanctorum pręsertim Martyrum Actis, qui per omnem ætatem floruerunt, Agathæ in primis absdubiè fuissent secuti: Quæ si non fecerunt, nec talia vnquam de Patria Agathæ (Panormo scil. adscribenda) sua ipsi lingua, calamo, scriptis tandem locuti sunt, scriptitarunt, aut senserunt; imò ex aduerso Catanam Agathæ Patriam. B Agatham Catanæ ortam, Agatham Catanensem, dictis, scriptisq; per tot integra secula euulgarunt, comprobarunt; ecquis in dubium, aut controuersiam iure poterit reuocare, Græca exemplaria Latinis semper posthabita, inferioris notæ semper audijsse, & insincera? Latina è contra Græcis fideliora, emendatiora tandem iugiter arrisisse?

Aliunde stabilio quæ dicebam, Acta Latina in ijs vel maximè, quæ ad Agathæ historiam, Martyrium, res deniq; gestas peculiariter spectant (qui neruus est assumpti in præsentiarum argumenti) longe antiquiora sunt Græcis Actis. Illa siquidem post ipsum Agathæ Martyrium ab ijs descripta C sunt, qui oculati testes Martyrio presentes interfuere, illiusq; certamen coram inspectarunt, quam sanè antiquitatem, Græca volumina præferre aut ostentare nequaquam possunt: longè ideo purgatiora sunt & fideliora, quàm Græca ab auritis dumtaxat Scriptoribus post dissita ab Agathæ nece integra secula, prout ab alijs accepere, conscripta. Porrò oculatos testes longè digniores quàm auritos, illorumq; vel vni dumtaxat plus tribuendum, quam centum ex alijs, nemo ibit inficias.

Assumptum, vel me tacente, commonstrant, ne dum D probant eadem Acta Latina Proconsularia, in quibus vbi de Angelo, qui ad Agathæ funus exequiasue cohonestandas, cælitus demisso sermo præcessit: hæc subijciuntur. *Clauso igitur Sepulchro abscessit, neque vlterius visus est, neq; auditus in ea regione, vel in tota Prouincia Siculorum: Vnde SVSPICATI SVMVS quòd Angelus eius fuerit.* Pende verba illa *Suspicati sumus*, & mecum senties. Quid ni? nos ipsi, qui Virginis certamen inspeximus, eius item exequijs interfuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ

con-

A contrectauerunt, & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis.

Ad hæc Romana Ecclesia Catholicæ veritatis magistra, quæ nec fallere potest, nec falli, eadem in Antiphonis, Lectionibus, Responsorijs tandem *Officij B. Agathæ* vsurpat verba, quæ in ipsius Diuæ Virginis habentur Passione, Actisq; latinis Proconsularibus: testantur id peruetustissimi *Codices M. SS. Gallicani, Ambrosiani, Mozarabe*, de quibus inferius ex industria sermo redibit. Fatentur tandem antiquissimi Scriptores genere & numero præcipui, inter quos *S. Damasus Pont. Max.* (floruit hic ab ann. 335.) qui hymnum in
B D. Agatham pangens, sic inquit.

Deliciæ cui carcer erat, Lætior inde magisq; flagrant,
Pastor eum Petrus hanc recreat, Cuncta flagella occurrit duans

D. Augustinus accuratissimus sacrorum scrutator *lib. Soliloquiorum cap. 22.* (quę scripsisse fatetur antequam Christiano ablutus lauacro in nouum hominem fuisset regeneratus) cum Deo dulcè pieq; colloquens, verba hęc habet ad Agatham spectantia. *Hanc tuam dulcedinem ineffabilem & illa gustauerat Virgo, de qua legimus, quòd lætissimè, & glorianter ibat ad carcerem, quasi ad epulas inuitata.* Quę verba ad *Agatham* (vt dicebam) citra omnem controuersiam spectant, suntq;
C ipsissima, quibus etiamnum vtitur Romana Ecclesia in Agathę Officio, illaq; pro secundo Responsorio ad secundam lectionem primi nocturni, Tertia item Antiphona ad secundum Nocturnum vsurpat. *Agatha lætissimè & glorianter ibat ad carcerem, quasi ad epulas inuitata agonem suum Domino precibus commendabat.* Augustinus porrò è Manichęo Catholicus euasit anno 384. & insequenti proximo anno vix exacto, aut biennio post, vt arrisit *Baronio*, sacris vndis ablutus.

Quęro igitur vbi nam legerit *Augustinus* hęc verba? non vtiq; in Gręcis actis, quę nulla inueniebat Panormitani tam antiqua (non inficior inueniri Gręcos M. SS. Codices, &
D Exemplaria, sed ea vel a *Metaphrastis* fonte fluxerunt, vel vnde hausit *Metaphrastes*; a quocumq; igitur Auctore manauerint, non maiorem certè sibi auctoritatem vendicabunt quàm *Metaphrastes*; antiquitatem verò vel eamdem, vel nō longè maiorem ostentent necesse est) Neque etiam potuit *D. Augustinus* ex Actis Gręcis exscripta iam verba in latinum exprimere, cum apud illa longè diuersus legatur sententiarum sensus, ac verborum series. habent enim, *Carcerem mar-*

tyringressa est nimia lætitia, & exultans certaminum suorum cogitationem læto animo cum precibus offerebat Domino. A

Cum igitur liquidò constet Latinorum Actorum antiquitas, ad septingentos & amplius annos (vt nonnullorum fert opinio) decantatissimum Metaphrasten excedens, cõrumq; grauissimum auctoritatis pondus ab *Augustino*, qui veritatem non populari quadam trutina, sed aurificis statera consueuit examinare, comprobatum fuisse; Romanam deniq; Ecclesiam ab iisdem Latinis Antiphonas illas ac Respõsoria, quę in Agathæ officio recitare consueuit, ad verbum mutuatam; confectum opinor, Latinorum Acta, vt longe Grecis antiquiora, sic & purgatiora semper audijsse; quò B factum, vt antiquissimus Ecclesię sensus illa approbauerit, eisq; tandem auctoritatis plurimum ac fidei tribuendum censuerit, non Grecis.

Acta Proconsularia Latina quantum fidei & auctoritatis prę Grecis Codicibus sibi vendicent, demonstratur.

CAPVT XI.

ET quoniam de Actis Proconsularibus incidit sermo, nõ abs re, nec extra lineam digressi videbimur, si aliqua C compendio veluti pręstricta lectori exhibeamus, è quibus *Agathæ Natiuitas* sine fumo aut fuco comprobata sua ipsa se luce signabit. Verùm antequam operi manum admoueamus, operę pretium erit pręscire, quę *Card. Baronius in Apparatu ad Rom. Martyrologium cap.* 1. adnotauit. Diligentissimum scil. studium olim adhibitum fuisse, vt Acta Sanctorum Martyrum purè ac sincerè conscriberentur: eiq; rei egregiā nauatā operā primùm fuisse à *S. Clemente Rom. Pont.* (Floruit hinc anno Christi 91.) *Liber Romanorũ Pontif. testatur.* Hic ergo Sanctus Pręsul septem Romanę Vrbis regiones diuisit septẽ notarijs, singulas singulis tribuens, qui in sua quisq; D regione Sãctorũ Martyrũ vitas resq; ab eis gestas sollicitè perquirerent, cõquisitas literis demandarent: iisdẽ mox *Fabianũ Pont.* pręfecisse septẽ Subdiaconos, totidemq; Diaconos, qui gesta Martyrum à septem illis Notarijs scripta colligerent, exactèque peruestigata Romano Pontifici nota facerent, vt qualia & quęnam essent recognosceret; suaq; auctoritate probaret, atq; inter Ecclesiastica monumenta reconderet.

Nec

A Nec Romę ſolum id actum fuiſſe, verùm & in alijs locis, Ciuitatibus, diſſitis tandem regionibus diligentiam hanc ſedulò adhibitam monet laudatus *Baronius* hęc inquiens. *At qui non ſolum Romana Eccleſia in perquirendis atq; ſcribendis SS. MM. Actis ſedulam curam impendit, ſed aliæ nobiles Eccleſiæ ijſdem haud ſegniter laboraſſe noſcuntur*. Et paulò inferius. *Erant & illa Acta Martyrum pura atq; ſincera, quæ, cum de illis coram Iudicibus quæſtio haberetur, à Notarijs publicis Exceptoribus excepta, in Acta publica, quæ Proconſularia ſæpe dicta inuenimus, inferebantur, atq; inter alia publica monumenta aſſeruabantur*. Et iterum in Annalib. ad Ann. 238. ſic habet. *Porrò No-*
B *tariorum opus fuiſſe exiſtimamus, vt non ipſa tantum Acta, cruciatus nempe diuaq; ac ſæpius repetita tormenta deſcriberent; ſed etiam quæcumq; ijdem SS. MM. locuti eſſent, dum cæperentur, ac publicè torquerentur, quæ item ad ſupplicia ducti fuiſſent interlocuti memoriæ commendarent. Illa autem, quæ intra cancellos obducto velo coram Iudicibus, cum de ipſis quæſtio haberetur, ijdem rogati dicerent, publicorum exceptorum muneris erat cuncta ſcriptis mandare, & inter publica Acta referre: quæ verò agerentur in Prouincijs Proconſularia ab Auguſtino & alijs dicta reperimus.*

Porrò hæc ipſa, vel illorum potius exemplum à Chriſtianis col-
C *lata pecunia redimi ſolebant, & inter Acta Martyrum ſedulò ſeruari: quæ verò extra cancellos cum Martyribus agerentur vel dicerentur, ab Eccleſiæ Notarijs magna adhibita cautela conſuetis notis quàmcelerrimè notabantur*. Et paucis interiectis. *Porrò non ſolum in Romana Eccleſia, vt Acta Martyrum accuratè deſcriberentur, ſed ab alijs quoq; id diligenter curatum eſſe alibi diximus*. Ita Baronius.

Quàm veridica autem fuerint Acta Proconſularia tradit laudatus Baronius ad annum Chriſti 169. vbi agens de *Actis S. Pionij Martyris*, ſic ait. *Sed cum ſincera atq; legitima eſſe noſcantur, eaq; tum ex publicis Actis Proconſularibus accepta,*
D *tum ab ijs qui aderant ſimpliciter abſque fuco (quod rarum eſt apud Græcos inuenire) conſcripta &c*. Et iterum ad ann. 290. ſic ait, *Acta latina licèt ſiſtiora videantur, iucundum tamen illa ipſa audire Martyrum verba à Notarijs tunc fideliter ſcripta, quæ poſtea à fidelibus pacis tempore magno redempta pretio ſunt, & exſcripta*. Et paulo poſt. *Sic igitur ex omnibus memoriæ commendatis Actis Martyrum illa fideliora, atq; in omnibus magis integra eſſe noſcuntur, quæ à fidei hoſtibus ſcripta, & in publica re-*

lata

lata sunt Proconsulum monumenta: adeo namque execrandum erat in publicis tabulis falsum quid scribere, vel ex his à iter ac scripta essent recitare, vt hoc ipsum crimen pro capite Lesæ Maiestatis, vt Vlpianus tradit, includeretur. Ac proinde quæ sic scripta ab illis & exscripta à nostris veneranda prodit antiquitas, post tot naufragia Scripturarum facie pura, sincera, & decora, sunt eadem cupidè à veritatis cultoribus amplectenda, atq; auidius osculanda. Hæc ille, qui agens de Actis SS. MM. Tharaci, Probi, & Andronici, sic ait. *Hac autem ipsa acta Metaphrastes, quod prolixiora fortasse sint visa, redacta in compendium edidit magno præiudicio Ecclesiasticæ antiquitatis, NEC SINE ALIQVO DISPENDIO VERITATIS.* A B

Hæc igitur cum ita sint: vna ex Ecclesijs quæ pura ac sincera suorum Martyrum acta seruarunt, censenda est Catanensis, quæ id ætatis inter Siculas prima habebatur, tum quòd primum Episcopum Beryllum ab Apostolorum principe sub ipsis adnascentis Ecclesiæ exordijs exceperit: tum, quòd ab eodem D. Petro apostolici ordinis primicerio dicatam meruisset Basilicam Sanctissimæ Dei Genitrici anno Christi 42. vel 44. vt alias docebam *Catan. Decach. chord.* 2. à Berylli ergo successoribus Catanensium Episcopis si Acta maiorum vt exscriberentur non fuisset curatum, profectò illa per orbem vulgata ad nostram vsq; ætatem non peruenissent, neq; *Eupli* Catan. Ciuis, nostræ item Catan. Ecclesiæ archidiaconi sub *Diocletiano & Maximiano* Martyrio coronati anno Sal. 303. die 12. Augusti. Nec aliorum Sanctorum x. Martyrum, quorum antesignanus extitit *Stephanus* eiusdem Ecclesiæ Diaconus, qui martyrij agonem sub ijsdē *Diocletiano & Maximiano* Augustis martyriū consummarunt anno 304. vltimo die Decembris: Nec pariter S. *Felicis Africani Episcopi*, (dum ex Africa ad Diocletianum vinculis oneratus Venusium duceretur) apud Catanam hospitati benigneq; excepti memoria ad nostram peruenisset notitiam; cuius hospitalitatis memoriam erga externum Sanctum Cōfessorem si non permisit interire Catanensis Ecclesia, quid par fuit erga suā *Virginem Agatham* facere, an huius Acta non contenderit omni studio ex Actis Proconsularibus expiscari? Curarunt quidem prisci Catanenses, ac retulerunt Agathæ certamen in acta Christiana, eaq; euulgarunt, adeo vt peculiaris persecutio in sacros Codices mox efferuescēs ea non absumpserit; ijs igitur magis indubitata fides haberi debet, C D

quam

A quam Græcis Scriptoribus, qui ex Latinis Actis sua græca exprimebant, vt non semel nec vno in loco aduertit *Baronius*, qui & Latina antiquiora Græcis appellat, iisdemq; fideliora.

Probabile igitur dixerim, Agathæ certamen *à S. Euerio*, qui sub id temporis Catanensem regebat Ecclesiam, vel ab iis, qui in eadem Catan. Cathedra Euerio successerunt, vel etiam à Catanensibus Diaconis, ex Actis Proconsularibus exscriptum fuisse, curatumq; vt ad Romanorum Pontificu manus perueniret. Peruenisse verò compertum sit ex antiquitate Actorum quæ Romæ in Aede *Sanctæ Mariæ ad Marty-*
B *res* asseruantur, tum quæ in Bibliotheca Vaticana extant; tum quæ apud *Baronium*, qui ait apud se habere *Acta S. Agathæ cum die & consS. adnotata*. Idipsum denotant *Gelasius*, & *Damasus* Summi Sacrorum Antistites, qui de illis aliquid delibantes illa absdubiè approbasse visi sunt: *Gelasius* præsertim, qui cum plura Sanctorum Acta inter apocrypha recensuisset, si quid in actis Agathæ veritati non congrueret, sine Pontificia censura non prætermisisset. Cum igitur Agathæ certamen sincerè fuerit descriptum ab oculatis testibus, nec longè post eius obitum; fit necessariò, vt Latinæ descriptioni maior habenda sit fides, quàm græcæ satis post longa tem-
C porum spatia à Metaphraste, vel alio quouis supra sexcentesimum ad minus annum exscriptæ.

Prisca sinceritas Latinorum Actorum B. Agathæ suspecta reddit additamenta Græcorum.

CAPVT XII.

PLura sanè, eaq; grauia aduertere licet in Græcis Actis errata, quæ in Latinis nequaquam irrepsisse vel Codices ipsi testantur. Prisci ergo illi certaminis B. Agathæ Scripto-
D res, quiq; testes oculati illius agoni, suppuraræ item interfuerunt, nihil de ortu Agathæ dixere; nihil de eius comprehentione, nescio quo pacto, Panormi facta, nihil de vestigio lapidi miraculo impresso; nihil de repentina Panormitanorum fuga; nihil de Virginis aduersus eos quærelis, ne dicam contumeliis; nihil de confictis nominibus Consiliariorum Quintiani, falsoq; numero filiarum Aphrodisiæ; nihil de Prætidis arrepto itinere Panormum versus, ad occupandas Vir-

das Virginis fortunas, alijsq; quæ apud Græci Scriptoris historiam sparsa legere est: (singula quæq; inferius ex ordine percurremus, ac castigabimus) An verò tot tantarumq; rerum, miraculo in primis factarum æternaq; dignarum memoria prætéritiones non conuincant Græca illa additamenta, vel precaria, vel vulgi fabulas fuisse? An verò *Metaphrastis* stylus, qui nullis scrupulis præpediri consueuit, quominus in suos Codices inferret vitas Sanctorum vtcumq; exaratas (atq; adeò multa ex proprio ingenio interfereret, vt censuit *Bellarminus*) maiorem promereatur fidem, inueniatq; apud cordatos viros eruditosq; quam illi ipsi *Agathæ* coæquales ac coæui, qui res oculis inspectatas ad posteros sincere scriptas transmiserunt? An verò quis in eam facilè ibit sententiam, aut persuasum sibi voluerit, *Metaphrastem* in certamine B. Agathæ sincerum audijsse, vt cum plerisq; in rebus cæcutierit, etiam ibi more suo non fuerit hallucinatus? Cum præsertim is in Græcia degens longè à Sicilia abfuerit, scripseritq; vt alibi dicebam, post *Agatham* martyrio laureatam anno (vt certo certius) octingentesimo, vel saltem supra sexcentesimum. A B

Quòd si alius quispiam Græcus Scriptor, non autem *Metaphrastes* in Agathæ historia additamenta illa ingessit; an Anonymus iste maiori dignus fide censendus erit, quàm Acta Latina ex Actis Proconsularibus exscripta, iudicent æquissimi rerum æstimatores. C

Acta Latina Agathæ Patriam tacentia suspectos reddunt Græcorum Codices illam edicentes.

CAPVT XIII.

Ctum satis opinor ex dictis, Acta Latina Græcis longe fideliora, sincerioris item fidei apud omnes audijsse: Ne tamen in genere isto aliquid defecisse videamur, ex domesticis Panormitanorum monumentis petita testimonia producere placuit; vt vel sic, quæ hactenus tot probatissimis Auctorum censionibus stabiliuimus, innegabilia euadãt, & quadrato, vt aiunt lapide, conuallata. D

Acta igitur latina Proconsularia in primis, sub initium Agathæ patriam tacent, vbi nam B. Virgo nata fuerit non exprimunt; id quod notius est, quã vt exquiri fides à quopiam debeat

A habeat: Innuisse tamen proderit *Romana, Parisiensia, Mediolanensia, Messanensia, Syracusana* tandem (vt Catanensia vtpotè domestica reticeamus) idipsum conticere. Sistam nihilominus præ cæteris *Acta Panormitana*, quæ, tamquam ex Areopago testes, in assertionis nostræ auctoramentum aduocabo. antiquus namq; M. SS. Codex, quem Panormus in rebus dubijs consulere, testemq; laudare consueuit, sinceram Auctorum Latinorum fidem secutus (continetur in eo præ cæteris Agathæ martyrium) de Agathæ patria, vbi nam Virgo fuisset nata, ne verbum quidem. Sic enim habet.
B *Passionis B. Virginis & Martyris Agatha, quæ passa est in Prouincia Siciliæ in Vrbe Catanensium sub Decio Imper. ipso Decio tertiū Consule, die nonis Februarij, recitamus historiam. Quintianus Consularis audiens opinionem sanctæ Virginis Deo dicatæ &c.*

Vides igitur de Patria, vbi nam Diua Virgo nata fuerit, ne verbum quidem, nihil de Panormitana profectione, nihil de fæda ciuium fuga, nihil de indigna Virginis querimonia, nihil deniq; de Quintiano itinere Panormum versus ad inuadenda Virginis bona: sicut & integerrima ex laudatis MM. SS. antiquissima testimonia de rebus ijsdem conticescunt: singula tamen hæc, mirum quantum rei Panormitanæ fauentia, Codex ille reticere non debuisset: loquaci igi-
C tur silentio videtur indicare eas vel ab ethnicis, vel ab idiotis falsò confictas, aut ab hæreticis (vt *V. Synodus & Gelasius Papa* querebantur de nonnullis Martyrum Actis) superfluas minusq; aptas, quàm rerum ordo fuerit, fuisse vulgatas.

Non est autem cur miremur in Actis Latinis non fuisse descriptam sub initium certaminis Agathæ Patriam, Tum quia antiqui illi exscriptores certamen martyrij, non vitam Virginis describendam susceperunt: cumq; illud Patriæ mētionem non exposcat, absq; negligentiæ nota potuerunt illam præterire silentio. Tum quia per id tempus, dum Acta
D ex Actis Proconsularibus exscribebantur, cum nulla esset de Agathæ patria dubitatio, omnesq; callerent *Virginem Catanæ ortam* fuisse, rem omnibus compertam silentio prætermiserunt. Tum quia sub Actorum calcem Agathæ patriam Catanam satis superq; expressam fuisse euidentissimum est. Tum deniq; quia apud Acta Martyrum ex vetustissimis Codicibus optima fide descripta Natalis Martyrum Patria siletur, eò vel maxime, quando ea in Vrbe sæuiebatur in Martyres vbi nati essent, idq; Magistratibus exploratum erat, & compertum.

Assumpte huius verissimæ assertionis plura suppetunt te- A
stimonia ac documenta, totidem fere, quot Acta Martyrũ
sincerè afferuntur à Baronio. Quia tamen debitores sumus
pusillis, & magnis, pauca ex multis subijciam. *Sanctæ Feli-
citatis* eiusq; filiorum Acta à Notarijs Ecclesiæ conscripta,
Patriam Romam silent. *S. Marcæ Martyris Augustanæ* vetusti
Codices Patriam Augustanam non exprimunt. *SS. Sympho-
rosæ, Getulij* viri, septemq; filiorum Martyrum Patria Tibur-
tina reticetur in Actis erutis ex antiquis Codicibus. *De SS.
Nabore & Felice* vbi nam essent nati, prisca monumenta, ac
Baronio teste, sincera, atq; integra conticescunt, quia noti B
probè erant Maximino Imp. & Anolino consillario. *S. Lucia
Virgo* illa Romana, quæ cum *Geminiano* Martyrium prome-
ruit, *S. Cecilia, eius sponsus Valerianus*, huiusq; frater *Tyburtius*
in antiquissimis *Actis* non appellantur Romani, quia Præfe-
ctis cõstabat esse Romanos. *S. Theodora Virgo Alexandrina* de
Patria non interrogatur ab Eustathio Præside, quia de ea in
Vrbe Alexandrina compertum erat.

Hunc eumdem in conscribendis Sanctorum Vitis stylum
moremq; secuti sunt SS. Patres. *S. Ambrosius* patriam *S. Vi-
talis & Valeria Martyrum*, *Agnetis V. M.* silentio inuoluit,
quippe quòd omnibus esset comperta. *S. Augustinus* de S. Cy- C
priani Episcopi & Mart. Patria ne verbum quidem, nec etiã
Pontius *Cypriani* Diaconus, quippe quòd Cyprianus probè
notus esset *Aspasio* Proconsuli.

Et ne diutius ad extraneos vagetur oratio, domestica sub-
ijcere testimonia operę pretium est; vnum ex multis addu-
xisse sit satis, quod celebrat *Baronius ad ann. Christi* 303.
morem hunc Catanæ vsurpatum à Notarijs exceptoribus
grauiter sanè cõuincens contestansue. *Euplium* insignẽ Chri-
sti Mart. Catanæ natum fuisse indubitatissimum est; eius au-
tem patriam Acta latina silentio prætereunt: sic enim ha-
bent. *Diocletiano & Maximiano sæpius Conss. pride Idus Augusti* D
*in Catanensium Ciuitate cum esset extra velũ Secretarij Euplus
Diaconus (qui ab exploratoribus inuentus est legere Euangelia, &
docere Christianos, ab illis tentus est, & perductus cum libro) pro-
clamauit dicens Christianus sum &c.* A quo dicendi principio
quidnam quæso diuersum inuenias in Actis Agathæ? plane
nihil: sic enim ibi dicitur. *In Prouincia Sicilia passa est Beatis-
sima Martyr Agatha in Vrbe Catanensium sub Decio Imperatore,
ipso Decio tertium Consule die nonis Februarij.*

Quanti

A Quanti verò facieda sint S. *Euplij Catan. Martyris* Acta latina, conijce ex ijs, quæ solertissimus Ecclesiasticæ historiæ explorator *Baronius* scripsit *in Scholijs ad Rom. Martyrolog. Pridie Idus Augusti*, hæc inquiens. *Agunt de S. Euplio Beda, Vsuardus, necnon & Græci in Menologio, vbi fusius eius Acta referuntur: vberius autem Metaphrastes, quæ habet Lipomanus, & Surius: sed FIDELIORA his omnibus probantur, quæ ex Publicis Actis excepta sunt conscripta olim à Notarijs exceptoribus.*

Et iterũ in Annalib. ad ann. 303. *Vaticanus*, inquit, *Codex germanior inuentus est, sed discrepat ab ijs, quæ ex Græcis edidit Metaphrastes*. Vide igitur quàm incorruptæ sint fidei Acta
B latina: vide qualiter germana veritas Auctorum latinorum *S. Euplij* repugnet Græcis verbis *Metaphrastæ*: & Græcus iste Scriptor de rebus Catanensibus quàm male fuerit meritus, modicam habuerit notitiam exterus homo alijs distentus occupationibus, in ijs præsertim, quæ Agathæ historiam spectant, cuius Acta latina in Vaticano adhuc omnibus obuia de illius Panormitana patria nihil omnino indicant, nec verbum quidem.

Quin rem euidenter falsam in à se descripto *Euplij* Martyrio lector accipias: sic enim ipse ait. *Præses Caluisianus iussit sedem suam locari propè carcerem ante Sacrarium, quod erat
C vicinũ carceri ad meridiem vergens: illic igitur sedens iussit Euplium gladio percuti*. Quisquis itaq; præsentẽ Topographiam obuersauerit, illicò *Metaphrastem* locum hunc obtruncationis lustrasse, suis item oculis inspectasse conijciet, ac ferè cẽsebit: longe autem secus res habita est. Etsi namq; gladio percussus fuerit Euplius ad meridianam vrbis regionem, vbi etiam nunc extat parieti affixum marmoreum caput in eius honorem iuxta S. Marinæ Templum: lauacrum tamen, Thermæq; quinquaginta fermè passibus inde distant. Carcer verò, in quo noster Athleta certamen fœliciter ab-
D soluit, extra portam Stesichoream, vulgò Iacis, peruetusta ædificiorum mole latomijs haud longe dissimilis, subtus Ædem *D. Antonio* sacram extra vrbis pomarium Aquilonare vel inuitis occurrit, inter vtrumq; autem locum tota vrbis interiacet latitudo. Carcer porrò iste ruderibus tenebrisq; obsitus in lucem venerationis Catanensis Senatus pietate restitutus est anno 1639. hac adiecta Epigraphe.

D. O. M. S. Eupho Martyri Ciui Cataniensi, ac Patriæ optimè merito Patrono, Illustrissimi Silaius Bolciuto, Alexander Scammacca, D. Eustachius Tornanibene, D. Ludouicus Ansalone, D. Blaseus Bonanno Columna, D. Franciscus à Valle Senatores pia obseruantiæ ergo, hunc eius Carcerem rudetibus, tenebrisq; obsitum in lucem venerationis excitant, consecrant, dedicantq; Anno M.D.C. XXXIX. A

Videat hic quæso lector quanti intersit Scriptorem ab antiquis historijs elongari, ijsq; ex proprio ingenio aliquid vitioneum adijcere. Quod idem fecisse Græcum Scriptorem in Agathæ historia, testes sunt quotquot ex eius cerebro excogitatæ appositæq; leguntur nugæ, in Actis latinis nequaquam expressæ; de quarum numero est illud, *Quæ quidem iuncta vrbe Panormi*; Quintianum arripuisse iter Panormum versus ad inuadendas Agathæ facultates, & cetera huiusmodi inferius excribenda, ac castiganda. B

Quibus quidem mendis si illas tres adhuc iunxeremus notas, quas in uita S. *Gregorij Episcopi Agrigentini* Baronius recenset contra *Metaphrasten*; consequens fit, ad eius manus similes historias non peruenisse sinceras, vel certè ab eo fuisse immutatas: sic enim habet *Baronius ad Ann. 594. Extant acta Gregorij Episcopi Agrigentini Græcè scripta, sed à Græco Auctore dum amplificantur, fide minuuntur, cum multa addantur, quæ sunt haud in omnibus tuta.* Et paulo infra. *Sed & ridicula ibidem & fabulosa esse probantur, quæ habentur de lignis Tyberis hinc inde positis pertingentibus, & immobiliter inhærentibus.* Tādem sic concludit. *Hæc & alia cum minus fide constantia reperiantur apposita ab impostore, in dubium reliqua reuocantur.* Hactenus Baronius. Cum igitur his non longè dissimilia inuenerimus in Græco Agathæ certamine, quid ni Græci Auctoris fidem suspectam habebimus? C

SIMEONIS METAPHRASTÆ censio de Agathæ Patria expenditur, & exploditur D

CAPVT XIIII.

Dissolutis iam dissipatisq; Græcorum Codicum armamētis, deturbatis item suo, quo stare putabantur, loco Græcanicorum Menologij, Martyrologij, Breuiarij tandem gubernaculis, nullam eludendorū fluctuum viam agnoscens

Inue-

A *Ihuiges*, ad *Simonē Metaphrastem* tanquā ad naufragij tabulā
recurrit, manus illi dans, seseq; committens fol. 182. ad fi-
nem, sic enim inquit, *Non hebbero qui fine li antichi, & au-
thentici M. SS. dall'eruditissimo Palermitano: poiche ancora ap-
porto la Vita Greca di Metaphraste tradotta dal Surio, oue dice
Sancta ergo, magniq; & excelsi animi, Agatha, quæ nata quidem
erat in Ciuitate Panormitana.*

Sed neq; tabula hæc adeò solida aut firma, quin & ipsa
naufragium fecerit, vorticibus absorpta, imò & absumpta.
Quia tamen tot sunt excogitati huius *Metaphrastæ* velut e-
nascentes fibræ, vt nisi Princeps vena præcidatur, filum ex
B filo mittens, rationum exitum præcludat, legentis animū
fatiget, legendi remittat voluptatem. Id verò ne commit-
tatur, iubet in præsenti, non quidem principem venam ini-
tio præcidere, sed veluti ligamine à reliqua sui parte fine vi-
tio sanguinis interceptam iterum coercere.

Græcum igitur Auctorem, quem *Metaphrastæ* nomine e-
uulgant Panormitani, non illum *Simeonem Metaphrastem* or-
bi notissimum fore, sed alium obscuri nominis Scriptorem
illius vocamine personatum initiò ostendimus. Mox verum
genuinumq; *Metaphrastem* (esto ille sit, quicumq; Agathæ
historiam Græcè dedit) quem pro re sua strenuum Colopho
C nium aduocant Panormitani quantum sibi fidei auctorita-
tisue conciliet, demonstrabimus. Tum D. Agathæ vitam
nequaquam illum scriptitasse probabimus. Ad hæc singulos
quosq; excogitati istius *Metaphrastæ* in Agathæ vita siue
Martyrio lapsus, erroresq; percurremus. Et deniq; verbum
Ormomeni, quod ORTAM interpretantur aduersarij, E-
GRESSAM, Eductam, aut saltem ORIVNDAM importare
ex veri sententia firmabimus.

EXCVRSVS I.

D **Græcum Scriptorem, quem Metaphrastæ nomine produnt Panormitani, non Simeonem Metaphrastem, sed alium illius nomine personatum fore, esseq; pluribus ostenditur.**

PErsuasum, imò confectum putant Aduersarij, adeo *Me-
taphrasti* deferendum, vt vnica illius censio, vel sola,
ac solitaria, stipatas cæterorum omnium vincat longeq; su-

peret

peret historicorum auctoritates: adeò vt quisquis illius lege- A
rit aduersaria, possit sine scrupulo violatæ religionis in illi-
us verba iurare, vocesq; illas vsurpare sectatorum Pyhago-
ræ, *Magister dixit*.

Verùm de vero genuinoq; *Metaphraste* proximo Excursu
sermo erit ex industria, non tamen extra lineam, instituen-
dus. Nouum modò, & ab aduersarijs excogitatum vrge-
mus illud pro certo assumentes; Græculum illum Historię,
qua Agathæ Martyrium describitur, in qua *Panormitana* (vt
ipsi interpetrantur) temerè legitur, Scriptorem, quem *Si-
meonis Metaphrastæ* nomine peruulgatum cupiunt, conten- B
duntq; Panormitani, nobisque ob jciunt, non illum esse *Si-
meonem Metaphrastem*, qui Sanctorum vitas exscribendas su-
scepit, quemue *Aloysius Lippomanus*, *Laurentius Surius*, alijq;
nonnulli latinè excripserunt, suosq; in Codices redactum vo
luere, sed alium longè diuersum, inferioris, obscuriq; no-
minis auctorem, & qui cum laruis tenebrisq; luctaret.

Verissimum hoc Excursus nostri assumptum pluribus com
probat vrgetq; eruditus *Petrus Carrera*, cuius fœlix fausta-
que sit recordatio, *lib. 2. fol. 264. & vltra*, nos ab hoc labo-
re præripiens: paucula nihilominus pro suscepti muneris in-
stituto dabimus (quasi post exactam messem spicas, aut C
quales post vindemiam solent superesse racemi) fortasse
non iniucunda, & ad rem haud insufficientia.

Primus itaq; seriem ducat *Eminentiss. Baronius Annal. Ec-
cles. tom. 10. nu. 53.* hæc ad rem scribens, *Ceterùm de eo mo-
nendum putamus esse lectorem, vt sciat debeat, vitas Sanctorũ
non fuisse vt plurimùm à Metaphraste conscriptas, sed collectas
tantùm, ordineq; per singulos menses dispositas*.

Secundus in ordinė venit *Abbas Rocchus Pirrus* Panormi-
tanorum patronus (quem tamquam ex Areopago Iudicem
aduocauerim) veritatem hanc in *Panorm. Ecclesiæ Notit. fol.
57.* vel inuitus obsignans, contestansq; *Ex Auctoribus*, inquit, D
*qui pro Panormo suffragium ferebant, Metaphrastes recensebatur
in vitis D. Agathæ, quam ex antiquissimo Scriptore erutam notat
Lippomanus in præfatione mensis Februarij*. Ita Pirrus. Si igitur
ex antiquissimo Scriptore erutam literis consignauit Meta-
phrastes, suisq; schedis compaginauit, ecquis in dubium ver-
tere poterit aut reuocare, historiam illam ab ipso non scrip
tam, sed dumtaxat exscriptam ad nos deriuasse?

Nec alienæ fuit mentis *Ioãnes Bollandus* rerum cognitione
cele-

A celebris, ac diligentissimus scriptor, illustre sane sibi nomen promeritus, quippe qui ad adiuuandã rem literariã propria industria plurimũ contulit; hic inquã Auctor *in Apparatu ad Sanctorũ Vitas cap. 1. §. 1. vers. sed de Metaphrastę ętate*, hęc ad rem scribit. *At nõ quacumq; in Græcis Codicibus reperiuntur Vitæ, ea continuò Metaphrastæ fœtus esse censendæ sunt*. Et paulò infra. *Magno Ecclesiæ Catholicæ emolumento opera Metaphrastæ, aut certè quas SVB EIVS NOMINE reperit Græcas Sanctorum Historias latinè à Petro Francisco Zeno, Gentiano Herueto, Guillelmo Sirleto verti curauit Aloysius Lippomanus Episcopus Veronensis, quarum multas in suum opus Surius transtulit*.

B Propiùs ad rem *Ioannes Molanus in sua Bibliotheca M. S.* cuius censioni subscripsit *Aubertus Miræus*, verissimũ contestãs Metaphrastem Vitas Sanctorum Orientalis Ecclesiæ collegisse, in suaq; aduersaria contulisse: non igitur Agathæ historiã scripsisse dicendũ est, quæ Occidentalis erat Ecclesiæ.

Sed quid egemus testibus, quando ipsemet *Inuiges* veritatem hanc elidere vel eludere conatus, volens nolens agnoscit ac fatetur fol. 284. sic inquiens. *Anticamente i Martirij de' i Santi si riduceuano ne' gli atti publici senza nome di Scrittore: e da quelli un Autore assai più antico del Metaphraste le trascrisse, e'l Metaphraste SOLO ne' i mesi dell'anno*

C *LE RIPARTI, DISPOSE, ET ORDINO*. Nescio quid aptius aut apertius à nobis excogitari potuisset ad rem, quam premimus, euincendam; *Magna est veritatis vis*, inquit Seneca, *quæ contra omnium ingenia, calliditatem, solertiam, contra fictas hominum insidias facilè seper se ipsam defendit*. Non possumus aliquid aduersus veritatem dicebat *Apostolus* *Ad Corinth. 2. cap. 13.*

Iam deniq; ipsiusmet historiæ series stylo planè rudi conscripta, locutionibus Græcam phrasim, sed germani Metaphrastæ in primis, minime sapientibus expressa, hyperbatis scatens ac solæcismis rem omnem eloquitur; Id quod ante

D nos aduertit *P. Colnagus* cuius verba aliàs licèt producta, iterum exscribere non piget. *Et hic innominatus non modò Metaphrastes non est, sed & rudis est, & planè barbarus; solæcismis, hyperbatis, & locutionibus, quæ phrasim græcam nihil sapiunt, est refertus*.

Verissimam hanc eamdem censionem ineuitabiliter euincit Historiæ ipsius, quam *Metaphrastæ* adscribunt aduersarij, primigenium exemplar, quod in *Magno SS. Saluatoris Cœnobio apud Messanam* asseruatur. Est porrò Codex iste cũ

alijs

alijs Sanctorum Vitis etiam græce scriptis in volumine quodam compaginatus, in alijs porrò opusculis sui cuiusq; Auctoris epigraphe legitur; hoc autem D. Agathæ Martyrium, quod in laudati Codicis vmbilico insertum est, Anonymum, & absque vllo prorsus Auctoris nomine iacet, cuius hæc in scriptio. *Martyrium magna Martyris Christi S. Agathæ*: quò fit vt verba illa, *Auctore Simeone Metaphraste*, ab Aloysio Lippomano, qui historiam illam latinè redditam in suos intulit libellos, ex proprio cerebro adiecta fuisse ac superaddita nemo non dixerit; eò vel maxime, quando *Laurentius Surius* Lippomani compilator & exscriptor verba illa, *Auctore Simeone Metaphraste*, scitus omisit, nec in suos intulit libellos. B

Assertionis istius auctor testisq; planè triarius, omniq; maior exceptione est *D. Franciscus lo Rè*, eiusdem Messan. Basiliani Cænobij Abbas: hic inquam Præsul, vbi ad *Petri Siculi* orationem in *D. Athanasij Catanensis* ciuis Methonensis Episcopi funere habitam, in eodemq; Monast. asseruatam, indeque ad nos deriuatam, publicò fere testimonio suffragium dedit, subscriptionem, & authenticum; hæc scribit.

Idem ego, qui supra, D. Franciscus lo Re Abbas, & Diffinitor generalis, fidem facio inueniri præterea in alio Codice Martyrium S. AGATHÆ V. & M. SINE AVCTORIS INSCRIPTIONE. cum tamen in hoc Codice complura inueniãtur Opuscula cum suorum nominibus Auctorum, quare grauiter suspicamur illud MARTYRIVM S. AGATHÆ NON ESSE A METAPHRASTE CONSCRIPTVM, tametsi nihil verba & sententia discrepent ab eo, quod cum nomine Metaphrastis notatur; SED AB ALIO QVOPIAM non tanta grauitate, ac nomine digno, quanta Metaphrastis opera irr psit, non necessariò Metaphrastæ tribuendum, cum etiam inter eius opera nonnulla inueniantur, quæ necessariò Metaphrastæ non debent vlla ratione adscribi. In quorum omnium fidem, & has quoq; manu nostra conscripsimus, Sigilloq; quo in talibus vtimur, muniuimus. Datum in hoc nostro Magno Monasterio Sanctissimi Saluatoris Messanæ linguæ Fari die 6. Iulij 1619. C D

D. Franciscus lo Re Abbas, ac Diffinitor generalis.

✠ Locus Sigilli.

Senatus Nobilis Vrbis Messanæ vniuersis testamur, qualiter supradicti D. Petrus Celi, & D. Franciscus lo Re, qui in supra dictis fidibus se subscipserunt, fuerunt, & sunt, videlicet dictus de Celi Abbas generalis, & dictus de lo Re Abbas, & Diffinitor Ordinis S. Basilij Magni; vnde supradictis fidibus tamquã autenticis, & fide

A *& fide dignis indubitatam poteritis præstare fidem. In cuius rei testimonium solito Vrbis sigillo in pede munitur. Messanæ die 17. Augusti 1619.*

Martinus de Petro-Paulo prosecretarius.

Nobilissimum hoc Religiosissimi viri munere iuxta & opinione præstantis sancte perhibitum testimonium quantum ponderis habeat ad causam, nemo non viderit, nisi qui cæcutire maluerit: quo vel solo, si cætera desint, non minimam ad institutum fieri auctoritatis accessionem, imo roboris ac firmamenti coronamentum præsigne, omnes, quorum pectora sapiunt, facile iudicabunt.

B Rectè verò dubietatis notam emaculat ipsius *Simeonis Metaphrastæ* Historia Sanctorum acta præseferens, qui de mense Februario, & aliquibus sequentibus, ad perpetuas æternitates euocati sancto fine quieuerunt, nullibi gentium extās, nunquam adhuc visa, nulli ad hunc vsq; diem obuiam facta, id quod grauissimo doctiorum Græcorum testimonio fultus apertissimè edixerat *P. Colnagus* in Responsionibus *apud Carreram*, ijs verbis. *Respondemus, Metaphrastem illum, quo vno nitebantur, Februario, & aliquibus sequentibus nunquam comparuisse: & re vera Graci viri doctissimi asseuerant, neq; in tota Italia, neq; in Hispania, neq; alibi reperiri. Hac D. Fridericus* fol. 165.
C *Metius, & D. Coryophilus Episcopus.*

Idem replicat laudatus *Colnagus in Falsimonijs apud eumdem Carreram*, cuius hæc verba. *Falsum est & conuicti fatentur* fol. 173.
aduersarij. Et tandem apud *Inueges fol.* 183. hæc ait. *Mentiuntur Lippomanus, & Surius, qui hanc Vitam Metaphrastæ adscribunt: cum illius Februarius mensis, neq; in Italia, neq; in Hyspanijs, neq; alibi gentium extet; huius rei testes grauissimos, doctissimosq; viros habemus Federicum Metium, & Caryophillum Collegij Græci Rhetoricæ Classis præceptorem.* Ita Colna-
gus. Qui igitur fieri poterit vt Metaphrastæ adscribatur histo-
ria, Agathæ Martyrium, Patriam, acta tandem enarrans,
D quam nullibi gentium extare doctissimi quique Græci viri te-
stantur, quam, verum sit in rerum natura, numquid in perniciem aliquando concesserit penitus ignoramus?

Nec vim difficultatis elidit aut eludit excogitatum à Valguarnera responsum, aut potius effugium apud *Inueges fol.* 182. ijs verbis. *Cum Februarius Mensis simul cum Martio in Apostolica Bibliotheca desideret, Venetijs à quodam priuato viro, qui eum habere dicebatur, mutuò sumptus est; & ab eo alter Græcè de*

scriptus fuit, qui postea per Gentianum interpetratus est: cuius verba vulgari transcribit idiomate laudatus Inueges. *Ma questa mentita data à i due Illustrissimi Scrittori Lippomano e Surio l'erudito con molta politezza la cancellò: auuertendo che l'istesso Lippomano nella Prefatione nel mese di Febraro dice, hauer ritrouato questo Tomo Greco delle Vite de'i Santi di Febraro, che al Metaphraste Greco nel Vaticano mancano, vno in Venetia, e l'altro tradotto da Gentiano*. Et infra. *Et aggiunge, che dall' istesso Codice Greco i Santi di Febraro del Metaphraste egli ne ritrouò il terzo esemplare nella libraria delli Colannesi in Roma*. Inuenimus, *inquit*, in Bibliotheca Columniana, quæ fuit Illustriss. Sirleti nu. 182. ille idem est, qui Lippomani iussu descriptus. *E di piu scriue, che il supracitato Cariofillo non solo non negaua l'inuentione di tal Codice Greco, ma di vantaggio affirmaua, che i Monaci Greci dell'Isola di Patmus asseriuano, che appò loro si ritrouaua tutto l'intiero anno delle Vite Greche de'i Santi di Metaphraste. E che Fiderico Metio pur citato della inuentione di questo Codice Vaticano solo dubitò: mai però non la negò. Fidericus Metius dubitasse se tantum ait, reperiretur nec ne in Vaticano*. Ita Inueges compte rescribens, sed non apte respondens. A B

Initiò igitur falsum est excogitatæ responsionis assumptũ, *Lippomanum* videl, tomum hunc, qui in *Metaphrastæ* libellis desideratur, in sua ad Sanctorum Vitas, quæ Februario mēse lectitantur, præfatione Venetijs excepisse testatum, habeo penes me *Lippomani* tomos *Coloniæ Agrippinæ cusos apud Geruinum Caluium, & hæredes Quintelios anno* 1570. in quibus nil tale licuit offēdere: nec ego adeo senex sum, aut quinquagenarius, vt caligantibus oculis quod Inueges refert, intueri præ optalmia nequiuerim. Alios item consului libellos *Venetæ editionis apud Ludouicum Auantium, & Gasparem Rizdonum anno* 1574. ab amico donatos, in quibus, vt & in alijs nil eorum, quæ aduersarij comminiscuntur, inuenire facile fuit, aut promptum. C D

Septimum dumtaxat inuenire licuit *Lippomani* tomum in Bibliotheca *Cænobij S. Nicolai de Arenis* Sanctorum vitas de mense Martio & Aprili continentem, *Paulo IV. Rom. Pont.* nuncupatum anno 1559. in cuius ad lectorem Epistola hæc ait Lippomanus. *Tomus hic septimus in tres partes diuisus est, quarum prima Vitas Sanctorum mensis Martij & Aprilis continet, quas Simeon Metaphrastes scripsit, & in Apostolica Bibliothe-*

ca

A *ea deerant. Secunda verò reliquias, quæ ab eodem scriptæ erant,*
sed nullibi repertæ sunt, nisi in Cripta Ferratæ Monasterio &c.

Atqui exscripta iam *Lippomani* assertio falsitatis suspicio-
ne non caret: in eodem siquidem septimo Tomo plura le-
gere est, quę Metaphrastę conuenire aut adscribi nullatenus
possunt. Vnam præ cæteris adducam innegabilis falsitatis
euidentiam; quando in secunda illius parte refert Orationē
seu *Encomium de Exportatione pretiosæ manus dexteræ S. Ioannis*
Præcursoris ex Antiochia; quæ tamen sacræ dexterę translatio
integro ferè sæculo post *Metaphrastæ* obitum (qui in annum
850. reijcitur à *Baronio*) ac iam exacto, anno scil. 956. à *Cu-*
B *ropolate & Baronio* adscribitur: Valeat igitur ad seipsā persua-
dendam ipsorum librorum euidentia, ipsos appello libellos
verissimos veritatis, quam premimus, assertores.

At dices, ex argumentis ab auctoritate negatiua desum- *de Romā*
ptis nihil concludi verissimè scripsit *Card. Bellarminus*. Quod *Pont. f.*
igitur in his Codicibus librariorum incuria, aut Scriptorum *cap. 8.*
indiligentia prætermissum est, ipsius *Lippomani*, aut alterius
diligentiori studio in alijs Codicibus, qui ad nostras non per-
uenere manus, positum legere est, ac repositum. Age ita sit,
suffragium & nos demus lubentiæ huic subsignantes: adhuc
aliter stat actæ rei veritas: hunc siquidem *Metaphrastæ* libel-
C lum mensis Februarij, neq; in tota Italia, neq; in Hispanijs,
nec alibi gentium reperiri *Colnagus* aduertit, eruditissimi
Græcarum rerum viri testantur, ipsi tandem aduersarij con-
uicti fatentur, vt supra dicebam.

Augetur dubietas, quando *Lippomanus*, si credimus *Val-*
guaruera, Codicem illum, qui Februarium simul cum Mar-
tio continebat, *Metaphrastæ* perperam adscriptum, Venetijs
à priuatæ sortis viro quodam excepisse testatur: quinam au-
tem fuerit vir iste, qui eum habere dicebatur, non expri-
mit, scitus omittit, ne aliàs mendacij reus redarguatur:
nouerat sane Valguarnera *Lippomanum* in superius laudata
D ad Lectorem Epistola, quam septimo Tomo præmisit (in
quo, vt dicebam, facinora continentur Sanctorum, qui
mense Martio & Aprili mortale hoc exuerunt) apertissime
testatum volumen illud à Veneta Republica dono accepisse:
non ergo à priuatæ sortis viro, vt dicebat *Valguaruera*: non
volumen Februarium & Martium menses continens, sed
quod Martium & Aprilem daret: igitur nequaquam sibi co-
hærent quæ Aduersarij scriptis suis euulgarunt & quę *Lip-*

pomanus de Tomo isto posteris testata dimisit.
Iam si Venetijs vel dono vel mutuò exceptus est Codex A
iste *à Lippomano*, ab eoq; alter græcè descriptus, quem *Gentianus Heruetus* fuit interpetratus, vt scribit *Valguarnera*, vbi
nam gentium primigenium Codicis exemplar asseruatur?
extat ne hodie venerandum hoc Antiquitatis monumentum *Lippomano* notissimum & *Valguarnera*, an potius excidium sustinuit & iacturam? Venetias ne denuo rediję antiquiori illius domino restitutum, an per viam ex insidijs interceptum? Romæ siquidem nequaquam haberi testatur
idem *Valguarnera* superius exscriptis verbis. *Inuenimus in Bi-* B
bliotheca Columniana, quæ fuit Illustriss. Sirleti nu. 182. Ille idem est, qui Lippomani iussu descriptus. Ergo exemplum Romæ videre licuit, non exemplar. Atqui exemplum, non exhibito originali ac primigenio exemplari, nullam facere fidem, quamuis iuuans se exemplo sit persona legalis, ac priuilegiata, post *Purpurat. in auth. si quis in aliquo nu. 7. & seq. C. de*
Edendo, Lasauem, Socinum, & alios firmat *Stephanus Gratia-*
discep. *nus* nunquam pro doctrinæ merito satis laudandus: eò vel
859. nu. magis quia nec supremus Princeps potest adhibere fidem
12. 18. exemplis, vt monuit *Summus Pontifex in cap. 1. de fide instru-*
23. tō. 5. *mentorum*.
Sed quid si Codex iste, quem *Lippomanus* descripsit, vel C
illius iussu aliquis alius exscripsit, nec exemplum fuerit, sed exempli exemplum? quis sanctè affirmare audeat volumen illud è primæua papiro desumptum? quis *Lippomani* sincerus fuit, aut amanuensis? vide in quas angustias deuenerit *Inueges & Valguarneræ* assertio; eadem namq; facilitate quiuis illam reiecerit, qua Codicis nunquam extantis adinuentionem aduersarij excogitarunt, ethoxerunt.
Quod tandem subiungit *Inueges*, Græcos scil. Monachos Patmos Insulam incolentes ex *Caryophilli* testimonio integrum penes se habere *Metaphrastæ* libellum Sanctorum Vi- D
tas per integrum totius anni curriculum continentem, impugnatione non indiget, relationem dumtaxat exposcit. Satis namq; lumine se prodit suo benè hæc conficta fabella. Ecquis enim in animum induxerit suum, vt vir ille doctissimus iuxta ac pijssimus, Collegij Greci Rethoricæ classis Præfectus, iam exigentibus meritis adlectus Episcopus, ita sibi varius, inconstans, corruptæ tandem fidei audierit, aut audire voluerit, vt qui Codicem istum nullibi gentium reperi-

A ri sanctè affirmauerit, vt testatur *Colnager* (de cuius fide dubitare nefas est) illicò mutato Sacramento apud Patmos Insulam extare subiunxerit, nonne tam varia viri huius assertio in celebri illo Eminentissimorum Patrum consessu (quando *de Agathæ Patria* Romæ lis agitabatur) tam quam in Orbis Theatro producta irrisionem magis sibi conciliasset & cachinnum, quàm pondus & Auctoramentum? numquid non causam exauctorasset potiùs, quàm communisset homo præsens, nunquam sibi constans, & qui Romæ per ea tempora degebat? Satis hæc, mentem habenti sufficiant ista.

B

EXCVRSVS II.

Simeon Metaphrastes in sua de Sanctorum Vitis Historia quamnam sibi vendicet fidem, expenditur.

SEd verus sit, minimeq; supposititius ab aduersarijs excogitatus iste *Metaphrastes*: incertusq; ille, ignobilis, obscurus, ac sine nomine iacens Auctor *Simeonis Metaphrastæ* nomine personatus exiliat, prodeatque: Sit ipsissima, quam Panormitani, confingunt nobisq; obijciunt, a Metaphraste

C de Agathæ martyrio exscripta Historia: non ideo actum, confectumq; dixeris Agatham Panormi ortam, quia ita *Metaphrastes* scripsit.

Prodeat inquam pius æquè ac Sanctissimus *Simeon Metaphrastes* Panormitanorum Coryphæus, contentiosissimæ huius de natali *Agathæ* Patria concertationis Antagonista, (de quo nec breuiter, nec leuiter habenda est disceptatio) cuius vel antiquitatem, vel auctoritatem secum ipsa pugnantem, contra nos etiam pugnare contendunt aduersarij.

Monitum nihilominus initio velim: pias legentium aures schediasmata nostra nequaquam offensura, si *Simeonem*

D *Metaphrastem* virum aliàs sanctissimum, quemue vt Sanctum Græca veneratur Ecclesia (quamuis à Latinis in Sanctorum album nunquam fuerit relatus: fides sit *Concilio Florentino sess.* 7. quod ad hoc expēdit *Augustinus de Bellis*) in multis lapsum, in *Agathæ* presertim historia, sed Patria in primis errasse conuincant: suas ideo ab ipso Sanctorum conscriptas historias erroribus grauidas, insinceras, mendosas tandem apud cordatissimos quosq; viros audisse moneant, ac plane definiant *de absoluta D. Petri monarchia opposit. 22. n. 127.*

ant

ent. Non etenim hominis mores aut sanctitatē tangit quod calamus noster molitur: calamum dumtaxat spectat, quod calamus noster aduertit. Impigram viri huius in scribendo solertiam suspicio, fatales tamen hominum angustias dissimulare non est liberum: citra iacturam namq; Sanctitatis, non ab imperitis modò, verùm etiam a doctis ignorari plura possunt, cum nec fidei dogmata sint, neq; ex illis deriuentur, cum Sanctorum quisq; (his dumtaxat exceptis, qui libros Canonicos ediderunt) spiritu fuerit humano locutus. A

Sic D. Augustinus accuratissimus sacrorum scrutator, & supremus Theologorum doctor ex professo scribit *ad Hieronymum Epist.* 19. quam exscriptam habes in can. ego solis dist. 9. *Ego, fateor charitati tuæ, solis eis Scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremq; deferre, vt nullum eorum authorem in scribendo aliquid errasse firmissimè credam: at si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quàm vel mendosum esse Codicem, vel interpretem non assecutum esse quod dictum est, vel me minimè intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate, doctrinaque præpolleant, non ideò verum putem, quia ita ipsi senserunt: sed quia mihi, vel per alios auctores Canonicos, vel probabili ratione, quod à Vero non abhorreat, persuadere potuerunt*. Hæc doctissimè Augustinus. B C

lib. 2. Sēten. dist. 12. quest. 2. lib. 2. dist. 12. quest. 5.

Sic Seraphicus Doctor *Bonauentura* Inclytæ Minoriticæ familiæ Christi ac Francisci sāguine purpuratæ decus & ornamentum, non recipit singularem *D. Augustini* opinionem de Mundi creatione simultanea, quam vocat *distrahentem sensum sacræ Scripturæ*: quam etiam abnuit *Magister sententiarũ* præeligendo sententiam *SS. Hieronymi, Gregorij, Bedæ*, & aliorum, tamquam sacræ Scripturæ, Patrum quoque censionibus magis conformem.

lib. 2. Sētent. dist. 13. artic. 4. ad 3.

Ita pariter *Angelicus Doctor* Ecclesiæ columen & columna confutat *Damascenum* notissimæ sanctitatis virum, lucem primo die creatam fuisse diem ac noctem per emissionem ac contractionem radiorum, affirmantem. D

4. sent. dist. 5 quest. 1.

Paria scripsit subtilissimus *Ioannes Dunsius* Scotistarum scholæ Antesignanus, qui Gloriosum martyrē eumdemq; Doctorem inclytum *Cyprianum*, qui ab Hæreticis, vel Schismaticis collatum baptisma ratum nolebat agnoscere, reijcit, summa item modestia corripit. *Anselmum* quoq; redarguit.

3. sent. dist. 20 quest. 5.

Irrationabilem deniq; deridet *Isidori* opinionē *4. sent. dist. 38. quest.*

A quæſt. 2. lit. M. quòd Sol & Luna in ordine, in quo creati
ſunt, ſtabunt, ne damnati ſub terra habeant lumen aliquod
aſſeuerantem.

Fuſiſſime non minus quàm eruditiſſime pluribus id aſſe-
quitur *Picus Mirandulanus in ſua Apol. quæſt. 1. de deſcenſu
Chriſti ad Inferos*, Sanctorum dicta infallibili veritati, vt præ-
cisè ſanctorum ſunt, non inniti concludens, firmanſq; verbis
illis. *Et ſæpè inuenies modernos Doctores diſcedere à dictis San-
ctorum, dicit enim Robertus Oſchot, quod Sanctus vir Anſelmus
in multis deceptus eſt; Olzam de actibus Hierarchicis non ſentit
cum Dyoniſio; & Scotus in Tertio quaſi deſtruit totum proceſſum
B Anſelmi in lib. Cur Deus homo, & ita ſæpe inuenies alibi de alijs
doctoribus.* Ita ingenioſiſſimus Picus ingeniorum Phænix.

Nec ſilentio prætereundum quod rem hanc ſpectans di-
xit doctiſſimus *Alphonſus de Caſtro*. Colligamus, inquit, *quòd
Sanctorum Eccleſiæ Doctorum ſcripta non ſunt ſic ſuſcipienda, vt* aduerſ.
nobis liberum non ſit aliter ſentire, quàm ipſi ſenſerunt, præcipuè hæres.
cum inter eos de re eadem non conuenit, aut aliunde illorum aſſer- cap. 7.
tio non comprobatur. Et paulò infra. *Non eſt ergo ſcriptis cuiuſ-
cumq; hominis quantalibet ſanctitate, & doctrina pollentis, adeò
tenaciter adhærendum, vt ſi ratio adſit, non liceat diſcedere.* Hęc
Alphonſus disertè, vt aſſolet ſemper, & verè.

C Legendus pariter eruditiſſimus *Cordubenſis lib. 1. quæſt. Theo
log. quæſt. 44. fol. 476.* vbi ex Auctoritate *D. Thomæ Quodlib.
12. (quod non quæcumq; dixerunt aut ſcripſerunt Sancti, ſunt
vera, & à ſpiritu ſancto profecta)* luculentiſſimè materiam
hanc pertractat, probatq; Sanctos Patres piè, & ſine perti-
nacia quandoq; erraſſe, & ſignanter Damaſcenum &c.

Seriem quoq; perficiat *Thomas Herrera* ſplendidiſſimi Au
guſtinenſis ordinis Magiſter, & in ſupremo SS. Inquiſitionis
hiſpan. Senatu Cõſultor qualificator *Reſponſ. pacific. ad Apolo
geticũ R.P. Lucæ Vuading.* D. Antoninũ Archipręſulē inſignē è
Dominicana familia Scriptorem ſanctitate & doctrina cla-
D riſſimum erroribus in hiſtoria lapſum redarguens, ijs verbis.
*Quis enim adeò vigilet, vt quandoq; non dormitauerit? aliquã-
do bonus dormitat Homerus. Et ſanè ſi propter quoſdam errores
teſtimonium authoris eſt repellendum in omnibus, vt quid R.P.
Vuadingus vſus eſt D. Antonini teſtimonijs? non ſemel Sanctus &
doctus hic vir patitur claros & craſſos errores*, Tum ſingulos
recenſet errores, quos ſciens prætereo. Indiligentem præ-
tereà, in re tandem hiſtorica parum verſatum notat *Amede-*

us

Pacificus, siue rectiùs & veriùs, *Petrus Monodus* inclytę Soc. A
Iesu Theologus, id quod & ego dicebam in libello, cui *Abbas vindicatus* nomen feceram *cap. 4. excursu 1. fol. 59.*

Sed iam colophonium addat *D. Hieronymus tom. 7.* vbi verba illa *Psal. 86. Dominus narrabit in scripturis populorum*, versans, hæc ait. *Quamuis ergo aliquis Sanctus sit post Apostolos, quamuis disertus sit, non habet authoritatem infallibilem.* Hęc ille. Soli ergo Apostoli, soli Authores librorum Canonicorum irrefragabiliter sunt audiendi, illorumq; dictis omnino standum.

Nimius sanè essem iustoque prolixior, si singulos recensere vellem Auctores, suis quosq; censionibus id subsignantes, B
hos pro dignitate adduxisse sit satis; adeundi, si lubet, *Melchior Cano lib. 7. de locis Theologicis cap. 2. & 3. Arnoldus Albertinus Episcopus Pactensis de Agnoscend. assertion. cathol. & heret. quæst. 15. per tot. & quæst. 30. à nu. 47. ad nu. 54. Guido Carmelita in tract. de Hæresibus. Eymeric. director. Inquisit. par. 2. quæst. 18. Laurentius Portel. resol. moral. par. 2. casu 37. 9. ad secundum nu. 11.* latissimè id exquirentes, & tandem concludentes licitum esse Sanctorum auctoritatibus contradicere.

Ergo *Metaphrastes* plura in sua de SS. Vitis historia cumulat, quæ censoria indigent correctione: plurima obiter scripsit, incerta plerumq; rerum fama, cuius rumori aures aperiebat; nonnulla ex proprio ingenio, nec sine maximo veritatis dispendio attexuit commenta: pleraq; ab alijs temerè scripta sine delectu recenset, fide ideo vacillant, imo in suspicionem eruditis viris ipsa exactius disquirentibus adducuntur. C

Censorias hasce, quas compendio veluti perstrinximus, notas ex industria latiùs edidere duo *S. R. E. Cardinales Eminentissimi Baronius*, & *Bellarminus* acri iudicio viri, & rerum Ecclesiasticarum quæsitores diligentissimi, suam singulis (sed *Baronius* vel maximè) erratis censuram inurentes: ea D
nuper ex ordine recensuit eruditus *Garrera*. Nonnulla nos *lib. 2. fol. 287. & seq.*
pro muneris instituto prodemus errata; quibus *Metaphrastæ* fidem (cui adeo fidunt Panormitani) infidam, elumbem, nullis tandem hærentem neruis doctissimi quique testantur, in Vrbibus præsertim consignandis, in quibus SS. Martyres, agone consummato, martyrij corona donati sunt. Quarum erratum eò acriori reprehensione dignum ab eruditis censeri solet, quò maiori cum religione, vel ab ipsis adnascentis

Eccle-

A Ecclesię exordijs, Martyrũ memorię celebrari consueuerũt: vt inexcusabile piaculum fuerit Vrbium nomenclaturam ignorare, & pro vera ac genuina alteram supposititiam scribere.

Ergo *Metaphrastes* vel locum martyrij mutat, vel (si manis) mutatum ab alijs in sua venire patitur monumenta. Sic sanctũm martyrem *Amphianum* passionis agonem consummasse scribit Cæsareæ Lyciæ, cum potius Cæsareæ Palestinę dicere debuisset, vt auctor est *Eusebius eiusdem vrbis Episcopus*. De S. Barbara V. M. censet *Baronius in Notis ad Martyrol. ad diem 4. Decembris*, illius acta videri fideliora, *quæ Ioannis Damasceni nomine circumferuntur, & alia quæ extant in Codice*

B *M. S. S. Mariæ ad Martyres, alijsque perantiquis Manuscriptis, quæ Nicomedia Martyrio coronatam tradunt*, & sub Maximino Imper. In quo sane duplici lapsu notatur *Metaphrastes*, qui eam Heliopoli sub Maximiano passam fuisse describit.

Hũc etiam reuocanda videntur, quæ laudatus Baronius in schol. ad Martyrolog. ad diem 27. Septemb. de SS. Cosma & Damiano hæc ait. *Feruntur acta ipsorum Niceta quodam auctore conscripta: extant apud Metaphrastem Kal. Nouemb. sed erroribus scatent, longeq; diuersa à Germanis sincerisq; rebus gestis ipsorum Martyrum, sicut & ea quæ inscribuntur nomine Me-*

C *taphrastis: quæ quidem siquis tueri velit, necesse est affirmet illos esse diuersos ab his, de quibus hic agitur, cum ex illis constet eosdem absq; martyrio in pace quieuisse.*

Instar omnium sit quod habet *Metaphrastes* de S. *Ephræm Syro*, cuius natale solum conuincitur ignorasse, cum in Edessa natum illum facit, ex quo Edessenæ Ecclesiæ fuit diaconus, idemq; Edessæ commoratus, quem Nisibi natum esse constat ex *Sozomeno & Baron. in notis ad Martyrol. ad 1. diem Februarij, & in Annal. tom. 3. ad ann. 370. nu. 8.* quos sequitur *Lippolaus*, relicto *Metaphrastis* errore.

D An ergo diligentior atq; oculatior in Natali *S. Agathæ* Patria inuestiganda Metaphrastes esse debuit, quàm in sui *Patris Ephræm*, cuius recentior erat memoria, neq; tam longo terrarum tractu dissiti? Inde ergo *Agatham* Panormi ortam scripsit, quia aliquando fuit commorata, qui Ephræm Edessæ commoratum Edessæ natum affirmauit. Dixerim de eo quod ad rem scripsit *Ioannes Decxerius* de re historica benemerentissimus. *Pietatem Metaphrastis laudo, facilitatem non probo in credendo, vt credulus fuit, sic multa miscuit, quibus*

Pacificus, siue rectiùs & veriùs, *Petrus Monodus* inclytę Soc. Iesu Theologus, id quod & ego dicebam in libello, cui *Abbas vindicatus* nomen feceram *cap. 4. excursu 1. fol. 59.* A

Sed iam colophonium addat *D. Hieronymus tom. 7.* vbi verba illa *Psal. 86. Dominus narrabit in scripturis populorum*, versans, hæc ait. *Quamuis ergo aliquis Sanctus sit post Apostolos, quamuis disertus sit, non habet authoritatem infallibilem.* Hęc ille. Soli ergo Apostoli, soli Authores librorum Canonicorum irrefragabiliter sunt audiendi, illorumq; dictis omnino standum.

Nimius sanè essem iustoque prolixior, si singulos recensere vellem Auctores, suis quosq; censionibus id subsignantes, hos pro dignitate adduxisse sit satis; adeundi, si lubet, *Melchior Cano lib. 7. de locis Theologicis cap. 2. & 3. Arnoldus Albertinus Episcopus Pactensis de Agnoscend. assertion. cathol. & heret. quæst. 15. per tot. & quæst. 30. à nu. 47. ad nu. 54. Guido Carmelita in tract. de Hæresibus. Eymeric. director. Inquisit. par. 2. quæst. 18. Laurentius Portel. resol. moral. par. 2. casu 32. 9. ad secundum nu. 11.* latissime id exquirentes, & tandem concludentes licitum esse Sanctorum auctoritatibus contradicere. B

Ergo *Metaphrastes* plura in sua de SS. Vitis historia cumulat, quæ censoria indigent correctione: plurima obiter scripsit, incerta plerumq; rerum fama, cuius rumori aures aperiebat; nonnulla ex proprio ingenio, nec sine maximo veritatis dispendio attexuit commenta: pleraq; ab alijs temerè scripta sine delectu recenset, fide ideo vacillant, imo in suspicionem eruditis viris ipsa exactius disquirentibus adducuntur. C

Censorias hasce, quas compendio veluti perstrinximus, notas ex industria latiùs edidere duo S. R. E. Cardinales Eminentissimi *Baronius*, & *Bellarminus* acri iudicio viri, & rerum Ecclesiasticarum quæsitores diligentissimi, suam singulis (sed *Baronius* vel maximè) erratis censuram inurentes; ea D
lib. 2. fol. 287. & seq. nuper ex ordine recensuit eruditus *Carrera*. Nonnulla nos pro muneris instituto prodemus errata; quibus *Metaphrastæ* fidem (cui adeo fidunt Panormitani) infidam, elumbem, nullis tandem hærentem neruis doctissimi quique testantur, in Vrbibus præsertim consignandis, in quibus SS. Martyres, agone consummato, martyrij corona donati sunt. Quarum erratum eò acriori reprehensione dignum ab eruditis censeri solet, quò maiori cum religione, vel ab ipsis adnascentis

Eccle-

A Ecclesiæ exordijs, Martyrũ memoriæ celebrari consueuerũt: vt inexcusabile piaculum fuerit Vrbium nomenclaturam ignorare, & pro vera ac genuina alteram suppostitiam scribere.

Ergo *Metaphrastes* vel locum martyrij mutat, vel (si matis) mutatum ab alijs in sua venire patitur monumenta. Sic sanctũm martyrem *Amphianum* passionis agonem consummasse scribit Cæsareæ Lyciæ, cum potius Cæsareæ Palestinæ dicere debuisset, vt auctor est *Eusebius eiusdem vrbis Episcopus*. De S. Barbara V. M. censet *Baronius in Notis ad Martyrol. ad diem 4. Decembris*, illius acta videri fideliora, *quæ Ioannis Damasceni nomine circumferuntur, & alia quæ extant in Codice*

B *M. S. S. Mariæ ad Martyres, alijsque perantiquis Manuscriptis, quæ Nicomediæ Martyrio coronatam tradunt*, & sub Maximino Imper. In quo sane duplici lapsu notatur *Metaphrastes*, qui eam Heliopoli sub Maximiano passam fuisse describit.

Hũc etiam reuocanda videntur, quæ laudatus Baronius in schol. ad Martyrolog. ad diem 27. Septemb. de SS. Cosma & Damiano hæc ait. *Feruntur acta ipsorum Niceta quodam auctore conscripta: extant apud Metaphrastem Kal. Nouemb. sed erroribus scatent, longeq; diuersa à Germanis sincerisq; rebus gestis ipsorum Martyrum, sicut & ea quæ inscribuntur nomine Me-*

C *taphrastis: quæ quidem siquis tueri velit, necesse est affirmet illos esse diuersos ab his, de quibus hic agitur, cum ex illis constet eosdem absq; martyrio in pace quieuisse.*

Instar omnium sit quod habet *Metaphrastes* de S. *Ephræm Syro*, cuius natale solum conuincitur ignorasse, cum in Edessa natum illum facit, ex quo Edessenæ Ecclesiæ fuit diaconus, idemq; Edessæ commoratus, quem Nisibi natum esse constat ex *Sozomeno & Baron. in notis ad Martyrol. ad 1. diem Februarij, & in Annal. tom. 3. ad ann. 370. nu. 8.* quos sequitur *Lippolaus*, relicto *Metaphrastis* errore.

D An ergo diligentior atq; oculatior in Natali *S. Agathæ* Patria inuestiganda Metaphrastes esse debuit, quàm in sui *Patris Ephræm*, cuius recentior erat memoria, neq; tam longo terrarum tractu dissiti? Inde ergo *Agatham* Panormi ortam scripsit, quia aliquando fuit commorata, qui Ephræm Edessæ commoratum Edessæ natum affirmauit. Dixerim de eo quod ad rem scripsit *Ioannes Decxerius* de re historica benemerentissimus. *Pietatem Metaphrastis laudo, facilitatem non probo in credendo, vt credulus fuit, sic multa miscuit, quibus*

Vulgares nedum doctas aures arriguntur. Excusandus est quòd (vt ego puto) summam non deuidit, nec discreuit massam. Cæterum pietas non est patronis fasis. Hæc Deckerius. A

EXCVRSVS III.

Primum Metaphrastæ mendum in Martyrio D. Agathæ deprehensum, quòd eam Catanæ degentem solo Martyrij tempore agnoscat.

IAm tandem ex censorijs notis, quas in vniuersum doctissimi quique viri *Metaphrastæ* inusserunt, ad singulares, B & quæ in Agathæ Martyrio passim irrepsere, nostra conuertatur oratio. Porrò de verbis illis *Nata quidem erat ex Ciuitate Panormitanorum* in quibus præcipuus totius difficultatis ac controuersiæ cardo versatur, sermonem postremò laxius inibimus Excursu XV.

Initio igitur verissimum assumpserim, haud rectè, nec coherenter, imò falsò deduci Virg. Agatham fuisse Panormitanam, quia Panormi primùm fuerit commorata, tum per Quintiani satellites inde *Catanam* adducta, quasi verò nunquam antea *Catanam* inhabitauerit. Igitur si Scriptorum, C etiam Græcorum, sententijs liquidò appareat *Agatham* primùm *Catanæ* habitasse, deinde *Panormum* demigrasse, indeq; iterum *Catanam* adductam, consequens erit, vt potius Catanensis Virgo, quàm Panormitana censenda dicatur.

Age iam ex eodem Metaphraste responsio conficiatur. Sit argumentum: *Metaphrastes de Quinciano Siciliæ Præside*, siue manus Proconsule Catanæ degente iam ac commorante, sic habet. *Ideo quotidie Quincianus suam ipsius pessimam cogitationem conturbans neutiquam quiescebat, quousque sibi eueniret, vt oestrum suæ libidinis ad effectum perduceret: quare illustrem præclaramq; genere Dei ancillam prætextu, quòd Christianam religionem coleret, iubet comprehendi, ipsamq; ad suum venire conspectum. Ipsa autem erat vita & sermone apiè composita, potens autem ex excellentia pulchritudinis se intuentes subiugare. Quintianus autem pessimus Præfet amore captus ex aspectu Virginis, oculum suum conturbabat, eodemq; modo potiri cupiens rerum illius. His igitur artibus, sicut diximus, in insaniam versus Quintianus iussit à satellitibus S. Agatham comprehendi. Hi autem Catana abeuntes dixerunt Virgini, ex ijs contra te decretum* D

A *crettum à Cæsare, & à Proconsule, quòd Dijs non sacrificas; quos quidem Imperator veneratur, neq; honorem ipsis exhibes iuxta patrios mores: saltem pollicere te ipsis sacrificaturam, vt cum omni honore & gloria te ad Præsidem adducamus.*

Ex quorum contextu verborum liquidum satis euadit, Virginem Agatham Catanæ à Quintiano visam fuisse prius, quàm è Panormo esset Catanam redux à satellitibus adducta. Id quod euincunt verba illa, quæ sic ex Græco fonte latinè sonant, *Præses amore captus ex specie, facie, visu, vultuq; Virginis, suum oculum conturbabat* Qui igitur mentem oculumue conturbabat suum Quintianus, Agathæ item B æstuabat amore, si vnam Virginis Panormi degentis famam acceperat dumtaxat, nunquam tamen eam fuerat conspicatus? Notissimum est Diogenianum Adagium. *Ex aspectu nascitur amor.* Et illud. *Amor ex videndo nascitur mortalibus.* Et verè quidem: oculi namq; sunt amoris illices, in his peculiaris animi sedes. In his aiunt Poetæ cupidinem excubantem sua iacula mittere: oculos tandem amorem conciliare non aures exploratissimum est, vt *Iuuenalis* prodigij loco referat de cæco amante. — *Paulus Manut. Adag. fol. 159.*

Qui nunquam visæ flagrabat amore puellæ.

C Idem affirmat *Clemens Alexandrinus*, hæc inquiens. *Etsi fieri potest, vt qui viderit se fortiter gerat, verumtamen ne cadat cauendum est; fieri enim potest, vt qui viderit labatur, sed fieri non potest, vt qui non viderit, concupiscat, dum enim lasciuiunt oculi, calescunt appetitiones*: vbi profectò vides à *Clemente* censeri, vt non concupiscat qui non viderit. Quibus congruit *Plato* philosophorum sapientissimus, cum oculos vocauit Amoris principium. Et *Heliodorus* in Aethiopicis, *prima*, inquiens, *origo instrumentumq; præcipuum amatoriæ fascinationis oculi sunt.* — *lib. 3. Ped. cap. 11.*

Iam verò ad rem, quam vrgemus, quammaximè facit quod verè de Quintiano testantur *Acta Proconsularia* Latina, D ijs verbis. *Vt libidinosus autem AD ASPECTVM VIRGINIS pulcherrimæ oculorum suorum concupiscentiam commouebat.* Et paulò infra. *His furijs agitatus B. Agatham à suis facit apparitoribus comprehendi.* Quæro igitur, vbi nam loci ad aspectum Virginis pulcherrimæ concupiscentiæ oculos commouebat Quintianus? non vtique Panormi, quò iam ad Ius dicendũ, Iurisdictionem peragendam, legitimos item conuentus habēdos ire non poterat, vt inferiùs euincemus, sed Catanæ

vbi iuri dicendo ſedem initio magiſtratus ſtatuerat, Catanę A
igitur Agatham Virginem vidit; ibi amore percitus deperijt, ibi eius nuptias cœpit expetere: poſtquam verò conceptas ſpes in caſſum abire, omnemq; in Agatha operā perdere animaduertit, illico è Proco Tyrannus euaſit, & quantus ac qualis intus eſſet, qui foris alius videbatur, vbi res & occaſio dedit, euidentius expreſſit. Quid ad hæc Virgo puriſſima? non decuit ſanè ibi moram protrahere, vbi difficile cauendo vitaſſet occaſiones, quas captaſſet Quintianus: præſentiſſimum igitur, imò & opportunum capere oportuit
conſilium, *Panormum* ſcil. longe à Catana diſſitam Vrbem B
confugere, ibidemq; voluntarium ſubiens exilium longe à patrio ſolo ſeſe continere, vt vel ſic Præſidis aſpectum declinaret non modò, verùm & eius imperium euitaret, ſibi & nomini ſuo, nobiliſſimę itē cognationi periculū ablegaret.

Singula hæc ad literam, vel me tacente, commonſtrat D. noſtræ Conciuis Agathæ græcè conſcripta Vita, quam in Theſauro Meſſanenſis Senatus aſſeruatam alibi dicebam,
fol. 119. eamq; tranſcripſit eruditus *Carrera*, ijs verbis. *Cauſam componebat* Quintianus, *vt Virginem comprehenderet, & ſuum Decretum exequeretur. Nactus autem per contextum, id eſt impium*
Decretum, illam vt Christianam comprehenderent ſatellites impe- C
rauit, cum longè à Catana Panormi ſe contineret, &c.

Si igitur Agatha, antequam martyrium ſubijſſet, *Catanæ* degebat, ibidemq; Deo famulatū exhibens morabatur, longè à *Panormo*: ergo nō Panormi orta ſed Catanę: nō etenim probabile quis dixerit, aut vero ſimile, puellam Virginem nobiliſſimis ortam natalibus, fortunis opulentiſſimam, cæteris naturæ dotibus cohoneſtatam, parentibus iam emortuis, è Panormo (ſi ibi eius natale ſolum fuit) *Catanam* commigraſſe, vbi nullos haberet affines, nullos conſanguineos.
Contra verò, vt è Catana Panormum commigrarit, in cau- D
ſa fuiſſe Prætoris aſtus, deprauata illius deſideria, effrænatas tandem eiuſdem concupiſcentias.

Sed iam aſſertionis noſtræ adſtipulator accedat *Metaphraſtes*, qui ſibi ipſum parum conſtans audiret, ni Quintianus ex ſuo ipſius in Agatham intuitu iniectas flammas concepiſſet prius, quàm illam ad ſe per apparitores ſiſtendam præcepiſſet, niſi item Virgo ſanctiſſima inhoneſte à Proconſule ſe amari præſentiens, ab illius aſpectu ſe ſubtraxiſſet, ac Catanam patriam linquens in longinqua migraſſet: ſcri-

bit

A bit enim Auctor iste, quòd Agatha, littoribus è Panormo, vbi se continuerat, illam educere contendentibus, ingressa domum, sublatisq; in cælum oculis, dixit. *Domine Iesu Christe tu probè nosti meum propositum (id est Virginitatis seruandæ) tu scis meam animi alacritatem; ipse mihi Dux esto in certamine contra Tyrannum; iam enim mortificatus à me fuit & conculcatus*. At quando nam Tyrannus mortificatus? vbi nam conculcatus? non Panormi tunc, ergo iam pridem Catanę, vnde discessit, Panormumq; dum g auerat Virgo, vt vel sic aduersus Quintiani versutias sanctum Virginitatis propositum præseruaret, custodiretque.

B Egregiè tandem id quod premimus vrget, exhibetq; M. S. C. in celeberrima Bibliotheca conuentus SS. Ioannis & Pauli sacri Prædic. Ordin. *Apud Venetias* iam omnibus obuius de quo certiorem me reddidit eruditissimus *Carolus della Monacha* natalibus iuxtà, ac virtutibus, moribus tandem per secula commendatus, scriptis literis *Callipoli* 20. *Nouembris* 1655. Est Codex iste antiquitate venerandus in carta pecudina latinis characteribus exaratus, auctore *P. Petro Callo de Elusa Ord. Prædicatorum*: in eo Diuæ nostræ Martyrium inter cætera exscriptum hæc habet verba. *Agatha Virgo ingenua, & nobilis genere, mente, & corpore pulcherrima in VRBE CATANENSIVM DOMINVM SEMPER in omni sanctitate COLEBAT*. Paria scripsit *Vincentius Bellouacensis*, cuius hæc verba. *Quæ in vrbe Catanensium nobili genere, mente, & corpore pulcherrima Deum semper in sanctitate colebat*. Si igitur Catanæ Dominum semper in omni sanctitate colebat, fieri haud poterat, vt inquit *Metaphrastes*, vt Panormi se continuisset Agatha, nisi postquam a Quintiano sollicitata martyrium cœperat præsentire, vt vel sic longè à patria vrbe Prętoris astus eluderet, effrenataq; illius desideria declinaret.

tom. 1. par. 2. fol. 35.

C

Histor. specul. lib. 11. cap. 42.

Hæc ad rem, quam premimus, innegabiliter euincendam adduxisse sit satis: quando illud planè monstrum ex recitatis iam verbis quisque lectitando perpendat. Inquit enim *Metaphrastes*, vt vidisti, Prætorem, scil. Quintianum qui iam diu *Agathæ* amore flagrabat vbi persequendi Christianos oblata fuit occasio, statim satellites Panormum ad Agatham per vim adducendam sibiq; Catanę sistendam misisse. Monstruosus nimirum amor (id quod Incertus Auctor obseruat apud *Carreram*, qui eas potius vias, quibus sponsam mox futuram dedecoret, quàm vt Consularis & Prætoris legitimã

D

fol. 184.

vxorem

vxorem decuisset, cohonestet, idq; sit amoris exordium dedecus, vis, aliaq; indigna vt recenseantur; Neq; modò per beneficia ad beneuolentiam pelliciat, sed verò etiam per grauissimas offensiones, & iniurias odium suum conetet, inuidiæq, flammas succendat. A

EXCVRSVS IV.

Secundum Metaphrastæ erratum de Lapide, cui Agatha pedem superimposuisse dicitur, eidemq; vestigium Miraculo impressisse, refertur, ac refellitur. B

VBi ita raptam ab Apparitoribus Agatham, Panormo item abductam scripsit *Metaphrastes*, sensisse Virginem calceamenti vinculum dissolutum, atq; ad id colligandum pedem lapidi super imposuisse subiungit: sic enim ait apud Surium. *Ea autem proficiscente cum militibus, soluta est corrigia eius calceamenti, & cum posuisset pedem suum supra lapidem, id ligauit*. Vtq; id verisimile videatur, producitur à Panormitanis Lapis quidam, in quo testimonium vestigij cognoscamus, quod impressit Virgo dum calceamentũ accommodaret, quasi se se molliri lapis passus sit, & ad impressionem suscipiendam subiugari. C

Verba hęc exigua quidem numero, sed pondere magna, maximas præseferunt in Historia improbabilitates, quibus nemo cui pectus sapit, aures dabit aut fidem. Initiò igitur improbabile est, ne dum indecorum, Agatham satellitibus stipatam pedem lapidi super imposuisse sandalium colligando: lapis namq; iste supra terram non modicùm prominet, viri cuiusq; genua, nedum mulieris superexcedit. Itaq; Virgo Sanctissima æquè ac modestissima inter lictorum cateruas decentiùs erat describenda calceamenti corrigiam colligando, quàm altera in altum elata tibia super lapidem de industria pedem collocando: noxam illam, quantulacumq; fuerit, ab Agatha fuisse patratam cogitare abhorret animus, nedum credere. D

Orat. in D. Agat. Appositius sanè ac decentius scripsit *S. Methodius* ijs verbis. *Talia dicentis contigit, vt in ipsa cursus celeritate calceamenti corrigia solueretur, sedulitatem autem, etiam cum illam colligare vellet, maximè ostendit masculinam &c.* De lapide, vt vides, ne verbum quidem subijciens.

Age

A Age iam lapidi pedem super imposuerit Sanctissima Vir-
go, fortasse prout à Siculæ Virginis modestia non discrepas-
set, id quod aduertisse visus est eximius scriptor *Petrus Car-* *lib. 2.*
rera, & post eum *Inueges fol.* 247. vnde nam quæso subinferũt *fol. 392.*
Panormitani, deducuntq; lapidem hunc Virginalis vestigij
impressionem miraculo excepisse, ac naturalis oblitũ du-
ritiei mollem se præbuisse ac leuigabilem, quando in Actis
Latinis de eo altum vbiq; silentium? Cur Græcus scriptor
tam insigne miraculum tacuit, cuius erat è re Lapidem fa-
cere celebriorem? cur solus lapidis contactus Agathę pede
factus asseritur, cuius meminisse opus non fuit, vestigij vero
B impressio, quæ maximè prædicari debuit, siletur? conficta
igitur hæc ad rem vendicandam nemo non dixerit, cui pe-
ctus sine felle sapit.

Nec Latini solùm Græciq; Scriptores vestigium hoc igno-
rarunt omninò, Panormitani etiam ipsi Scriptores *Petrus*
Ieremias, & *Petrus Ranzanus*, vterq; scriptorum gloria cla-
rus, ille in *Serm. de S. Lucia*, & *iterum Serm.* 24. & 25. *de S.*
Agatha, hic in *Annalibus*, quos in Cænobio *D. Dominici Pa-*
norm. lustrasse non semel volutasseq; testatur *Valguarnera in*
libello de Origine & Antiquitate Panormi, Agathæ historiam
perbellè describunt; de hoc tamen Virginis in lapide impres-
C so vestigio ne verbum quidem. Non tacuissent profecto, si
verum illud fuisset.

Sensit difficultatem *Inueges*, illam tamen faciliter decli-
nasse sibi ipsi blandiri visus est fol. 248. ad finem, & 249. ini-
tio, sic inquiens. *Respondo io, che questi due Autori*, Ieremias
scil. & Ranzanus, *non tesserono la vita intiera, nè fecero vna*
exacta orditura del Martyrio di S. Agatha, ma le cose principali
Geremia encomiò ne' Sermoni, e'l Ranzano ne gli Annali somma-
riamente notò.

Verùm quàm frigida sit, & in sua ipsius constructione
minimè cohærens responsio ista, nemo non dixerit, qui ex-
D scripta iam *Inueges* Verba perpenderit. Si *Ieremias*, & *Ranza-*
nus præcipua *D. Agathæ* facinora scriptis suis perstrinxerunt,
cur nobile hoc eiusdem Diuæ Virginis vestigium aureis ex-
scribendum characteribus non expresserunt? nec enim erat
adeo ignobile, aut despicabile, vt potuerit, aut debuerit in-
ter obliterata nesciri. Si, vt *Inueges* ipse ex *Valguarnera* sub-
iungit, Saxum hoc oleum aliàs destillabat, non erat cur si-
lentio fuisset amandandum.

Quin

Quin inexcusabilis oscitantię nota digni viderentur oculatissimi aliàs Scriptores isti, qui singula quæque, vel saltem plurima, & fortasse minoris momenti Agathæ facinora A complexi, celeberrimum hoc Virginalis vestigij monumentum silentio dehonestarunt: & quod in concivium commodum ferebatur oleum de saxo durissimo emanans, Virginalis protectionis testem sempiternum, per summam desidiam, imo rerum ignorantiam tacuerunt.

Age iam, demus Aduersario Scriptores istos Agathæ Historiam summatim perstrinxisse: quid est quòd *Metaphrastes* ipse labantis aduersariorum prætensionis columen ac columna, Græci item Codices, quibus fidem implicant suam, B cæteri tandem Scriptores siue Græci, siue Latini, qui Agathę martyrium ex professo suscepere narrandum, minutissima quæque enarrantes, ac capita euntes per singula, Vestigium hoc nullibi edixerunt? cur altum de eo vbiq; silentium? ni dixeris vestigium hoc fuisse vigilantium somnium, seniumq; delirium, vt dicebat Carrera.

Præstat tamen audire *Inuges* excogitati huius vestigij propugnatorem, ad Traditionis asylum, testium auctoramentum, Vaticani tandem Codicis testimonium sese recipientem, vel sic ineuitabiles difficultatum ictus euitaret; C sic enim ait fol. 249. *Ma che la nostra Santa Pedata nel sasso non sia esageratione, ò come altroue dice* Carrera *inuentione, sogno, ò Fauola; oltre l'antica Traditione auanti à Clemente VIII. con settanta giurati testimonij, e tra questi molti Catanesi, authenticata, come nella disputa diffimo: habiamo anco il citato M. S. Greco della libraria Vaticana,* SACRA VESTIGIA SERVAT. Ita Inueges.

Hæc tamē veritati fucum aut fumum facere nequaquam possunt. Traditio (vt singula ex ordine replicemus, ac refellamus) non est cur sistatur ad rem, quam vrgemus; nupera est, à *Valguarnera* exorientis huius traditionis auctore D excogitata, nec sanè crediderim Valguarneræ sine auctore sine teste loquenti, quando vel maximè Panormitani cordatissimi rerum suarum exploratores de ea nullibi meminere: meminissent profectò si vera fuissent quæ Auctor iste contendit.

Septuagenarius, idemq; effrænatus testium numerus, quos pro re sua stare putat *Inueges*, fidem argumenti eneruat potius, quàm corroborat, fides sit *P. Lucæ Vadinga* eruditionis

A tionis plurimæ inexhausteq; lectionis viro, in *Apolog. de Monachatu S. Francisci*, & Prospero Farinacio: facile namq; fuit ex Panormitanis remsuam affectantibus huiusmodi conuocare testes & multos conscribere assertores: infra quorum numerum Catanenses adfuisse, tam bene conficta fabella est, vt eadem leuitate illam negauerim, qua *Inueges*, aut *Valguarnera* confinxit. Vaticani Codicis testimonium quamnam sibi vendicet fidem superius innuebam *Cap. 5. Excursu 1.* non est igitur cur in illo eneruando pluribus insistam. §. 5 n. 37 de Testibus quæst. 80. Oppofit. 41. n. 114.

Sed iam verus sit Codex, non ideo illi standum, nec *Valguarnera*, quando quod ille sacra vestigia (in plurali) seruare lapidem dixit, hic alterum dumtaxat impressum con-
B tendit vestigium; aut ergo Codex falsum narrat, aut *Valguarnera*, & cum eo *Inueges*; ego neutri crediderim, in re præsertim adeò seria, eritq; nemo fidem implicaturus suam.

Aliò confugit Inueges vnum (vt dicebam) in lapide agnoscens vestigium, *Le Greche Istorie*, inquit, *di Metaphraste, di Lascari chiaramente narrano, che alla B. Donzella la fettuccia d'vn sol piè le si disciolse, e quell'vnico Piè disciolto, che su'l nostro Sasso sospinse, poggiò: in quello il vestigio del piè calzato impresse*: Et infra. *Troppo sciocchi Palermitani furono quelli, che volendo in Palermo trascriuere vn vestigio di S. Agatha à somiglianza*
C *delle vere orme di Catania, l'habbiano fatto nel Sasso intagliare più Largo, e meno Lungo? & habbiano alla publica adoratione esposto vn Santuario, che con le Misure dalla lunghezza, e larghezza ogn'huomo dozenale può dichiararlo per Inuentione, Sogno, e Fauola.* Et paucis interiectis. *Per vltimo intrepidamente dico: che in capitarmi nelle mani questa seconda parte d'Historia Catanesa, vedendo dipinte le due S. Pedate di S. Agatha in Catania: prima humilmente le bagiai, & adorai; e dopò con sollecito passo andai alla Chiesa di S. Agatha fuori delle Mura di Palermo, portando meco il libro del Carrera: & iui più d'vna volta riscontran-*
D *do la lunghezza, la larghezza, e la figura dell'Vnico nostro Palermitano Vestigio co' due dipinti Catanesi, li ritrouai in tutto, e per tutto fra loro simili, & vguali. e nella Pedata di Palermo adorai, baggiai, e riconobbi quella di Catania*. Ita Inueges prolixiori syrmate, quod piè credit, acute describens.

Sed iam propius ad ipsius Lapidis trutinam deueniamus, qui in re præsentis Miraculi nobis pro Lydio fit, indicetq; quantum aureæ veritatis, quantum falsitatis insit scrupulari differentiam. Vidi equidem inspexiq; nec semel, nec solus,

inſpexere alij minimè cæci lapidem hunc, in eo nec viri nec A
fæminæ cuiuſpiam veſtigium cernere eſt, aut ſpectatur, ſed
Foramen quoddam Orbiculare, & in profundum excaua-
tum, atq; in Coni figuram altè deſinens, quod deinde fre-
quenti fidelium religione contractum in eam, quæ nunc vi-
detur, effigiem eſt conformatum: ipſum lapidis exiſtentiam
euidentiamq; teſtem appello. Quis igitur in animum indu-
cat ſuum, vt credat veſtigium humanum, ſed puellæ in pri-
mis pedem, reliquiſſe excauationem in circulum conforma-
tam turbinato mucrone altè depreſſam?

Quòd ſi ad Diuinæ Virtutis aſylum miracula patrantis B
confugiat, vt certe debet, *Inueges*, dicatq; in ea Deo cordi
fuiſſe formam pedis Virginalis monumentum relinquere.
Quæro, quam ob cauſam Deus non veſtigium humanum
diuinitus imprimendum iuſſit, ſed orbiculatum? ſed in Co-
ni figuram effictum? Effinxit verò in Etnæo lapide per Di-
uinam virtutem Deus duo veſtigia ipſiſſimos *Agathæ* pedes
imitantia, *Inueges* notiſſima, vbi Virgo, dum ad Carcerem
rapta truderetur, lubricè excurriſſe, ibidemq; ſtitiſſe, ne la-
beretur, in eoq; Virginalia veſtigia impreſſiſſe conſtans eſt
patrum noſtrorum auctoritate firmata traditio. Extat ho-
die lapis iſte venerabilis Agathæ veſtigiorum teſtis ſempiter- C
nus, auratis craticulis intectus, magna item ciuium extero-
rumque frequentia veneratus, in ipſo Diuæ Virginis erga-
ſtulo, vbi Deo puriſſimam animam commendans expira-
uit, inuiſentibus occurrens; legiturque ibi Diſtichon.

Hic fixit ruitura pedes impulſa furore
Carnificis rabido, Carceris antra petens.

Abeat igitur hoc veſtigij virginalis Miraculum, quod ne-
que Acta Latina vlla, neque vllus Græcus Scriptor, nec *Me-
taphraſtes* ipſe effingere auſus fuit, quem alioquin miracula
plurima ex proprio ingenio effingere conſueuiſſe notant D
Bellarminus, & *Baronius*, vt aliàs dicebam.

Sed ne, dum *Agathæ* lapidem omninò infringere videmur,
aliquid verò piæ religioni concedamus: quid igitur lapideus
loquitur hiatus ille? clamat ne aſſeritque *Agatham* eſſe Pa-
normitanam? an verius Panormo profectam? hoc nihil mo-
rantur concedere Catanenſes: at illud ſi contendant contun-
cere Panormitani, audiant viciſſim ſuperius exſcripta de-
ſcriptaque duo Catanenſium lapidum immota veſtigia, quæ
disertè clamant Agatham eſſe natam, ibidemq; denatam:

A EXCVRSVS V.

Tertium Græci Scriptoris piaculum expenditur, qui Panormitanos ad vnum omnes ab Agatha occultò fugam inijsse asseuerat.

EXcogitatum impressis miraculo vestigijs Lapidem, de quo hactenus dicebam, euertit sanè, peruertitq; fabella illa a Græco eodem Scriptore conficta, Panormitanos scil. siue honoris specie, siue ciuicę pietatis officio Virginem fuisse prosequutos, cum verò corrigiam colligaret, illicò ab
B omnibus Agatham de repente destitutam, omnesue, qui eam prosequebantur, occultam inijsse fugam. Sic enim ait, vt habes apud Lippomanum & Surium. *Ea autem proficiscente cum militibus, soluta est corrigia calceamenti, & cum posuisset pedem suum supra lapidem, id ligauit. Deinde retro conuersa cum neminem vidisset eam sequentem ex ciuibus, qui eam deducebant, sed omnes eam reliquisse, & recessisse, magno dolore affecta orauit Dominum &c.*

Anile inquam hoc, & ne poeticum quidem figmentum certe facit, vt omnis hæc Metaphrastę nutet historia. Primũ, improbabile imò inuerisimile dixerim, vt Panormitani, quos
C iam officiosos edixerat Metaphrastes, tum mutatis illico ingenijs, ab omni decori specie, imo debitæ humanitatis officio destituti, ac prorsus alieni, furtiuam captarint occasionem, vt Virginem solam inter barbaras impiasq; lictorum manus de repente destituerint, vt nec Vale quidem dicendum censuerint. Quis officiosam illam humanitatem de repente tam crudelem immanitatem crediderit consequutã? quis mentem in amentiam conuertit? Ista credat qui velit. Equidem malim hac in re videri minus credulus, quam parum prudens ac religiosus: quæ quoniam credidit Meta-
D phrastes, errori magis, quàm culpæ tribuendum opinor.

Iam Panormitani, qui Agatham deducebant, si Virginis erant consanguinei (vt res exposcebat, vt item Virginis innuere videntur querelæ) quid causæ fuit, vt inter Satellitum tumultus ac furores intrepidè Virginẽ suam ad vitæ discrimen properantem deducere voluerint; tum illicò omnes eam destituentes inopinato recessu iã inde se proripuerint?

Si verò Panormitanorum quidem ciuium, non tamen consanguineorum, fuit omnis illa prosequentium multitu-

do; profectò Virgo prudentissima non tantopere dolere de- A
buisset, nec tantopere contristari indignariq; vt etiam Pro-
digium diuinæ virtutis expeteret, atq; imprecaretur. Ete-
nim si Ethnici erant Agathæ comites, verè nulla ratione de-
buissent eam ad vsq; Catanam prosequi. Si Christiani, po-
tuissent etiam per prudentiam vitare tyrannorum præsen-
tiam, nec se temere persecutionis acerbitati & martyrij tor-
mentis obijcere. Id quòd Christus Dominus, cuius actio
nostra est instructio, suos monuit sectatores, & perbellè rem
omnem explicat *D. Athanasius Alexandr. in Apologia de fuga*
sua, quem consulat amicus lector, ne ab instituto deuius B
aliudiam scripsisse.

Quid igitur facere par fuisset Panormitanos ciues? quid
propinquos? si ibi *Agatha* nata fuisset? Nam facilis Panor-
mitanorum permissio Agatham ad supplicium rapiendam
(eò vel maximè, quando Panormus, vt & nonnullæ aliæ
Siciliæ Ciuitates, libera erat, & a Romani Prætoris imperio
immunis) *Agatham* Panormi minimè natam ineuitabiliter
euincit.

EXCVRSVS VI.

C
Quartum Græci Scriptoris erratum, dum Virgo Agatha
inducitur eos, qui ipsam comitabantur,
infidelitate notasse.

GRauissimam sanè inurit Panormitanis omnibus infide-
litatis notam ignominiamque Græcus iste Scriptor,
quem *Metaphrastæ* nomine euulgatum excipiunt fouentq;
aduersarij, dum Agatham magnanimam æque ac humil-
limam Christi sponsam aduersus Panormitanos, & in eorum-
dem incredulæ mentis animaduersionem, magnum a Do- D
mino miraculum comprecatam subiungit, illis verbis. *Do-
mine Deus Omnipotens propter eos, qui non crediderunt Ancillæ
tuæ, quæ est decertatura pro nomine tuo, ostende magnum Mira-
culum &c.*

Hæc inquam verba duplicem Virginalis mentis sensum
exprimere possent. Alterum, quasi verò Panormitani Aga-
tham comitati, mox illam destituentes, non satis credidis-
sent mysterijs ad Christianam fidem spectantibus, ideoque
Virginem superstitiosæ religionis causa censuissent ad sub-
eundos

A eundos cruciatus properare. Id quod minimè dixerit, nedum concesserit *Inueges*, qui ab ipso Apostolorum Principe, anno reparatæ salutis 59. Panormitanæ Ecclesiæ deducit exordia, Anonymum quemdam ab ipso *D. Petro* consecratum infarciens fol. 77. & infra (verene & solidè, an gratis, & ex opinione, aliorum esto iudicium) ne aliàs copiosissimum Panormitanorum omnium tam virorum, quàm mulierum cœtum ethnicæ disciplinæ, gentilitatis item erroribus ad vsque illud tempus addictum fateri compellatur, vel propter fugam facilè arreptam à Christiana fide abalienatos desciuisse immeritò concedat.

B Alterum verò sensum Agathæ verba hunc exprimunt. Quasi verò Panormitanorum aliqui, veræ aliàs Christianæ fidei rudimentis imbuti, diffiderent de virili Agathe constantia, masculaque eiusdem virtute; adeoq; subuererentur ne captiosis Quintiani illecebris delinita, blanditijs decepta, firmissimum de seruanda Virginitate propositum amandaret, datamque Sponso fidem in perfidiam commutaret. Vel è contra, ne cruciatibus succumbens Christianam fidē abiuraret. Ad prætactas igitur animorum suspiciones, hæsitationesq; penitus abolendas magnum à Deo miraculum Virgo expetijt.

C Si igitur tale quippiā de eximijs Agathæ virtutibus suspicati sunt Panormitani, maximam Virgini injuriam intulisse dicendi sunt, dubietatis ac diffidentiæ rei; non tamen immanem adeò dixerit quispiam ac nefariam, vt miraculo fuerit vindicanda, æternisq; historiæ monumentis edicenda, quali neq; Apostoli omnes affecti memorantur a sacris Scriptoribus, quando Christo Domino a militum cohorte comprehenso, eo derelicto, omnes fugerunt.

Augent profectò dubietatis notam verba illa, quæ Latinus interpres apud *Surium* (nescio ex quonam fonte hausta)
D subiungit. *Et me non sunt perfectè secuti.* Quid verò sibi velint, expendamus. An Virginis querimoniæ de inopinata sui derelictione innuunt pactionem aliquam sponsionemue, quæ inter eam & Panormitanos conuenerat, dissolutam? An omnis illa promiscua multitudo fidem suam obstrinxerat fore se illi comitem indiuiduam, & Catanam vsq; perseueraturam? Hoc autem (si nihil aliud) ad humanam Christianiq; prudentiam nulla potest ratione congruere. Multò tandem minus illa superiorum interpretatio verborum,

quasi

quaſi Virgo prudentiſſima exegerit, vt omnis iam comes multitudo ad Martyrij laureas Catanam verſus ſecum proficiſceretur, lictoribus ac Tyrannis ſeſe obiectura, & absq; diuino impulſu perſecutoribus temere ſe traditura. A

Hæc ad eneruandam Græci Scriptoris hiſtoriam ſatis facturа conijcio dabo tamen vrgentiora argumentorum momenta. Faceſſant etenim dubio procul Virginis imprecationes ab hiſtorico Martyrio: ad quid inquam honorarij Panormitanorum comitatus Agatha protinus oblita, neceſſariæ ſeceſſionis dumtaxat memor, priuatorum noxam peteret plectendam? an quæ probe ſciret ſolo etiam vultu lædi pietatem, eamdem quà verbis quà factis violari deforme non duceret? Non ita Chriſtianas Virgines deſcribit S. *Cyprianus*, cuius hæc verba. *Chriſti virginitas portat, portat integritas, ſanctitas portat & veritas: portant diſciplinæ Dei memores iuſtitiam cum religione retinentes, ſtabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tolerantiam fortes, ad ſuſtinendam iniuriam mites, ad faciendam miſericordiam faciles, fraterna pace vnanimes, atq; concordes.* B

lib. de habitu Virginum.

An verò eadem illa Agatha, quæ in Catanenſi Carcere coniecta, monita a carcerum cuſtodibus, vt inde profugeret, per apertas miraculo fores, reſpondiſſe fertur, *Et ne cuſtodes Carcerum conijciam in periculum*; apud Panormum contra Panormitanos fuerit inuecta? Dixerim ideo quòd de Græco Scriptore ſcripſit *Eminentiſſimus Bellarminus*, Metaphraſtem Sanctorum vitis aliquot adiecisse ex proprio ingenio, quorum nulla eſt apud veteres hiſtoricos mentio. C

Age vero imprecatio hæc mirum quantum (vel ſi cetera deſint) repugnat generoſo Virginis pectori, talem namq; Græcus ſcriptor illam delineabat, vt vidiſti. *Sancta ergo magniq; & excelſi animi Agatha &c.* ad quam congruit illud *Senecæ. Ingens animus & verus æſtimator ſui nō vindicat iniuriam.* Et paulo infra. *Ira nulla magnum animum iniuria ad ſenſum ſui adducit, fragilior eo quod petit, quanto pulchrius eſt, veluti nulli penetrabilem telo, omnes iniurias contumeliasq; reſpuere? vltro doloris confeſſio eſt, non eſt magnus animus, quem incuruat iniuria.* Et epiſt. 71. ſic ait. *Vt ſis beatus, & te alicui ſtultum videri ſinas: quiſquis volet tibi contumeliam faciat, & iniuriam: tu tamen nihil patieris, ſi modo tecum ſit virtus, ſi vis beatus eſſe, ſi fide bona vir bonus, ſine te contemnat aliquis*: Hæc ille Philoſophus gentilitatis erroribus implicatus. D

lib. 3. de Ira. cap. 5.

Appo-

A Apposité satis *D. Augustinus* hæc inquiens: *Quid enim prodest, quod percussus repercutis? numquid propterea aliquid quod in corpore læsum est, restituetur in integrum? sed tumidus animus talia fomenta desiderat; sanum autem firmumq; ista non iuuant, quin potius misericorditer perferendam alterius infirmitatem iudicat, quàm alieno supplicio suā mitigandam, quæ nulla est.* *lib. 1. de Serm. Dom. in monte cap. 37.*

At dices, nec nouæ sunt, nec nuperæ in Sacra Scriptura huiusmodi imprecationes: in Psalmis Dauidicis eas passim legere est. Verum facile dixerim, quas aduersarij Imprecationes edicunt, nequaquam imprecationes, sed prædictiones fore scribit eruditissimus *Bellarminus*: et tamen in hoc
B asseritando præiuit *D. Augustinus in Psal.* 68. qui verba illa *Fiat mensa eorum coram ipsis in scandalum* obuersans, hæc ait: *Hoc sæpe commendauimus, & meminisse debetis, ne quod præsagi mens in spiritu Dei dicit, maleuole imprecari videatur.* Et iterum verba illa psal. 78. *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum* expendens, sic ait: *Non mala optat, sed iusta prænunciat, & futura prophetat.* Nec ideò B. Agatham iusta Panormitanis prænuntiasse, futuraque prædixisse censendum est, aut opinandum, quæ nullibi de Panormitanorum salute sollicita legitur: nunquam Panormitanæ vrbis tutelare numē se præbuit: id quod alibi laxiori syrmate obuersabam.

C Vera tandem sit Agathæ in Panormitanos, qui eam occulte ac de repente dereliquerunt, imprecatio, verissimus sit ad Agathæ preces sterilis oleæ recens exortus; nō ideò Agathā Panormitanam quis dixerit. Olea illa apud Panormū enata neutiquam testatur Agatham apud Panormum exortam, sed bene ad necem traditam, vel in manibus lictorū destitutam, Bonam denique Virginem apud Panormitanos male habitam enunciat.

D

EXCVRSVS VII.

Quintum laudati Scriptoris erratum expenditur, qui neminem ex Virginis Agathæ consanguineis itineris comitem se addidisse subiungit.

VT in planè voluntarijs mirum quantum exuberat Græcus iste Scriptor, ita in valde necessarijs, & quorum expressio summopere erat habenda, mancus est ac defectuosus. Ecquis enim in animum induxerit suum, vt facile

credat

credat Agatham Virginem nobilissimam iuxtà, ac ditissimam, ætate florentem, quæue omnium oculos in se conuerteret, Prætoris imperio à satellitibus abductam in longinqua deducendam, ciuium ad breue licèt temporis itinerisq; spatium comitatu stipatam; à propinquis verò suis affinibusq; destitutam omninò, vt ne vnus quidem illius memoretur comes, aut socius? A

Aut enim ad coniugium Agatha ducebatur futura Pretoris sponsa, aut ad supplicium rapiebatur tormentis mancipanda. Si primum: inuerisimile est, imò impossibile, *Panormitanos* ita veritos *Quintiani* conspectum, vt neq; de vrbis primoribus, neq; de Agathæ cognatis quempiam legarint deductorem, qui sponsam ad sponsum deduceret, atq; ita potius videri Panormus voluit inscia tantæ affinitatis, cuius etiam ad se gloria redundasset, quàm conscia, ne cogeretur aliquid sibi mali pertimescere. B

Accedit prǽterea vetustissima vel apud Barbaras nationes in more posita consuetudo, qua nobilissimæ sponsæ à Gentilium ciuiumque frequentia deduci consueuerunt, eò vel maximè, quando Principi sponso nubunt, nedum illos comitari non recusant optimates, verùm & seipsos sponte ingerunt, ac intrudunt.

Quòd si secundum dixeris, vide quàm indigna à ciuibus, sed cognatis in primis, patiatur *Agatha*: vide quàm magna ignominiæ nota Panormitanis inuratur à *Metaphraste*: sola destituitur à suis consanguineis inter lictorum manus: ò cordiales consanguineos (naturali instinctu patrijsq; moribus aduersantibus) consanguineæ desertores? C

Accedat prædictis quod de Agatha ad interrogata sibi à Iudice his verbis respondente Latina testantur exemplaria. *Non solum ingenua sum, sed & spectabili genere: vt omnis parentela mea testatur*. Et vt ex Græco habetur, *Non solum ex Nobili & Illustri sum Familia, sed etiam habeo consanguinitatem diuitijs excellentem*. Quinam ergo D. Virginis parentela omnis testari poterat ingenuam illius nobilitatem, cum ne vnus quidem Agathæ ad Prætoris tribunal sistendæ comes factus fuerit, aut custos in longum iter proficiscentis, vbi male haberi à satellitibus dubium non erat? D

Quin ex laudatis Agathæ verbis clarissimam eius familiã non Panormi sed Catanę degentem conijcere facile possum: haud enim temerè Acta Latina Proconsularia testantur Virginem

A ginem ad Tribunal stantem illa protulisse verba, *Non solum ingenua sum, sed & spectabili genere, vt omnis parentela mea testatur*. Non enim, si omnis Virginis consanguinitas fuisset Panormitana, testari poterat eius natalitium splendorem. Catanæ igitur præsentes erant, fortè coram Quintiano, vel non longè procul, cum Agatha per lictores ad illius Tribunal sistebatur, qui Virginis ingenuam nobilitatem testabantur consanguinei, quos illa perinde quasi digito præsentes rei testes demonstrabat.

Iuuat hìc recentare quam ob causam frequens *Catanensium* concilium Agathæ cognatio propiùs Romani Proconsulis

B tribunal conuenisse censeatur. Catana Romanorum erat Colonia, id quod *Plinius*, *Ptolomæus*, cæteriq; Scriptores edixerunt, omnium verò appositissimus *Strabo*, hæc inquiens. *Messana satis frequens, frequentior tamen est Catana, quæ colonos accepit Romanos, minus vtraq; frequentatur Tauromenium*. Atqui mos erat Romanorum Iudiciorum cū reis dicenda esset causa, non solùm cognatos & affines, sed etiam aduocatos lugubri veste illos stipare consueuisse; nec solum viros, sed etiam fœminas, Virginesq; circumstare: fides sit *Tito Liuio*, Virginiæ plebeæ puellæ ab Appio Claudio decemuiro in seruitutem asserere contendente, contra au- *Decad. 1. lib. 3.*

C tem Lucio Virginio patre, Iulioq; sponso, nutritorio auunculo, alijsq; viris aduocatis, mulieribus tandem in libertatem vindicantibus, casum graphicè describenti. Par itaq; fuit Agathæ cognatos in illius tuenda virginitate, cuius nuptijs inhiabat Quintianus, Prætoris Tribunal conuenisse.

Nec me deturbat scioli cuiusdam replicatio, indignum sanè Virginis affinium cognatorumq; facinus hic subodorari, quando Agatham genere nobilissimam, Virginitate conspicuam in Aphrodisiæ domo, imò veriùs lupinari, per mensem & vltra commoratam dissimularunt. Verùm facile molestiam purgo. Cum feruebat persecutionis immanitas, in

D sacras Virgines stupro sæuitū est, Christianas ideò fœminas confessione constantes, & pudicitia insignes tradi lenonibus prostituendas, innumera sanè & insignia declarant exempla, quæ recenset (nos ab hoc labore præripiens) *Eminentiss. Baronius ad ann. 304. nu. 10. & in Notis ad Rom. Martyrologium passim*. Plurimæ namq; Deo dicatæ Virgines ad lupanaria ductæ, mira Dei virtute, puræ atq; intactæ seruatæ sunt martyrio: quin & à viris, qui se fingerent ad eas, vio-

landas ingredi, mutato cum illis habitu, intactę emissę sunt, A
sed ea tantæ pietatis mercede, vt iidem liberatores vnà cum Virginibus liberatis coronam Martyrij fuerint consecuti.

Et quidem *Agnetem* inter Romanas puellas nobilissimam Symphorianus vrbis Præfectus nudam in postribulum duci iussit, vt eius virginitas violaretur. *Dariam* & ipsam Romanam primariæ nobilitatis Virginem S. *Chrysanthi* sponsam ad postribuli supplicium condemnauit Celerinus Pręfectus. *Bibiana* Virgo Romana, vt genere sic fide nobilissima, ab Aproniano vrbis Prætore Rufinæ mulieri vaferrimæ seducenda tradita est. *Columbam* Virginem Senonensem generis nobilitate præcipuam Aurelianus Imper. ad lupanar adduci iussit, vbi eam Deus per vrsum mirabiliter tutatus est. B *Theophilam* virginem Nicomediensem genere & virtute præstantem ad probri & contumeliæ officinam violenter introductam iussu Maximiani Imperatoris diuinitus liberatam scribit laudatus Baronius ad an. 301. nu. 6. *Theodoram* virginem primariam Alexandrinam Eustratius Præses illius nobilitatis conscius ad lupanar trahi iussit, Deo autem mirabiliter operāte, ab ignominia illa erepta est. Virginem quamdam pulcherrimam æquè ac nobilissimam narrat *Palladius* Corinthi se in castitatis virtute exercentem, quamue impurus Iudex ad lupanar iussit adduci, à Magistriano, Deo annuente, ab infami illa officina fuisse liberatam. C *Irenem* Virginem Thessalonicensem Dulcetus Præses nudam ad lupanar exponi imperauit: eam tamen Sancti Spiritus gratia radijs veluti quibusdam obumbratam, ab ignominia illa in patria vrbe præseruauit. *Luciam* Syracusanam Virginem nobilissimam ad postribulum per vim rapiendam in patria vrbe pręcepit Paschasius; sed Spiritus Sancti firmitudo tanto pondere illam stabiliuit, vt nulla vi promeriti sceleris ministri dimouere potuerint, itaut vel ipsis ciuibus cognatisq; inspectantibus prius Virgo iugularetur, quàm inde protrahi ad lupanar potuisset. D

in Lausiacis cap. 53.

Nimius essem, si singulas quasque sanctissimas fœminas à stupri supplicio diuinitus ereptas in ordinem recensere vellem: id tamen innuisse proderit, quod assumptum Excursus nostri petit argumentum, si his, alijsq; Virginibus nobilissimis easdem iniurias pro Christo in patria Ciuitate legimus intentatas, vel ipsis cognatis coram inspectantibus, vel minime absentibus, quid mirum, si quid in Agatha, irrito

tamen

A tamen conatu, Quintianus idem attentarit? eò vel maximè quando in Aphrodisiæ domum, non vt ibi prostitueretur, sed vt seruandæ Virginitatis propositum amandaret, Christianæ item religionis periculum faceret, abducta est: eius tamen constantiam expertæq; virtutis fortitudinem probè callentes cognati, futurum sperabant, prout nec spem fefellit exitus, vt illa prius iugulum probaret, & exquisitissima tormentorum genera perpeti mallet, quam vt ab inceptis desisteret victa.

EXCVRSVS VIII.

B Sextum prædicti Scriptoris mendum asserentis Agatham quinque Aphrodisiæ leænæ filiabus traditam, quas verius nouem fuisse constat.

INnegabile profectò est, Græcum hunc Scriptorem incompertam habuisse natalem *Agathæ* Patriam, qui in tam multis aberrauit, in Aphrodisiæ filiabus præsertim recensendis, quinque dumtaxat asseuerans, quas nouem rectiùs & veriùs enumerare debuisset. Sic enim habet, vt vertit Surius. *Iussit Præses eam tradi cuidam matronæ nomine A-*
C *phrodisiæ, quæ habebat quinque filias.*

Nobis hoc erratum haud longiorem expostulat impugnationem: satis erit adscribere Græcas Latinasq; historias Græco isti Scriptori aduersantes. E Græcis primas ferat illa, quam latinè redidit celeberrimus ille Græcus *Constantinus Lascaris* domi forisq; notissimus. Primigenium illius exemplar in *Thesauro Messan. Senatus* asseruari vel *Inueges* ipse testatur. Integrum exscripsit noster *Carrera*, verba rem, quam premimus, vrgentia dumtaxat dabimus: *Illam autem ingressam in vrbem Cataniæ iussit Præses tradi matronæ cuidam nomine Aphrodisiæ, quæ FILIAS NOVEM habebat &c.*

D Paria habet Græcus alius Codex, & ipse manu exaratus in *Magno SS. Saluatoris Messan. Monasterio*: Integrum latinè redidit *D. Leonardus Patè* Græcarum literarum, sacræ item prophanæq; eruditionis in Messan. Academia candidatus, eamq; in sua retulit aduersaria laudatus *Carrera*: verba ad rem facientia transcribere placuit. Cum *autem Catanam fuisset ingressa, à Præside iussa fuit matronæ cuidam tradi, cui nomen Aphrodisiæ, erantq; ei NOVEM FILIÆ &c.*

Ab eadem fuit mente *D. Methodius*, idemq; Constantino- A
politanus Antistes in laudatissima illa, quam de *B. agatha*
fol. 15. habuit, Oratione apud *Carreram*, cuius hæc verba. *Præses*
& seq. *verò vbi accepit Agatham ad vrbem aduentare, vt aliquanti-*
sper turbatam Ciuitatem, ac præsertim animos consanguineorum
mulceret, in Aphrodisiæ nobilis fœminæ, sed famosæ domum diuer-
tere illam, atque honorificentissimè excipi iubet, cauens, ne
aliquem è propinquis eius illuc introduci pateretur. Quæ tibi
mens animi tunc inerat Virgo integerima, cum te inclusam in
illo Aphrodisiæ NOVEM QVE MVLIERCVLARVM matri per-
quàm similium postribulo potius, quàm nobilium honestâ domo? B
Et paulo infra. *Tu verò cum ipsos triginta dies Virgo purissima*
aduersus DECEM LEÆNAS in domestico lacu in seruanda Deo
Virginitate decertâsses, multò integrior euadere meruisti.

Suum quoq; perhibent suffragium Acta Latina Romana
M. SS. apud Basilicam S. Mariæ Maioris asseruata, quæ sic
habent. *His furijs agitatus*, Quintianus, *Beatam Agatham à*
suis fecit apparitoribus comprehendi, & cuidam mulieri tradi,
nomine Aphrodisiæ, quæ habebat NOVEM FILIAS turpissimas,
sicut earum fuerat mater.

Breuiarium Moguntinum antiquitate venerandum hæc
habet. *Tradit*, Quintianus Agatham, *cuidam Aphrodisiæ mere-* C
trici, & NOVEM FILIABVS SVIS eiusdem turpitudinis.

Nec suo nobis deest suffragio Breuiarium Mozarabum,
cuius hæc verba. *Iudex iniquus ipse Quintianus Virginem S.*
Agatham cum vidit, DECEM malignis FOEMINIS obscænis
tradi præcepit. Decem ait, quia decima inter nouem filias
erat Aphrodisia mater.

Porrò Breuiarium hoc Mozarabum, siue Muzarebum,
illud idem est, quod Breuiarium Toletanum, S. *Isidori Hi-*
spalensis Episcopi industria, ex Toletani Concilij decreto, in
meliorem vsum efformatum, cuius recitandi ritus, vt audio,
etiam num in more positus est apud Hispaniæ Ecclesias. D
Sunt autem Mozarabes, hoc est Christiani mixti Arabibus,
& qui interea, dum Hispaniam tyrannide sua modis omni-
bus diuexarent, & dilacerarent Sarraceni, & Iudæi, varijs
in Hispaniæ Ciuitatibus patriæ dulcedine pellecti habitaue-
runt tributarij, & vectigales, eaque lege permissi in insti-
tuto & religione Christiana viuere, & Ecclesiasticis vti cæ-
remonijs, vsque ad *Almohadum Arabum* in Hipanias aduen-
tum. Hi enim nullos omninò Christianos secum habitare

patio-

A patiebantur, sed cogebant omninò ad impietatem & Christi abnegationem, aut crudeli martyrio enecabant. Venerunt in Hispaniam temporibus Regis Alphonsi VII. si credimus Ioanni Vassæo. At Ritus eorum sacri longe sunt antiquiores Missa Mozarabum siue Muzarebum *à D. Leandro Hispalensi Episcopo* peculiariter in Hispanijs visitata.

tom. 1. Chron. hispan. ad ann. Christi 712.

Sed quid egemus testibus, quando ipsa Panormitanorum Acta veritatem hanc, vel me tacente, sugillant, sic enim habent. *Beatam à suis fecit apparitoribus coarctari, & cuidam iussit tradi matronæ nomine Aphrodisiæ, quæ habebat NOVEM FILIAS turpissimas, sicut erat earum mater.*

B Nimius essem si singula Latinorum Codicum testimonia, Scriptorum censiones, historiarum deniq; monumenta vellem recensere, mentem habenti sufficiant ista.

EXCVRSVS IX.

Septimus Metaphrastæ lapsus tempus tacentis, quo Agatha cum decem illis vaferrimis mulieribus conflixit.

Q Vinque tantum, vt vidisti, de nouem filiabus Aphrodisiæ Agatham obsidentes inducit *Metaphrastes*, quatuor
C silentio præterit, vt dicebam: nouum nunc erratum veteribus adijciens, silet tempus, quo illę simul omnes cum Agatha conflixerunt, vt Virginitatis coronam, & Martyrij palmam abriperent.

Triginta siquidem ipsos dies noctesq; conflictus iste perdurauit, quo sanctissima Virgo ab infantia Domino consecrata se ipsa fortior mulierum superauit insidias, & Prætoris astus delusit. Fuit porrò diuturnum hoc certamen cæterorum omnium, quotquot Agatha pertulit, molestissimum; quare ab illo fœliciter expedita, lætissimè & gloriantes ibat ab carceres quasi ad epulas inuitata.

D Rem, quam premimus, appositissimè habet *D. Methodius* in celebri illa *D. Agathæ* Panegyri apud *Carreram*, verbis illis. *Non equidem vereor ne non tu bon stas aures propbanis illarum incantamentis obturaueris, sed sine sanè gestio, si fas esset, in quasnam rerum Diuinarum meditationes, IPSOS TRIGINTA DIES NOCTESQVE sanctissimam mentem tuam defixeris?* Et paulo infra. *Tu vero cum IPSOS TRIGINTA DIES Virgo Purissima aduersus decem leænas in domestico lare in seruanda Deo*

fol. 28.

Deo Virginitate decentasses, multo integrior euadere meruisti. A

Idem sanè diuturnum triginta dierum in Aphrodisiæ domo martyrium habet *M. S. Codex SS. Saluatoris Messan.* cuius hæc verba, *Cum autem Catanam fuisset ingressa, à Præside iussa fuit matronæ cuidam tradi, cui nomen Aphrodisia, erantque ei nouem filiæ, ut Virginem INTRA TRIGINTA DIES verbis ac moribus deciperent, eiusque mentem corrumperent, ut tandem Dijs thura adolere persuaderent.*

Albo tandem lapillo rem, quam vrgemus, obsignant *Acta Praconsularia* Panormi asseruata (vt vel sic aduersus excogitatum *Metaphrastem* Panormitanorum patronum Acta Panormitana stare conuincamus) *Et iussit eam, Quintianus, cuidā matronæ tradi, nomine Aphrodisiæ, quæ habebat NOVEM FILIAS turpissimas, sicut erat mater earum. Hoc autem fecit vt PER TRIGINTA DIES blandirentur quotidie, & mutarent animum eius.* B

Horum censionem secutus est *Inueges* ipse verba hæc obuersans. *Hæc cum Filiabus per TRIGINTA DIES suadere nitebatur. Per lo longo spatio di TRENTA GIORNI, cioè da i 31. di Decembre dell'anno precedente 253. fino à 30. di Gennaro del presente 254. nel Palaggio della nobil meretrice Aphrodisia fù fortemente combattuta l'innocenza, & honestà della candidissima Virginella.* Non est igitur cur in hoc sugillando Metaphraste lapsu nostra desudet industria. C

EXCVRSVS X.

Octauus Metaphrastis excessus Prætoris Consiliariorum nomina permutantis redarguitur.

DEcet historicum (ne iure mendax notetur) vera, & quæ ab alijs memoriæ prodita sunt, enarrare, non cerebricosa & ex libito conficta interserere; *Qui enim ad rerum gestarum seriem de suo aliquid adijcit, mendacij nigrore totum Historiæ fidem decolorat*, & in vno delinquens factus est omnium reus. Græcus itaq; Scriptor iste in *Agathe* historia alias plura dissimulans, nonnulla pro libito edicens, pleraq; humanam fidem excedentia commiscens, tandem Prætoris consiliariorum nomina permutat, & quos Latina acta, Latini item Græciq; Scriptores *Siluinum & Falconium* appellant, mutatis, aut potius confictis nominibus, *Vulteium &* D

Theophi-

A *Theophilum* nominat. Sic enim ait apud Surium. *Cum hoc autem factum esset, eo in loco fuit repente terræmotus, & pars eius repentè humi cadens comprehendit socium Præsidis nomine Vulterium, & amicum eius nomine Theophilum, quorum consilio faciebat iniusta.*

Aduertit in Metaphraste mendum hoc *Petrus Ribadineyra*, illudq; notatu dignum censuit; dissimulauit tamen *Inueges fol.* 262. breuibus rem expediens. *Cadde parte del Palazzo di Quintiano & uccise i suoi due grandi Amici e Consiglieri, dalla Chiesa detti Siluinum & Falconium, intimos Prætoris familiares, e da Metaphraste nomati Vulteium & amicum eius Theophilum.* Nostrum ideò erit Græci Scriptoris erratum nedum
B notare, verùm & posteris exhibere; ex ijs enim alterum alteri facem præbens; Agathæ germanam Patriam (quod nostrum est assumptum) per inexcusabile mendum à *Metaphraste* Panormum assignatam ineuitabiliter prodet, euincetque.

Age iam producamus omnia Latina Acta planè incorrupta, vetustate item veneranda, *Romana, Mediolanensia, Syracusina, Catanensia*, adeoq; *Panormitana*, apud quæ hæc ipsa propemodum legere est verba. *Cum hoc fieret, subito locus, in quo corpus* B. Agathæ *volutabatur, commotus est; & pars*
C *parietis cecidit, & oppressit Consiliarium Iudicis nomine SILVINVM, & amicum eius nomine FALCONIVM, per quorum consilium perpetrabat scelera.*

In id ipsum conspirat *Græcum Passionatium Messanense* vel *Inueges* ipsi probatum fol. 262. cuius hęc verba. *Cum hæc crudelia ita fierent, illicò locus ille commotus fuit, & pars quædam cecidit, & interemit Quintiani socium SILVANVM, & PHALCONIVM amicum eius.*

Paria habet *M.S.Codex* apud Catan. Senatus Thesaurum asseruatus è Græco Latine redditus. *Cum autem hæc nefaria ibi fierent, locus ille repente contremuit, & pars illius corruens in*
D *terram, comprehendit Consiliarium Quintiani SILVANVM, & amicum eius PHALCONIVM, quorum consilio illa iniusta perpetrabat.*

Calculum deniq; adijcit *Breuiarium Romanum* germana hæc nomina, vt olim sic hodie iugiter seruans, legensque. *Quo tempore ingenti terræ motu Vrbs tota contremuit, ac duo parietes corruentes SILVINVM & FALCONIVM intimos Prætoris familiares oppresserunt.*

Meta-

Metaphrastem igitur, quem Sanctorum Martyrum tempora, Imperatorum nomina commutasse, Iudicum, aliorumq; Magistratuum nomina pro libito dedisse, Martyrum alterum pro altero, diuersæ in primis nationis, supposuisse, Vrbes, vbi inuicti Christi Athletæ certamen sustinuerant passionum, longe remotas à veris transtulisse grauissimi quique testantur Scriptores: quid ni in germana Agathæ Patria scribenda allucinatum fuisse omninò credamus? atque ad eum planè modum, quo ipse solus pro Siluino *Vulcium*, pro Falconio *Theophilum* subiecit, ita Panormum pro Catana ex libito supposuit. Quid ni Græcus homo in duorum dignitate, authoritate, consilio tandem præstantium virorum, nominibus, quæ facilè sciri ab omnibus poterant, notabiliter lapsus, in vna Patria consignanda, quæ non ita facilis scitu erat homini extero, & in remotis agenti, nullatenus errasse censeatur? aduersantibus præsertim per omnia secula omnesq; ætates Latinis, Græcisque Scriptoribus, Ecclesiasticis Breuiarijs, Cœlitus tandem indictis Oraculis vno *Metaphraste*, vt tempore, sic numero & auctoritate longè superioribus, eiq; præferendis, ille vnus veritatem attigisse sine falsi suspicione credatur?

EXCVRSVS XI.

Metaphrastes parum sibi constans modò Panormitanos, modò Catanenses Agathæ ciues agnoscit.

VRgent Panormitani, vel ex eo Panormum dici Agathę Patriam, quia Græcus Scriptor Panormitanos *Agathæ* ciues dixit, edixitq; sic enim habet apud Surium: *Ea autem, Agatha, proficiscente cum militibus, soluta est corrigia calceamenti, & cum posuisset pedem suum supra lapidem, id legauit. Deinde retro conuersa cum neminem vidisset eam sequentem ex CIVIBVS, qui eam deducebant, sed omnes eam reliquisse, & recessisse, magno dolore affecta orauit Dominum dicens &c.*

Atqui verba hæc longè diuersum habent sensum ab eo, quem Panormitani contendunt: non etenim voces illę, *Cum neminem sequentem vidisset ex Ciuibus, qui eam ducebant*, ad Agatham referuntur, quasi Panormitani ciues, qui *Agatham* deducebant, illius fuerint conciues, & conterranei, sed ad Panormitanos ciues inter se ipsos; cum etenim Panormitani ciues

A ciues Agatham primùm fuissent comitati, mox solam inter
lictorum manus de repente destituentes, inde profugerunt.
Germana siquidem apud Græcos Scriptores locutio expo-
stulat, vt cum Conciuis aliquis est dicendus, aliqua alia ad-
di oporteat omninò vox possessiua *Eius*, *Meus*, *Suus*, & simil.
quæ relationem indicet ad aliam personam, vel Regiones,
ad quas relatio terminatur: quòd si relatio quienit inter eos
de quibus sermo est institutus, nilue omnino additur voci,
nulla ex verbis illis deduci potest Patria, eademq; commu-
nis illis, qui Ciues dicuntur.

Exemplo prioris assumpti sint verba illa apud *S. Lucam, de* cap. 19.
B nobili viro illo, qui longe à patrio solo abierat in Regionem
longinquam, vt compararet sibi Regnum, sic enim habent
in Græco fonte latinè reddita. *Ciues autem eius oderant eum*.
Iterum cap. 15. hæc leguntur verba. *Abijt, & adhæsit vni ci-
uium regionis illius*. Paria legere est apud Platonem epist. 7.
Athenienses mei ciues. Et alibi. *Isocrates ciuis eius, & amicus*.
Ab eadem fuit mente *Plutarchus* de Herodoto scribens, *Ar-
temissam autem Herodoti ciuem*. Quin & *Scholiastes Sophoclis in
eius Oedipo Tyranno* sic ait. *Ciuis meus quidam est*.

Posterioris veritatis ænigma soluat *Oedipus* ipse, sic apud
C *Sophoclem* Thebanos alloquens. *At cuiusnam ciues? non qui-
dem ipsius Regis Oedipodis, qui sese alienigenam, Thebanaq; Re-
gionis aduentum oppido opinabatur, proculq; à terra patria reces-
sisse censebat, ne patrem occideret*. Vox igitur Ciues sine vlla
possessiua voce prolata certè ad Thebanos Regi ipsi præsen-
tes refertur. Tum *Plutarchus* veritati huic verus obsignat.
Opus erat ad bellũ pecunias pro facultatibus ciues conferre. Cum
igitur Græcus homo ciues absolutè dicat, nulla addita voce
possessiua *Eius &c.* quæ relationem præseferat ad personam,
de qua est sermo, consequens est vt illa verba ad Panormi-
tanos ciues referenda sint, non ad Agatham, vt malè sup-
D ponunt aduersarij.

At hic iterum fortasse vrgebit Aduersarius verba illa Aga-
thæ apud *Surium*, qui sic illam orantem inducit. *Domine om-
nipotens propter MEOS CIVES, qui non crediderunt ancilla tua*,
Sic ergo vox illa *Meos ciues* in nos intorquetur, nostroque
nos vrit acero. Verùm facilè molestiam purgo. Verba illa
Propter meos Ciues in primigenio exemplari non leguntur: ea
Lippomanus & Surius ex proprio addiderunt: Sic enim ibi le-
gere est. *Domine Deus omnipotens, propter eos, qui non crediderũt*

ancillæ tuæ, quæ decertatura est pro nomine tuo. Ipsum Codi- A
cem Græcum appello iustissimum *Lippomani & Surij* excel-
sus animaduersorem; habeo penes me illius exemplum à
Constantino Laschari viro in paucis erudito latinitati donatū
ab anno 1481. venerandam redolens vetustatem. Non men-
dicatos aut confictos adduco testes, haud precaria sisto testi-
monia, non extorta confingo auctoramenta; altè inclamo,
quia verè, vt semper: quam igitur fidem merentur *Lippo-
manus & Surius* in re adeo seria tam nobile confingentes
mendacium, quod veritatem posset obscurare, ni viuidus il-
lius splendor in lumen effulsisset? quid ergo ijs credam in re B
tam magni momenti vbi sinceritas desideratur, qui de suo
plura adijcientes, à germano historię tramite in diuersum a-
gunt, ac rapiuntur? Sapor igitur veritatis huius aquæ, qui
fortasse concederetur origini, cum per accidentia fuerit vi-
tiatus, riuulis abnegatur.

Sed valeant pro Panormo ambigua ista Græci Scriptoris
verba; stent pro Panormitanis dubiæ illæ voces, ac loquendi
formulæ (vide quantum demus aduersarijs) potiori iure va-
lebunt pro Catana, quæ Græcus idem Scriptor in eadem
subiungit narratione, & numero plura, & pondere firmio-
ra verba illa, si credimus Surio. *Adeò vt omnes ciues* Cata- C
nenses *concurrerint in Prætorium, & Præsidem valde perturba-
rint*. Pendat quæso diligens Lector quæ ad Panormitanos
spectant, quæue ad Catanenses attinent verba, & mecum
sentiet. Panormitani timide à satellitibus profugerunt: at
Catanenses viriliter fortiterq; fecerunt in Præsidem impe-
tum intra Prætorium. Panormitani non à militibus abacti,
sed sponte sua vnanimes in manibus militum solam dereli-
querunt Agatham: Strenui tamen Catanenses masculaque
præstantes virtute nil à circūmadstante sibi cohorte metu-
entes, eamdem à flammis vindicarunt. Illi dum sibi consu-
lant, nihil pensi habuerunt de cruciatibus Virgini inferen- D
dis. Isti nihil curarunt si quid mali accideret, dum Agatham
ab extremo supplicio subtraherent. Panormitani Agatham
tamquam ouem in luporum potestate dimiserunt abripien-
dam ac deuorandam: Catanenses nil de sua ipsorum salute
solliciti, inter furentium militum manus, inter Terræmotus
excidia, Prætoriani Palatij ruinas, quibus Siluinus & Falco-
nius misere oppressi iacebant, nequaquam conterriti, per-
sistunt vrgentes vt Agatha ab incendio eriperetur. Quod

A vnum, si vel cetera desint, euincit Catanenses fuisse esseq; genuinos Agathę ciues; quos ad hęc audenda non nisi patrius impulit amor, ciuilis in ciuem suam vrsit pietas, innata tandem in optimatem suam adegit beneuolentia.

Optimè ad rem, quam premimus, argumentum suppetere videtur *D. Hieronymus*, qui de muliere quadam, quę cum Vercellésis esset, & in vrbe patria innocens capitis damnata, (epist. 179. ad Innoc.) sic inquit. *Tandem ergo ad fœminam vindicandam populus armatur, omnis ætas, omnis sexus carnificem fugat, & cœtu in circulum coeunte, exclamat: non credit pene vnusquisq; quod videt, turbatur nuntio vrbs propinqua &c.*

B Paria scripsit *Metaphrastes* ipse de S. Eleutherio Episcopo & Mart. qui cũ Romę ortus fuisset ex patre tertiũ Vrbis Consule, & ex Illirico Romam adductus ad *Adrianum Imper.* ab eo ad ęneum ignitumq; grabatum damnatus est: cuius hęc verba. *Postquam autem hæc cito facta sunt, Martyr insiluit in grabatum, & totus in toto fuit extensus. Ciues verò id quod factum fuerat (omnes enim ferè conuenerant ad spectaculum) exprobrabant Imperatori crudelitatem: cur, dicentes, vir adeo clarus genereq; & sapientia insignis male perit, tamquam infamis quispiam?*

C Quòd si nobis objiciat quispiam, cur ad priores Agathæ quæstiones Equuleo extentæ ardentibusq; laminis ambustæ, cur ad abscissarum cruciatum mammillarum Catanenses ciues dissimulant solidò consistentes in se, ad extremum deniq; supplicium irruunt in Quintianum? aut ergo Catanenses Agathæ non sunt ciues, qui intempestiua in ciuem beneuolentia clypeum post vulnera sumunt, aut non de Agathe, sed de propria salute sollicit (terræmotus scil. perculsi periculo) seditionem excitant, & tumultum.

Sed audi: Priora illa tormenta Agathæ in locis ab arbitris longè remotis infli.ta sunt, vbi quid de Agatha factitaretur Catanensis populus scire omninò non oportuit: D testantur hoc SS. *MM. Acta*, in quibus sæpenumero Equuleum, Fidiculas, Laminas, cęteraque huius generis tormenta priuatim adhibita, secures verò ac incendia publicè exhibita legere cuique facile erit & promptum: id quod apud Romanos Magistratus, imò & nostros etiamnum viget, in moreq; positum obseruamus, vt nonnihil fieret discriminis inter prima ac postrema supplicia. Supremus igitur de Agatha cruciatus in loco publico sumptus, crudele illud Incen-

dij ſpectaculum apud Catanenſe Theatrum (cuius ruinę ac rudera rem omnem obſignant) Catanenſium animos permouit, vt pro Conciuis ſalute in Prætorem inſurgerent, illamque è fati faucibus eriperent. A

EXCVRSVS XII.

Nonum Græci Scriptoris piaculum expenditur, qui in D. Agathæ Patria aſſerenda varius, ſibiq; parum conſtans videtur.

PRodeat iam in lucem quod de Agathæ Patria Gręcus iſte Scriptor, parum ſibi conſtans, edixit: vbi enim in ipſo Diuę Agathę vitę initio Agatham Panormitanam (ita dicunt Aduerſarij) ſubindicaſſe viſus eſt, ſub finem poſtea, ſeipſum explicans haud obſcurè, Diuino percitus conſilio, vt credere par eſt, Catanam *Agathæ* natalem patriam expreſſit. Verſans ſiquidem Marmoreę Tabellę Angelorum miniſterio ad Agathę funus cohoneſtandum delatę, verba illa. *Mens Sancta, Spontanea, Honor in Deum, & Patria liberatio*, ſic ait. *Vt autem incommutabile eſſet verbum, quippe Angelus erat, qui Tabulam poſuit in ſepulchro Martyris, apparuit, impleto anno ſecundum diem eius conſummationis. Mons autem Ætna ignem eructauit, & tamquam fluuius valde mugiens ſic deſcendit, lapides diſſoluens tanquam ceram, à Montis vertice combuſturus, & perditurus vniuerſam Catanenſium Ciuitatem. Qui autem circam Montem habitabant, quamuis eſſent Gentiles, ad Martyris Templum magno impetu feſtinarunt, & auferentes amictum, quod erat Sepulchro circumfuſum, ex aduerſo ignis extenderunt. Diuina autem prouidentia protinus & confeſtim ille ignis ſulphureus eſt repreſſus*. Ita Auctor iſte. B C

Pende igitur voces illas, *Vt incommutabile eſſet verbum*, & illicò ſenties promiſſionem de *Patriæ Liberatione* in Angelica Tabella exſcriptam, reuoluto iam anno à Virginis Martyrio, per illas adimpleram. Miraculo igitur ad Diuinam prouidentiam in Angelica Tabella deſcriptam adglutinato per Gręcum Scriptorem, innegabiliter apparet Catanam vrbem Agathę Patriam ab eodem agnoſci, ſcriptoque comprobari. D

Age iam: Agathę meritis malorum redemptio ac liberatio ex Cœleſti tabula eius Patrię fuit repromiſſa; atqui per Gre-

A Græcum Scriptorem sola Catanensium vrbs asseritur fuisse ex cœlesti sponsione ab Ætneo incendio liberata: sit igitur vt Catana sola D. *Agathæ* Patria debeat agnosci ab eodem Scriptore, non verò Panormus, quam apud neminem antiquorum nuperorumque Scriptorum inuenies incolumem Agathę meritis seruatam: cui tamen suę malorum Iliades non defuerunt; id quod pluribus innuebam superiùs cap. 8. fol. 43.

Accedat prędictis, si Panormum Agathę patriam verè adstrueret putaretque *Metaphrastes*, certe de Panormo ab aliqua malorum clade liberata meminisse debuerat haud quaquam de Catana: cum itaque secus scripserit, secus censuisse dicendus est.

B Iuuat etiam ad Panormum Agathę patriam infirmandam id, quod *Metaphrastes* scripsit referens verba militum cum Virgine colloquentium, apud Surium. *Exijt aduersus te decretum à Cæsare, & Præside, quoniam Dijs non sacrificas, qui honorantur ab Imperatore, neq; eos colis ritu patrio. Nunc ergo saltem pollicere te Dijs esse sacrificaturam, vt cum omni honore & gloria te adducamus ad Præsidem Quintianum.* Primò n hic quærendum venit, quinam fuerint Dij, quos honorabat Imperator Decius, quibus Agatha non sacrificabat? An ij qui Panormi extabant? non equidem, nisi diuinare delectet: Catanæ autem extitisse Deos illos, & Idolum, quod Decius Cæsar impiè colebat, testantur perbellè S. *Leonis Thaumaturgi* Catan. Episcopi Acta (floruit Sanctus iste Præsul anno sal. 778.) in quibus hæc ad rem, quam vrgemus, legere est. *Sed neq; illud sub silentio legatur, quod mirabiliter gestum est à B. Leone: precibus quippe suis ac lacrymis detestandum Idolum, quod impius Decius colebat (eratq, in eo, quod olim quidem Gentilium Delubrum, nunc verò venerabile Fanum est Sanctorum Martyrum quadraginta) minimo negotio disturbauit, eiusque loco viuificam ac salutarem Crucem imposuit.* Cur autem Decius impijssimus Cæsar suum Catanam Idolum miserit illud in causa fuisse reor, quia Vrbs hæc id temporis Celeberrima præ cæteris audiebat, & reliquarum Metropolis, ac Prætorum Sedes, vbi Romani Proconsules ius dicere cōsueuerant, ac morari: id quod in *Catan. Decach.* pluribus euincebam.

C D Tum, si Panormus Patria erat Agathæ, quid est quod satellites dixerunt Agathæ, *Neq; Deos colis ritu patrio.* Numquid

quid curæ erat Præſidi dare iura colendi Deos ritu patrio A
in Ciuitatibus liberis, qualis erat Panormus? numquid Pa-
normitanos, quibus ius faſque erat vt ſuis viuerent legibus,
in quos item ius dicere Romanis magiſtratibus non licebat,
(erat Panormus vna ex quinque Siciliæ Ciuitatibus liberæ,
ſi credimus *M. Tullio in Verrem lib. 3. act. 4.* hæc inquienti:
*Quinque præterea Ciuitates ſine fœdere immunes, ac liberæ, Cen-
turipina, Haleſina, Segeſtana, Halicienſis, Panormitana*) ſuis
ritibus adſtringere contendebat Quintianus? minimè ſane.

Ad Hæc: vrgebant ſatellites Agatham, vt *ſaltem pollicere-
tur ſe Dijs ſacrificaturam ritu patrio, vt cum omni honore & glo-* B
ria ad Quintianum deduceretur. Verba hæc, vel me tacente,
ius important, ac poteſtatem, quam in *Agatham* habebat
Quintianus, vt eam ad Dijs ritu patrio, & quidem Cata-
nenſi ſacrificandum adigeret. Catana namque Romano
tunc ſubiacebat Imperio, non autem Panormus, vt item A-
thenæ, aliæq; liberæ Ciuitates, vbi penè nullos inuenire eſt
Martyres ſub illa temporum ſpatia, quibus Romani Cæſa-
res Chriſti Eccleſiam perſecutionibus infeſtabant.

Fit ergo ex dictis, vt Græcus ſcriptor in Agathę Patria de-
cernenda parùm ſibi cohæreat, & qui initiò Panormum
edixerat, illico veritate compulſus Catanā in fine ſubiungat, C
ac contra id quod ſuperiùs ſcripſerat, inferiùs Palinodiam
canat. Vel certe duas *Agathæ* Patrias deſcribat, alteram Na-
turæ Catanam, alteram Ciuitatis Panormum: ad eum pla-
nè modum quo ſcripſerat *Tullius lib. 2. de Legibus: Ego, inquit,
omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias, vnam naturæ, al-
teram Ciuitatis: Vt Cato, cùm eſſet Tuſculi natus, in Populi Ro-
mani Ciuitatem ſuſceptus eſt*; ita cùm ortu Tuſculanus eſſet,
Ciuitate Romanus, habuit alteram loci Patriam, alteram
Iuris. Et paulò poſt. *Sic nos & eam Patriam dicimus ubi nati,
& illam qua excepti ſumus.*

Nec dicas ſpecioſum hoc corollarium in nos ipſos appo- D
ſitiſſime retorqueri, quòd imò Catana Agathæ patria ſit iu-
ris, in qua excepta eſt virgo, è contra Panormus naturæ ſit
patria, ex qua orta eſt. Ne inquam id dixeris, qui enim fie-
ri potuit, vt Panormus naturæ ſit patria, quando nemo vn-
quam Scriptorum id affirmare auſus eſt, ſi Græcum iſtum
Anonymum *Metaphraſtis* nomine perſonatum excipias? è
contra verò Agatham Catanæ ortam innumeri ſunt Aucto-
res antiqui ac nuperi, teſtantur Græci, ac Latini, ſubſignant

A Itali, Hiſpani, Galli, Britanni, ſubſcribunt denique cęterarum nationum Europęi?

EXCVRSVS XIII.

Decimus pręfati Scriptoris lapſus, qui ad B. Agathę facultates inuadendas Panormum verſus profectum aſſerit Quintianum.

ILle idem *Metaphraſtes* in conſignanda Agathę Patria parùm ſibi conſtans, Quintianum ad eiuſdem Diuę Virgi-
B nis facultates inuadendas anhelantem maturaſſe veri indiligens ſubiungit apud Surium. *Cum autem audiſſet Quintianus hinc exceſſiſſe Sanctam Martyrem, ad inuadenda eius bona contendebat; accepta verò ſecum vniuerſa coborte properabat ire Panormum.*

His conſona apud Gręcum Codicem Vaticanum, ex *Valguarnera* teſtatur *Inueges fol. 263.* hęc inquiens. *Il Valguarnera ne' ſuoi M. SS. delle coſe di S. Agatha, hoggi conſeruati nel Collegg:o di Palermo atteſta, che ciò anche afferma l'antichiſſimo Codice Greco Vaticano, le cui parole ſono. Quintianus poſt occiſam Virginem Panormum verſus, vt illius bonis domoq; paterna poti-*
C *retur, iter arripuit.*

Hęc inquam narratio mirum quantùm à vero deuiat in falſo certiſſima; non etenim vt *Agatha* bona diriperet, inuaderetque, ſed vt ſibi ipſi conſuleret, imminentiſque necis periculum euitaret, fugam inijt *Quintianus*: ſic enim aiunt *Acta Latina*, ſic *Breuiarium Gallicanum*, cuius hęc verba. *Sed* In officio
& omnis Ciuitas exagitata eſt, & dum ciues currerent tumul- D. Aga-
tuantes ad Quintianum, ipſe iuſſit eam in carcerem trudi, & AV- tha
FVGIT.

Ab eadem fuit mente *Petrus de Natalibus*, ita ſcribens. *Tũc* Cat. San.
Conſularis terramotum metuens, & populi ſeditionem non ferens, lib. 3.
D *per Poſterculam aufugit.* Paria quoque ſcripſit *S. Methodius in* cap. 84.
ſua Panegyri de D. Agatha apud Carreram, verbis illis. *Tumultuarunt quidem ciues eius aduerſus Quintianum, cumq; in fugam* lib. 1. fol.
verterunt. Ita Methodius conficto ab *Inueges* Gręco Codici 33.
incomparabiliter antehabendus.

Acta tandem Panormitana (vt domeſticis telis aduerſarios confodiamus) ſic habent. *Denique omnes Ciues cucurrerunt ad Secretarium Iudicis, & cęperunt nimio tumultu agi-*

tari,

tari, quod Sancta Dei famula **Agatha** *impijs cruciatibus agere-tur, ideoq; omnes periculum sustinerent: Tunc Quintianus fugit,* A
quia ex vno latere eum terramotus vrgebat, & ex alio seditionem populi formidabat: iussit eam in carcerem recipi: ipse autem ad posteriora Secretarij sui fugiens populum in ianuis dereliquit.

Quid igitur causę est, vt Scriptores ad vnum omnes Gręco isto longe antiquiores, omnia Actorum exemplaria, etiam Panormitana, Quintianum ad *Agathę* facultates ęrario inferendas anhelasse non dicunt? ad eius item consanguineos Panormi degentes perdendos Panormum maturasse silentio pretereunt? Græcus igitur de penu sua verba illa B
Properabat ire Panormum adiecit, vltroneus scripsit.

Nec desunt rationum momenta innegabiliter idipsum euincentia. Quid enim tam concita properatione opus est? numquid Panormitani S. Virginis facultates illico vsurpare, aut diripere contendebant? numquid Panormitanorum gens adeo rapax, alienarum fortunarum inuolatrix apud *Metaphrastem* audierat, vt in eos de peculatus crimine iure fuisset inquirendum? Tum, quid opus erat presenti Romani Proconsulis maiestate apud Panormitanos, qui lictoribus ad prehendendã Agatham abducendamq; abs se iam pridem missis obstare minime ausi sunt, aut contraire? Iam quis fa- C
cile credat Quintianum (quem delicijs obnoxium multo magis fecerat Imperium) in summa vi frigorum, intempesta hyeme, nec itineris longitudine viarumq, asperitate deterritum, nec celi inclementia retardatum, Panormum vsq; maturare voluisse, & quod per alios magistratus obire quã facillime poterat, per se ipsum prestare voluisse? Deerant ne Questores Aerarij ad id muneris exequendum exercitatissimi? An idem ipse Quintianus, qui Agatham impensius concupiscens ad illius animum honeste demulcendum, eius item nuptias legitime expetendas, Panormum minime maturauit, simul potiturus diuitijs, mox illuc ad has vnas in- D
uadendas festinauerit? An qui audacię, impietatis, libidinum, in omne tandem flagitij genus complures habebat satellites, ac ministros, eidem nullus latrocinij administer suppeteret.

Nec me deturbat *D. Antonini* censio, quam exscribit Inueges fol. 226. *Quintianus pergens ad inquirendum Possessiones eius vt raperet*. Et multo minus quę scripsit *Bellouacensis* apud laudatum Inueges. *Quintianus pergens inuestigare diuitias eius.*

Ado

A Ado item Treuerensis Episcopus apud eundem Inueges. *fol.* 185.
Quintianus Tyrannus Siciliæ Prætor cæsa Virgine cum suo satellitio, ac reliquis, ad omnem Parentelam peruestigandam, & occidendam cum bonis omnibus occupandis conscensis equis maturauit. Auctores siquidem isti ad inuestigandas Agathæ facultates Quintianum perrexisse dicunt, Panormum vero maturasse, aut eò versus iter arripuisse (quod aduersarijs esset probandum) non dicunt: nec si dixissent, verum putamus.

Sed iam Quintianus Agathæ facultates inuestigaturus, eius item consanguineos prehensurus Catana abscesserit, non ideo Panormum vrbem 120.circiter passuum millia distantem festinabat: eius siquidem cæpta via, rectàque
B peracta, continenter spatio decem milliarium omnimò ducit Syracusas, vel Megaram, vel Hyblam, aut vrbem Leontinorum, non autem Panormum. Scapha siquidem, ex qua Quintianus in flumen Symethum deiectus demersusq; impietatis suæ pœnas dedit, proxima erat eius oræ maritimæ Orientali, vbi etiam num viget, persistitque nomen *Scapha D. Agathæ*, tum quòd campis, ac latifundijs Diuæ Virginis hæreditarijs, quæue ad eius peculiare patrimonium spectabant (vt constans à maioribus nostris ad nos vsque deducta traditio contestatur) hinc atque hinc adlabatur; tum quòd
C Sanctæ Martyris necem, Deo ita permittente, vindicarit, impio Præside ibidem suffocato, & à profluente ad mare Ionium abrepto. Per hanc autem ad proxima oppida *Leontinorum*, *Megarensium*, *ac Syracusanorum* transitus est frequentissimus ac traiectus, nullus vero Panormum versus iter agentibus. Notius id est, quam vt in hoc comprobando diutius insistam. Quotquot præsentes Siciliam pedibus calcarunt, quotquot eam oculis saltem lustrarunt, testes compello veritatis istius assertores.

Et vt omnis à legentium animis scrupulus abigatur, eorum, quæ ad rem nostram faciunt, Chorographiam, rudi
D quamuis minerua, delineabo. Catana Vrbs in Sicilia ad Æquinoctium orientale sita est, rectaque Subsolanum respiciens, à proximo abluitur mari: cuius vrbis si ratio habeatur ea respicit Vrbem Panormum spatio 120. milliar. dissitam, qua Sol penè occidit ipso æstiuo Solstitio, vnde etiam Cauros ventos (qui ab occasu flant, vulgò Vento maestro) excipit. Fauces verò Symethi siue Psemithi fluminis, propè quas illud traijciebat Quintianus, oppositæ sunt Catanæ,

O atq;

atq; ad hanc inde Euronotum (vulgo Ostro Sirocco) vel Vulturnũ (alias Sirocco) stant. Quanã igitur ratione Quintianus peregrè profecturus ad Panormum Cauros versus, A
rectà contendisset ad Euronotum, vel Vulturnum, qui ex diametro Cauris est oppositus? vt ex rudi hac Siciliæ delineatione, ventisque illius lateribus respondentibus cernas licet. Hanc ergo Chorographiam si præ oculis habuisset Graecus Scriptor, vel tabulas *Ptolomei* volantibus oculis inspexisset, non vtiq; de suo adiecisset verba illa, *Properabat vt Panormum*, sed Latinis Actis conformis scripsisset. *Tunc Quintianus arripuit iter cum officio ad inuestigandas facultates eius, & vt teneret omnes de parentela illius.*

Recte vero Quintianus ad inuestigandas *Agathe* facultates Psemithum traijcere parabat, cum prope flumen sitas B
adiacentesque illas fuisse costans adhuc fama est: quin a flumine ad vrbem vsq; Leontinorum Agathæ latifundia fines extendisse testatur *Petrus Panonus* in *D. Agathæ Martyrio*, quod Siculo Rythmo descripsit. Nec videtur abnuere *Inuges* fol. 225. qui & carmina illa transcribit.

Li feghi, & terri dila Virginetta,
Chi n'happi frati, soru, ne cuscini,
Stindianu d'vndi è hoij la giarretta,
Per fina alli tirreni di Lintini.

Celebre pre cæteris memoratur latifundium Bombycinũ, C
prope Psimetum aliaque S. *Agathe* prædia etiam num nomenclatione insignita: id quod ante nos obseruasse visus est non semel à nobis laudatus *Colnagus* apud *Carrer. fol.* 136. cuius hæc verba. *Tertiò quòd ad bona D. Agathæ confiscanda dixerimus, apud nos decimo quarto ferè ab vrbe milliario eius Agrum, bodie Bonuicinum nuncupatum, à nostris palam ostendi. Ita Colnagus.* Bombycinum inquam, *siue Ericinium, vbi Arx est* Bricinnia, de qua sic Thucydides lib. 6. *Postea vero nonnulli* (idest ciues Leontini) *eorum displicente sibi facto, relictis Syracusis, locum quendam in Leontinorum vrbe, nomine Phoceas occupant, & item Arcem in Leontino agro validam nomine Bricinnias.* D

In hac igitur Arce, tutissimo veluti præsidio, sese recepisse *Agathe* consanguineos Præsidis iussu extorres factos, quando Virginis causa quæstioq; habebatur, credere par est; eò namq; Leontinos ciues, relictis *Syracusis* præsidij causa commigrasse superius ex *Thucydide* dicebam: eò vel maxime,

quia

A quia proximum Arci huic adiacebat antiquum illud oppidum Panormus, de quo inferiùs ex industria sermo redibit.

Quòd si scriptiunculis nostris fidem quis renuat implicare, implicabit sat scio peruetustis tabulis *Itinerarij Prouinciæ Siciliæ ab Antonino Augusto* multò ante digestis, si credimus *Andreæ Schoto*, vt vel sic Duces, Milites, Proconsules, Prætores tandem iter facturi à semita nequaquam aberrarent, neue in insidias per deuia inciderent. Implicabit certè antiquis item Tabulis, quas appositissimè descripsit *Philippus Cluuerius in sua Antiqua Sicilia*, apud quas facile reperies quàm oppositum sit iter Catana Panormum versùs per Psemithum flumen: è contra verò quàm appositum sit à Catana Syracusas, Leontinum, Megaram &c. adeuntibus Psemithi fluminis ostium traiectumque transmittere. Hisce igitur innegabilibus argumentis, discriminatis item rebus, Oppidis tandem, Vrbibus propriæ sedi consignatis, precaria omninò redditur Græci Scriptoris assertio. *lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 3.*

B

Demus tandem quod *Metaphrastes* solus affirmat: ire cœperit Panormum Quintianus Agathæ facultates occupaturus; An hinc consequens est, vt Agatha orta sit Panormi? nemo vnquam sani capitis id dixerit: exploratissimum est apud antiquos nuperosque Scriptores, nobilissimas quasque gentium Familias apud longe dissitas Vrbes, Agros, Villas, latifundia possidere: nemo tamen dixerit Gentiles illos ciues dici Vrbium, in quibus prædia detinent. Nec ideo S. Gregorius Magnus in Sicilia natus dicendus est, quia multa huiusmodi in Sicilia sparsim habebat latifundia.

C

EXCVRSVS XIIII.

Vndecimum Scriptoris istius erratum, Quintiani corpus sua ipsius ætate nondum adinuentum asserentis, exploditur.

D

NObilissimum præ cæteris, quibus Græci istius Scriptoris de Agatha conspersa legitur Historia, apud cordatos viros audijt mendum illud, quod ad calcem irrepsit. *Et cum quæsiissent corpus eius, Quintiani, non fuit inuentum vsque in hodiernum diem*. Sic igitur Prætoris cadauer, quod iusto Dei iudicio in Symethi fluenta præceps submersum legitur anno 253. *Metaphrastis* ætate diligentissime conquisitum reperire facile non fuit. O 2 Hic

atq; ad hanc inde Euronotum (vulgo Ostro Sirecco) vel A
Vulturnũ (alias Sirocco) stant. Quanã igitur ratione Quin-
tianus peregrè profecturus ad Panormum Cauros versus,
rectà contendisset ad Euronotum, vel Vulturnum, qui ex
diametro Cauris est oppositus? vt ex rudi hac *Siciliæ* deli-
neatione, ventisque illius lateribus respondentibus cernas li-
cet. Hanc ergo Chorographiam si præ oculis habuisset Græ-
cus Scriptor, vel tabulas *Ptolomæi* volantibus oculis inspexis-
set, non vtiq; de suo adiecisset verba illa, *Properabat ire Pa-
normum*, sed Latinis Actis conformis scripsisset. *Tunc Quin-
tianus arripuit iter cum officio ad inuestigandas facultates eius,* B
& vt teneret omnes de parentela illius.

Recte vero Quintianus ad inuestigandas *Agathæ* faculta-
tes Psemithum traijcere parabat, cum prope flumen sitas
adiacentesque illas fuisse costans adhuc fama est: quin a flu-
mine ad vrbem vsq; Leontinorum Agathæ latifundia fines
extendisse testatur *Petrus Pauonus* in D. Agathæ Martyrio,
quod Siculo Rythmo descripsit. Nec videtur abnuere *Inue-
ges* fol. 225. qui & carmina illa transcribit.

Li feghi, & terri dila Virginetta,
Chi n'happi frati, soru, ne cuscini,
Stindianu d'vndi è hoij la giarretta, C
Per fina alli tirreni di Lintini.

Celebre præ cæteris memoratur latifundium Bombycinũ,
prope Psimetum aliaque S. *Agathæ* prædia etiam num no-
menclatione insignita: id quod ante nos obseruasse visus est
non semel à nobis laudatus *Colnagus* apud *Carrer. fol.* 136.
cuius hæc verba. *Tertiò quòd ad bona D. Agathæ confiscanda,*
diximus, apud nos decimo quarto ferè ab vrbe milliario eius A-
grum, hodie Bonnicinum nuncupatum, à nostris palam ostendi.
Ita Colnagus. Bombycinum inquam, *siue Ericinium, vbi arx*
est Bricinnia, de qua sic Thucydides lib. 6. *Postea vero non-* D
nulli (idest ciues Leontini) *eorum displicente sibi facto, reli-*
ctis Syracusis, locum quendam in Leontinorum vrbe, nomine Pho-
ceas occupant, & item Arcem in Leontino agro validam nomine
Bricinnias.

In hac igitur Arce, tutissimo veluti præsidio, sese recepis-
se *Agathæ* consanguineos Præsidis iussu extorres factos, quã-
do Virginis causa quæstioq; habebatur, credere par est: eò
namq; Leontinos ciues, relictis *Syracusis* præsidij causa com-
migrasse superius ex *Thucydide* dicebam: eò vel maxime,
quia

A quia proximum Arci huic adiacebat antiquum illud oppidum Panormus, de quo inferiùs ex industria sermo redibit.

Quòd si scriptiunculis nostris fidem quis renuat implicare, implicabit sat scio peruetustis tabulis *Itinerarij Prouinciæ Siciliæ ab Antonino Augusto* multò ante digestis, si credimus *Andreæ Schoto*, vt vel sic Duces, Milites, Proconsules, Prætores tandem iter facturi à semita nequaquam aberrarent, neue in insidias per deuia inciderent. Implicabit certè antiquis item Tabulis, quas appositissimè descripsit *Philippus Cluuerius in sua Antiqua Sicilia*, apud quas facilè reperies quàm oppositum sit iter Catana Panormum versùs per Pisemithum flumen: è contra verò quàm appositum sit à Catana Syracusas, Leontinum, Megaram &c. adeuntibus Pisemithi fluminis ostium traiectumque transmittere. Hisce igitur innegabilibus argumentis, discriminatis item rebus, Oppidis tandem, Vrbibus propriæ sedi consignatis, precaria omninò redditur Græci Scriptoris assertio. *lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 3.*

B

Demus tandem quod *Metaphrastes* solus affirmat: ite cœperit Panormum Quintianus Agathæ facultates occupaturus; An hinc consequens est, vt Agatha orta sit Panormi? nemo vnquam sani capitis id dixerit: exploratissimum est apud antiquos nuperosque Scriptores, nobilissimas quasque gentium Familias apud longe dissitas Vrbes, Agros, Villas, latifundia possidere: nemo tamen dixerit Gentiles illos ciues dici Vrbium, in quibus prædia detinent. Nec ideo S. Gregorius Magnus in Sicilia natus dicendus est, quia multa huiusmodi in Sicilia sparsim habebat latifundia.

C

EXCVRSVS XIIII.

Vndecimum Scriptoris istius erratum, Quintiani corpus sua ipsius ætate nondum adinuentum asserentis, exploditur.

D

Nobilissimum præ cæteris, quibus Græci istius Scriptoris de Agatha conspersa legitur Historia, apud cordatos viros audijt mendum illud, quod ad calcem irrepsit. *Et cum quæsissent corpus eius*, Quintiani, *non fuit inuentum vsque in hodiernum diem*. Sic igitur Prætoris cadauer, quod iusto Dei iudicio in Symethi fluenta præceps submersum legitur anno 253. *Metaphrastis* ætate diligentissime conquisitum reperire facile non fuit.

 Hic

Metaphrastem igitur, quem Sanctorum Martyrum tempora, Imperatorum nomina commutasse, Iudicum, aliorumq; Magistratuum nomina pro libito dedisse, Martyrum alterum pro altero, diuersæ in primis nationis, supposuisse, Vrbes, vbi inuicti Christi Athletæ certamen sustinuerant passionum, longe remotas à veris transtulisse grauissimi quique testantur Scriptores: quid ni in germana Agathæ Patria scribenda allucinatum fuisse omninò credamus? atque ad eum planè modum, quo ipse solus pro Siluino *Vulteium*, pro Falconio *Theophilum* subiecit, ita Panormum pro Catana ex libito supposuit. Quid ni Græcus homo in duorum dignitate, authoritate, consilio tandem præstantium virorum, nominibus, quæ facilè sciri ab omnibus poterant, notabiliter lapsus, in vna Patria consignanda, quæ non ita facilis scitu erat homini extero, & in remotis agenti, nullatenus errasse censeatur? aduersantibus præsertim per omnia secula omnesq; ætates Latinis, Græcisque Scriptoribus, Ecclesiasticis Breuiarijs, Cœlitus tandem inditis Oraculis vno *Metaphraste*, vt tempore, sic numero & auctoritate longe superioribus eiq; præferendis, ille vnus veritatem attigisse sine falsi suspicione credatur?

EXCVRSVS XI.

Metaphrastes parum sibi constans modò Panormitanos, modò Catanenses Agathæ ciues agnoscit.

VRgent Panormitani, vel ex eo Panormum dici Agathę Patriam, quia Græcus Scriptor Panormitanos *Agathæ* ciues dixit, edixitq; sic enim habet apud Surium: *Ea autem, Agatha, proficiscente cum militibus, soluta est corrigia calceamenti, & cum posuisset pedem suum supra lapidem, id ligauit. Deinde retro conuersa cum neminem vidisset eam sequentem ex CIVIBVS, qui eam deducebant, sed omnes eam reliquisse, & recessisse, magno dolore affecta orauit Dominum dicens &c.*

Atqui verba hæc longè diuersum habent sensum ab eo, quem Panormitani contendunt: non etenim voces illę, *Cum neminem sequentem vidisset ex Ciuibus, qui eam ducebant*, ad Agatham referuntur, quasi Panormitani ciues, qui *Agatham* deducebant, illius fuerint conciues, & conterranei, sed ad Panormitanos ciues inter se ipsos, cum etenim Panormitani ciues

A Ciues Agatham primùm fuissent comitati, mox solam inter lictorum manus de repente destituentes, inde profugerunt. Germana siquidem apud Græcos Scriptores locutio expostulat, vt cum Conciuis aliquis est dicendus, aliqua alia addi oporteat omninò vox possessiua *Eius*, *Meus*, *Suus*, & simil. quæ relationem indicet ad aliam personam, vel Regiones, ad quas relatio terminatur: quòd si relatio quieuit inter eos de quibus sermo est institutus, nihil omnino additur voci, nulla ex verbis illis deduci potest Patria, eademq; communis illis, qui Ciues dicuntur.

B Exemplo prioris assumpti sint verba illa apud *S. Lucam, de* nobili viro illo, qui longè à patrio solo abierat in Regionem longinquam, vt compararet sibi Regnum, sic enim habent in Græco fonte latinè reddita. *Ciues autem eius oderant eum*, Iterum cap. 15. hæc leguntur verba. *Abijt, & adhæsit vni ciuium regionis illius*. Paria legere est apud Platonem epist. 7. *Athenienses mei ciues*. Et alibi. *Isocrates ciuis eius, & amicus*. Ab eadem fuit mente *Plutarchus* de Herodoto scribens, *Artemissam autem Herodoti ciuem*. Quin & *Scholiastes Sophoclis in eius Oedipo Tyranno* sic ait. *Ciuis meus quidam est*. cap. 19.

C Posterioris veritatis ænigma soluat *Oedipus* ipse, sic apud *Sophoclem* Thebanos alloquens: *At cuiusnam ciues! non quidem ipsius Regis Oedipodis, qui sese alienigenam, Thebanaq; Regionis aduentum oppido opinabatur, proculq; à terra patria recessisse censebat, ne patrem occideret*. Vox igitur Ciues sine vlla possessiua voce prolata certè ad Thebanos Regi ipsi præsentes refertur. Tum *Plutarchus* veritati huic verus obsignat. *Opus erat ad belli pecunias pro facultatibus ciues conferre*. Cum igitur Græcus homo ciues absolutè dicat, nulla addita voce possessiua *Eius &c.* quæ relationem præseferat ad personam, de qua est sermo, consequens est vt illa verba ad Panormitanos ciues referenda sint, non ad Agatham, vt malè supponunt aduersarij.

D At hic iterum fortasse vrgebit Aduersarius verba illa Agathæ apud *Surium*, qui sic illam orantem inducit. *Domine omnipotens propter MEOS CIVES, qui non crediderant ancilla tua*, Sic ergo vox illa *Meos ciues* in nos intorquetur, nostroque nos vrit acero. Verùm facilè molestiam purgo. Verba illa *Propter meos Ciues* in primigenio exemplari non leguntur: ea *Lipponanus & Surius* ex proprio addiderunt: Sic enim ibi legere est. *Domine Deus omnipotens, propter eos, qui non crediderūt*

ancillæ tuæ, quæ decertatura est pro nomine tuo. Ipsum Codi- A
cem Græcum appello iustissimum *Lippomani & Surij* excel-
sus animaduersorem; habeo penes me illius exemplum à
Constantino Laschari viro in paucis erudito latinitati donatū
ab anno 1481. venerandam redolens vetustatem. Non men-
dicatos aut confictos adduco testes, haud precaria sisto testi-
monia, non extorta confingo auctoramenta; altè inclamo,
quia verè, vt semper: quam igitur fidem merentur *Lippo-
manus & Surius* in re adeo seria tam nobile confingentes
mendacium, quod veritatem posset obscurare, ni viuidus il-
lius splendor in lumen effulsisset? quid ergo ijs credam in re B
tam magni momenti vbi sinceritas desideratur, qui de suo
plura adijcientes, à germano historię tramite in diuersum a-
gunt, ac rapiuntur? Sapor igitur veritatis huius aquæ, qui
fortasse concederetur origini, cum per accidentia fuerit vi-
tiatus, riuulis abnegatur.

Sed valeant pro Panormo ambigua ista Græci Scriptoris
verba; stent pro Panormitanis dubiæ illæ voces, ac loquendi
formulæ (vide quantum demus aduersarijs) potiori iure va-
lebunt pro Catana, quæ Græcus idem Scriptor in eadem
subiungit narratione, & numero plura, & pondere firmio-
ra verba illa, si credimus Surio. *Adeò vt omnes ciues* Cata- C
nenses *concurrerint in Prætorium, & Præsidem valde perturba-
rint*. Pendat quæso diligens Lector quæ ad Panormitanos
spectant, quæue ad Catanenses attinent verba, & mecum
sentiet. Panormitani timide à satellitibus profugerunt: at
Catanenses viriliter fortiterq; fecerunt in Præsidem impe-
tum intra Prætorium. Panormitani non à militibus abacti,
sed sponte sua vnanimes in manibus militum solam dereli-
querunt Agatham: Strenui tamen Catanenses masculaque
præstantes virtute nil à circūmadstante sibi cohorte metu-
entes, eamdem à flammis vindicarunt. Illi dum sibi consu- D
lant, nihil pensi habuerunt de cruciatibus Virgini inferen-
dis. Isti nihil curarunt si quid mali accideret, dum Agatham
ab extremo supplicio subtraherent. Panormitani Agatham
tamquam ouem in luporum potestate dimiserunt abripien-
dam ac deuorandam: Catanenses nil de sua ipsorum salute
solliciti, inter furentium militum manus, inter Terræmotus
excidia, Prætoriani Palatij ruinas, quibus Siluinus & Falco-
nius misere oppressi iacebant, nequaquam conterriti, per-
sistunt vrgentes vt Agatha ab incendio eriperetur. Quod

A vnum, si vel cetera desint, euincit Catanenses fuisse esseq;
genuinos Agathę ciues; quos ad hęc audenda non nisi pa-
trius impulit amor, ciuilis in ciuem suam vrsit pietas, inna-
ta tandem in optimatem suam adegit beneuolentia.

Optimè ad rem, quam premimus, argumentum suppe-
tere videtur *D. Hieronymus*, qui de muliere quadam, quę cum epist.
Vercellēsis esset, & in vrbe patria innocens capitis damnata, 179. ad
sic inquit. *Tandem ergo ad fœminam vindicandam populus ar-* Innoc.
*matur, omnis ætas, omnis sexus carnificem fugat, & cœtu in
circulum coeunte, exclamat: non credit pene vnusquisq; quod
videt, turbatur nuntio vrbs propinqua &c.*

B Paria scripsit *Metaphrastes* ipse de S. Eleutherio Episcopo
& Mart. qui cū Romę ortus fuisset ex patre tertiū Vrbis Con-
sule, & ex Illirico Romam adductus ad *Adrianum Imper.* ab
eo ad ęneum ignitumq; grabatum damnatus est: cuius hęc
verba. *Postquam autem hæc cito facta sunt, Martyr insiluit in
grabatum, & totus in toto fuit extensus. Ciues verò id quod fa-
ctum fuerat (omnes enim ferè conuenerant ad spectaculum) ex-
probrabant Imperatori crudelitatem: cur, dicentes, vir adeo cla-
rus genereq; & sapientia insignis male perit, tamquam infamis
quispiam?*

C Quòd si nobis obijciat quispiam, cur ad priores Agathæ
quæitiones Equuleo extentæ ardentibusq; laminis ambustæ,
cur ad abscissarum cruciatum mammillarum Catanenses ci-
ues dissimulant solidè consistentes in se, ad extremum de-
niq; supplicium irruunt in Quintianum? aut ergo Catanen-
ses Agathæ non sunt ciues, qui intempestiua in ciuem bene-
uolentia clypeum post vulnera sumunt, aut non de Agathę,
sed de propria salute solliciti (terræmotus scil. perculsi pe-
riculo) seditionem excitant, & tumultum.

Sed audi: Priora illa tormenta Agathæ in locis ab arbi-
tris longè remotis inflicta sunt, vbi quid de Agatha tactita-
D retur Catanensis populus scire omninò non oportuit: te-
stantur hoc SS. *M.M. Acta*, in quibus sæpenumero Equule-
um, Fidiculas, Laminas, ceteraque huius generis tormen-
ta priuatim adhibita, secures verò ac incendia publicè ex-
hibita legere cuique facile erit & promptum: id quod apud
Romanos Magistratus, imò & nostros etiamnum viget, in
moreq; positum obseruamus, vt nonnihil fieret discriminis
inter prima ac postrema supplicia. Supremus igitur de Aga-
tha cruciatus in loco publico sumptus, crudele illud Incen-

dij ſpectaculum apud Catanenſe Theatrum (cuius ruinę ac rudera rem omnem obſignant) Catanenſium animos permouit, vt pro Conciuis ſalute in Prætorem inſurgerent, illamque è fati faucibus eriperent. A

EXCVRSVS XII.

Nonum Græci Scriptoris piaculum expenditur, qui in D. Agathæ Patria aſſerenda varius, ſibiq; parum conſtans videtur. B

PRodeat iam in lucem quod de Agathæ Patria Grę cus iſte Scriptor, parum ſibi conſtans, edixit: vbi enim in ipſo Diuę Agathę vitę initio Agatham Panormitanam (ita dicunt Aduerſarij) ſubindicaſſe viſus eſt, ſub finem poſtea ſeipſum explicans haud obſcurè, Diuino percitus conſilio, vt credere par eſt, Catanam *Agathæ* natalem patriam expreſſit. Verſans ſiquidem Marmoreę Tabellę Angelorum miniſterio ad Agathę funus cohoneſtandum delatę, verba illa. *Mens Sancta, Spontanea, Honor in Deum, & Patriæ liberatio*, ſic ait. *Vt autem incommutabile eſſet verbum, quippe Angelus erat, qui Tabulam poſuit in ſepulchro Martyris, apparuit, impleto anno ſecundum diem eius conſummationis. Mons autem Ætna ignem eructauit, & tamquam fluuius valde mugiens ſic deſcendit, lapides diſſoluens tanquam ceram, è Montis vertice combuſturus, & perditurus vniuerſam Catanenſium Ciuitatem. Qui autem circum Montem habitabant, quamuis eſſent Gentiles, ad Martyris Templum magno impetu feſtinarunt, & auferentes amictum, quod erat Sepulchro circumfuſum, ex aduerſo ignis extenderunt. Diuina autem prouidentia protinus & confeſtim ille ignis ſulphureus eſt repreſſus.* Ita Auctor iſte. C

Pende igitur voces illas, *Vt incommutabile eſſet verbum*, & illicò ſenties promiſſionem de *Patriæ Liberatione* in Angelica Tabella exſcriptam, reuoluto iam anno à Virginis Martyrio, per illas adimpleram. Miraculo igitur ad Diuinam prouidentiam in Angelica Tabella deſcriptam adglutinato per Grecum Scriptorem, innegabiliter apparet Catanam vrbem Agathę Patriam ab eodem agnoſci, ſcriptoque comprobari. D

Age iám: Agathę meritis malorum redemptio ac liberatio ex Cœleſti tabula eius Patrię fuit repromiſſa; atqui per

Gre-

A Græcum Scriptorem sola Catanensium vrbs asseritur fuisse ex cœlesti sponsione ab Ætneo incendio liberata: sic igitur vt Catana sola D. *Agathæ* Patria debeat agnosci ab eodem Scriptore, non verò Panormus, quam apud neminem antiquorum nuperorumque Scriptorum inuenies incolumem Agathę meritis seruatam: cui tamen suę malorum Iliades non defuerunt; id quod pluribus innuebam superiùs cap. 8. fol. 43.

Accedat prędictis, si Panormum Agathę patriam verè adstrueret putaretque *Metaphrastes*, certè de Panormo ab aliqua malorum clade liberata meminisse debuerat, haud quaquam de Catana: cum itaque secus scripserit, secus censuisse dicendus est.

B

Iuuat etiam ad Panormum Agathę patriam infirmandam id, quod *Metaphrastes* scripsit referens verba militum cum Virgine colloquentium, apud Surium. *Exijt aduersus te decretum à Cæsare, & Præside, quoniam Dijs non sacrificas, qui honorantur ab Imperatore, neq; eos colis ritu patrio. Nunc ergo saltem pollicere te Dijs esse sacrificaturam, vt cum omni honore & gloria te adducamus ad Præsidem Quintianum.* Primò id hîc quærendum venit, quinam fuerint Dij, quos honorabat Imperator Decius, quibus Agatha non sacrificabat? An ij qui Panormi extabant? non equidem, nisi diuinare delectet: Catanæ autem extitisse Deos illos, & Idolum, quod Decius Cæsar impiè colebat, testatur perbellè S. *Leonis Thaumaturgi* Catan. Episcopi Acta (floruit Sanctus iste Præsul anno sal. 778.) in quibus hæc ad rem, quam vrgemus, legere est. *Sed neq; illud sub silentio legatur, quod mirabiliter gestum est à B. Leone: precibus quippe suis ac lacrymis detestandum Idolum, quod impius Decius colebat (erat q; in eo, quod olim quidem Gentilium Delubrum, nunc verò venerabile Fanum est Sanctorum Martyrum quadraginta) minimo negotio disturbauit, eiusque loco viuificam ac salutarem Crucem imposuit.* Cur autem Decius impijssimus Cæsar suum Catanam Idolum miserit illud in causa fuisse reor, quia Vrbs hęc id temporis Celeberrima præ cæteris audiebat, & reliquarum Metropolis, ac Prætorum Sedes, vbi Romani Proconsules ius dicere cōsueuerant, ac morari: id quod in *Catan. Decacb.* pluribus euincebam.

C

D

Tum, si Panormus Patria erat Agathæ, quid est quod Satellites dixerunt Agathæ, *Neq; Deos colis ritu patrio.* Numquid

quid curæ erat Præsidi dare iura colendi Deos ritu patrio A
in Ciuitatibus liberis, qualis erat Panormus? numquid Pa-
normitanos, quibus ius fasque erat vt suis viuerent legibus,
in quos item ius dicere Romanis magistratibus non licebat,
(erat Panormus vna ex quinque Siciliæ Ciuitatibus liberæ,
si credimus *M. Tullio in Verrem lib. 3. act. 4.* hæc inquienti:
*Quinque præterea Ciuitates sine fœdere immunes, ac liberæ, Cen-
turipina, Halesina, Segestana, Halicien sis, Panormitana)* suis
ritibus adstringere contendebat Quintianus? minime sane.

Ad Hæc: vrgebant satellites Agatham, vt *saltem pollicere-
tur se Dijs sacrificaturam ritu patrio, vt cum omni honore & glo-* B
ria ad Quintianum deduceretur. Verba hæc, vel me tacente,
ius important, ac potestatem, quam in *Agatham* habebat
Quintianus, vt eam ad Dijs ritu patrio, & quidem Cata-
nensi sacrificandum adigeret. Catana namque Romano
tunc subiacebat Imperio, non autem Panormus, vt item A-
thenæ, aliæq; liberæ Ciuitates, vbi penè nullos inuenire est
Martyres sub illa temporum spatia, quibus Romani Cæsa-
res Christi Ecclesiam persecutionibus infestabant.

Fit ergo ex dictis, vt Græcus scriptor in Agathę Patria de-
cernenda parum sibi cohæreat, & qui initiò Panormum
edixerat, illico veritate compulsus Catanã in fine subiungat, C
ac contra id quod superiùs scripserat, inferiùs Palinodiam
canat. Vel certe duas *Agathæ* Patrias describat, alteram Na-
turæ Catanam, alteram Ciuitatis Panormum: ad eum pla-
nè modum quo scripserat *Tullius lib. 2. de Legibus: Ego*, inquit,
*omnibus municipibus duas esse censeo patrias, vnam naturæ, al-
teram Ciuitatis: Vt Cato, cum esset Tusculi natus, in Populi Ro-
mani Ciuitatem susceptus est*: ita cum ortu Tusculanus esset,
Ciuitate Romanus, habuit alteram loci Patriam, alteram
Iuris. Et paulò post. *Sic nos & eam Patriam ducimus vbi nati,
& illam qua excepti sumus.*

Nec dicas speciosum hoc corollarium in nos ipsos appo- D
sitissime retorqueri, quòd imò Catana Agathæ patria sit iu-
ris, in qua excepta est virgo; è contra Panormus naturæ sit
patria, ex qua orta est. Ne inquam id dixeris, qui enim fie-
ri potuit, vt Panormus naturæ sit patria, quando nemo vn-
quam Scriptorum id affirmare ausus est, si Græcum illum
Anonymum *Metaphrastis* nomine personatum excipias? è
contra verò Agatham Catanæ ortam innumeri sunt Aucto-
res antiqui ac nuperi, testantur Græci, ac Latini, subsignant

Itali,

A Itali, Hispani, Galli, Britanni subscribunt denique ceterarum nationum Europei?

EXCVRSVS XIII.

Decimus prefati Scriptoris lapsus, qui ad B. Agathe facultates inuadendas Panormum versus profectum asserit Quintianum.

ILle idem *Metaphrastes* in consignanda Agathe Patria parùm sibi constans, Quintianum ad eiusdem Diue Virgi-
B nis facultates inuadendas anhelantem maturasse veri indiligens subiungit apud Surium. *Cum autem audisset Quintianus hinc excessisse Sanctam Martyrem, ad inuadenda eius bona contendebat: accepta verò secum vniuersa cohorte properabat ire Panormum.*

His consona apud Grecum Codicem Vaticanum, ex *Valguarnera* testatur *Inueges fol. 263.* hec inquiens. *Il Valguarnera ne' suoi M. SS. delle cose di S. Agatha, hoggi conseruati nel Collegio di Palermo attesta, che ciò anche afferma l'antichissimo Codice Greco Vaticano, le cui parole sono, Quintianus post occisam Virginem Panormum versus, vt illius bonis domoq; paterna poti-
C retur, iter arripuit.*

Hec inquam narratio mirum quantùm à vero deuiat in falso certissima; non etenim vt *Agatha* bona diriperet, inuaderetque, sed vt sibi ipsi consuleret, imminentisque necis periculum euitaret, fugam iniit *Quintianus*: sic enim aiunt *Acta Latina*, sic *Breuiarium Gallicanum*, cuius hec verba. *Sed* In officio
& omnis Ciuitas exagitata est, & dum ciues currerent tumul- D. Aga-
tuantes ad Quintianum, ipse iussit eam in carcerem trudi, & AV- tha
FVGIT.

Ab eadem fuit mente *Petrus de Natalibus*, ita scribens. *Tūc* Cat. San.
D *Consularis terramotum metuens, & populi seditionem non ferens,* lib. 3.
per Posterculam aufugit. Paria quoque scripsit *S. Methodius in* cap. 84.
sua Panegyri de D. Agatha apud Carreram, verbis illis. *Tumul-* lib. 1. fol.
tuarunt quidem ciues eius aduersus Quintianum, eumq; in fugam 33.
verterunt. Ita Methodius confícto ab *Inueges* Greco Codici incomparabiliter antehabendus.

Acta tandem Panormitana (vt domesticis telis aduersarios confodiamus) sic habent. *Denique omnes Ciues cucurrerant ad Secretarium Iudicis, & ceperunt nimio tumultu agi-*

tari,

tari, quod Sancta Dei famula Agatha *impijs cruciatibus agere-*
tur, ideoq; omnes periculum sustinerent: Tunc Quintianus fugit, A
quia ex vno latere eum terræmotus vrgebat, & ex alio seditionem
populi formidabat: iussit eam in carcerem recipi: ipse autem ad
posteriora Secretarij sui fugiens populum in ianuis dereliquit.

Quid igitur causę est, vt Scriptores ad vnum omnes Gręco isto longe antiquiores, omnia Actorum exemplaria, etiam Panormitana, Quintianum ad *Agathæ* facultates ęrario inferendas anhelasse non dicunt? ad eius item consanguineos Panormi degentes perdendos Panormum maturasse silentio pretereunt? Græcus igitur de penu sua verba illa B
Properabat ire Panormum adiecit, vltroneus scripsit.

Nec desunt rationum momenta innegabiliter idipsum euincentia. Quid enim tam concita properatione opus est? numquid Panormitani S. Virginis facultates illico vsurpare, aut diripere contendebant? numquid Panormitanorum gens adeo rapax, alienarum fortunarum inuolatrix apud *Metaphrastem* audierat, vt in eos de peculatus crimine iure fuisset inquirendum? Tum, quid opus erat presenti Romani Proconsulis maiestate apud Panormitanos, qui lictoribus ad prehendendã Agatham abducendamq; abs se iam pridem missis obstare minime ausi sunt, aut contraire? Iam quis fa- C
cile credat Quintianum (quem delicijs obnoxium multo magis fecerat Imperium) in summa vi frigorum, intempesta hyeme, nec itineris longitudine viarumq; asperitate deterritum, nec cęli inclementia retardatum, Panormum vsq; maturare voluisse, & quod per alios magistratus obire quã facillime poterat, per se ipsum pręstare voluisse? Deerant ne Quęstores Aerarij ad id muneris exequendum exercitatissimi? An idem ipse Quintianus, qui Agatham impensius concupiscens ad illius animum honeste demulcendum, eius item nuptias legitime expetendas, Panormum minime ma-
turauit, simul potiturus diuitijs, mox illuc ad has vnas in- D
uadendas festinauerit? An qui audacię, impietatis, libidinum, in omne tandem flagitij genus complures habebat satellites, ac ministros, eidem nullus latrocinij administer suppeteret.

Nec me deturbat *D. Antonini* censio, quam exscribit Inueges fol. 226. *Quintianus pergens ad inquirendum Possessiones eius vt raperet.* Et multo minus quę scripsit *Bellouacensis* apud laudatum Inueges. *Quintianus pergens inuestigare diuitias eius.*

Ado

A Ado item Treuerensis Episcopus apud eundem Inueges. *fol. 185.* *Quintianus Tyrannus Siciliæ Prætor cæsa Virgine cum suo satellitio, ac reliquis, ad omnem Parentelam peruestigandam, & occidendam cum bonis omnibus occupandis conscensis equis maturauit.* Auctores siquidem isti ad inuestigandas Agathæ facultates Quintianum perrexisse dicunt, Panormum vero maturasse, aut eò versus iter arripuisse (quod aduersarijs esset probandum) non dicunt: nec si dixissent, verum putamus.

Sed iam Quintianus Agathæ facultates inuestigaturus, eius item consanguineos prehensurus Catana abscesserit, non ideo Panormum vrbem 120. circiter passuum millia di-
B stantem festinabat: eius siquidem cæpta via, rectàque peracta, continenter spatio decem milliarium omnimò ducit Syracusas, vel Megaram, vel Hyblam, aut vrbem Leontinorum, non autem Panormum. Scapha siquidem, ex qua Quintianus in flumen Symethum deiectus demersusq; impietatis suæ pœnas dedit, proxima erat eius oræ maritimæ Orientali, vbi etiam num viget, persistitque nomen *Scapha D. Agathæ*, tum quòd campis, ac latifundijs Diuæ Virginis hæreditarijs, quæue ad eius peculiare patrimonium spectabant (vt constans à maioribus nostris ad nos vsque deducta traditio contestatur) hinc atque hinc adlabatur; tum quòd
C Sanctæ Martyris necem, Deo ita permittente, vindicarit, impio Præside ibidem suffocato, & à profluente ad mare Ionium abrepto. Per hanc autem ad proxima oppida *Leontinorum*, *Megarensium*, *ac Syracusanorum* transitus est frequentissimus ac traiectus, nullus vero Panormum versus iter agentibus. Notius id est, quam vt in hoc comprobando diutius insistam. Quotquot præsentes Siciliam pedibus calcarunt, quotquot eam oculis saltem lustrarunt, testes compello veritatis istius assertores.

Et vt omnis à legentium animis scrupulus abigatur, eorum, quæ ad rem nostram faciunt, Chorographiam, rudi
D quamuis mineruа, delineabo. Catana Vrbs in Sicilia ad Æquinoctium orientale sita est, rectàque Subsolanum respiciens, à proximo abluitur mari: cuius vrbis si ratio habeatur ea respicit Vrbem Panormum spatio 120. milliar. dissitam, qua Sol penè occidit ipso æstiuo Solstitio, vnde etiam Cauros ventos (qui ab occasu flant, vulgò Vento maestro) excipit. Fauces verò Symethi siue Psemithi fluminis, propè quas illud traijciebat Quintianus, oppositæ sunt Catanæ,

A quia proximum Arci huic adiacebat antiquum illud oppidum Panormus, de quo inferiùs ex industria sermo redibit.

Quòd si scriptiunculis nostris fidem quis renuat implicare, implicabit sat scio peruetustis tabulis *Itinerarij Prouinciæ Siciliæ ab Antonino Augusto* multò ante digestis, si credimus *Andreæ Schoto*, vt vel sic Duces, Milites, Proconsules, Prætores tandem iter facturi à semita nequaquam aberrarent, neue in insidias per deuia inciderent. Implicabit certè antiquis item Tabulis, quas appositissimè descripsit *Philippus Cluuerius in sua Antiqua Sicilia*, apud quas facilè reperies quàm oppositum sit iter Catana Panormum versùs per Psemithum flumen: è contra verò quàm appositum sit à Catana Syracusas, Leontinum, Megaram &c. adeuntibus Psemithi fluminis ostium traiectumque transmittere. Hisce igitur innegabilibus argumentis, discriminatis item rebus, Oppidis tandem, Vrbibus propriæ sedi consignatis, precaria omninò redditur Græci Scriptoris assertio. *lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 3.*

B

Demus tandem quod *Metaphrastes* solus affirmat: ire cœperit Panormum Quintianus Agathæ facultates occupaturus; An hinc consequens est, vt Agatha orta sit Panormi? nemo vnquam sani capitis id dixerit: exploratissimum est apud antiquos nuperosque Scriptores, nobilissimas quasque gentium Familias apud longe dissitas Vrbes, Agros, Villas, latifundia possidere: nemo tamen dixerit Gentiles illos ciues dici Vrbium, in quibus prædia detinent. Nec ideo S. Gregorius Magnus in Sicilia natus dicendus est, quia multa huiusmodi in Sicilia sparsim habebat latifundia.

C

EXCVRSVS XIIII.

Vndecimum Scriptoris istius erratum, Quintiani corpus sua ipsius ætate nondum adinuentum asserentis, exploditur.

D

Nobilissimum præ cæteris, quibus Græci istius Scriptoris de Agatha conspersa legitur Historia, apud cordatos viros audijt mendum illud, quod ad calcem irrepsit. *Et cum quæsiissent corpus eius, Quintiani, non fuit inuentum vsque in hodiernum diem*. Sic igitur Prætoris cadauer, quod iusto Dei iudicio in Symethi fluenta præceps submersum legitur anno 253. *Metaphrastis* ætate diligentissime conquisitum reperire facile non fuit.

Hic æquitatem tuam amice Lector conuentam volo. Aga- A
thæ martyrium anno post Christum natum tertio ac
quinquagesimo supra ducentesimum) quo tempore Decius
Romano præsidebat imperio) fuisse consummatum, notius
est, quā vt in controuersiam aut dubium verti possit à quo-
piam, qui Sacros Codices vel leui aspexerit intuitu. Viuebat
autem *Metaphrastes* anno 1078. vt aduertit *Andreas Scotus*
in Scholijs ad Biblioth. VV. PP. tom. 11. vel anno à Christo nato
millesimo iam exacto, vt pro constanti ponit *Simon Maiolus*
de Sacris Imaginibus centur. 11. *cap.* 1. vel anno 960. si credi-
mus *Ioanni Bollando* inclytæ Societ. Iesu Theologo eximio, B
nostro hoc æuo Scriptori præcipuo in *Apparatu ad vitas SS.*
cap. 1. §. 1. *fere per tot.* pluribus id comprobanti. vel anno 800.
iam exacto, vt notat *Baronius*. Ab excessu igitur Agathæ,
quo tempore Quintianus equorum calcibus collisus Syme-
thi fluminis vorticibus (dum illud traijcere studebat) e sca-
pha præceps deiectus submersus est, ad *Metaphrastis ætatem*
anni 800. vel saltem 600. intercessere. Qui igitur fieri potuit,
quis vnquam in animum induxerit, aut credere valeat, cor-
pus aquarum fluentis perenni ad mare cursu irrumpentibus
præfocatum iam & absorptum, per octo aut septem minus,
vel sex minimum integra secula intactum perstitisse ab vn- C
dis, & incorruptum, vt iure scribi potuerit, *Corpus eius non*
fuit inuentum vsq; in hodiernum diem? Nemo inquam sani ca-
pitis id dixerit, nec Inueges ipse.

Innuisse tamē proderit, ex verbis istis, si vel cetera desint,
ineluctabile desumi argumentum, hanc de Agathæ Græce
scriptam historiam, siue Martyrium, nequaquam fuisse *Me-*
taphrastis partum genuinum, sed ab altero quopiam longè
inferioris, imò obscurissimi nominis Auctore primitùs scrip-
tum, illius tamen operibus legitimis immixtam, vt initiò
dicebam *Excursu* 1. Non etenim rudis adeò crassæq; miner-
uæ vir putandus est *Metaphrastes*, vt post octo aut sex ad mi- D
nimum secula iam exacta scribere maluerit, *Corpus eius non*
fuit inuentum vsque in hodiernum diem.

Aliunde stabilio quod dicebam. *Surius* quoties aliquid à
Metaphraste expressum latine reddit, suisque scriptis interse-
rit, toties Auctoris nomen præmittit, sic dicens v. g. *S. Mar-*
tyris Triphonis vita. Auctore Simeone Metaphraste. Et alibi.
Vita & Martyrium Sacrosancti Martyris Luciani, Auctore Si-
meone Metaphraste, habet autem de hoc Martyre quædam Euse-

bius

A *bius Cæsariensis Histor. Eccles. lib. 9. & D. Hieronymus in lib. de Viris illustribus*, & sic fere per totũ; id quod libros ab ipso cõscriptos quique inspectantes passim aduertere possunt. In hoc tamen Martyrio *Metaphrastæ*, sicut & alterius Auctoris nomen omnino tacetur: quò fit vt probabile dixerim, Martyrium hoc fore vnum ex ijs, de quibus S. *Gelasius Pontifex* dicebat, *Secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in Sancta Romana Ecclesia legi, quia & eorum qui ea scripsere nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus aut Idiotis superfluè, aut minus aptè quàm rei ordo fuerit, scripta esse putantur*. Hæc igitur omnia in vnum hoc Græcum *S. Agathæ* Martyrium
B confluxisse eruditi quique censebunt.

EXCVRSVS XV.

Primarius Metaphrastæ lapsus, qui D. Agatham Panormitanam scripsisse fertur, expenditur, & expungitur.

MIrum sanè quantum in vna *D. Agathæ vita* conscribenda peccet *Metaphrastes*, siue alius quispiam illius Græcus Scriptor, sibi ipsi contrarius, plura infarciens non scribenda, nonnulla secum ipsis pugnantia, pleraque inue-
C risimilia, multa tandem nedum non cohærentia, imò maximè disiuncta. Id quod in causa fuit vt superiores errores detulerimus, qui sicut Panormitanis tenebras offundunt ad id, quod de Patria Agathæ peccatur minus credendum; ità nobis face prælucent ad veritatem nostram illustrandam.

Iam ergo totius difficultatis cardo versatur in vocula illa *ORMOMENI* (de qua apud Græcum hunc Scriptorem) male per *Lippomanum*, & qui eos erroris ducem secuti sunt, *Surium*, & *Gabrielem Flammam*, interpetrata. Græca siquidem vox *Hormomenon*, aut *Ormomeni* a verbo *Ormao* deriua-
D tur ex Auctore Thesauri linguæ græcæ: verbum autem hoc, & si alia significet, nunquam tamen *ORTVM* importat aut *Natiuitatem*: id quod pluribus assecutus est eruditus *Carrera*, & ante eum *P. Colnagus* apud eundem *Carreram lib. 1. fol. 173.* lib. 2. fol. 272.
Placet ad assumpti nostri euidentiam nonnullas, quæ post exactam messem superfuere, spicas in vnum colligentes & in manipulum quasi colligantes lectori exhibere, vt vel sic discriminatis rebus, Agatham Cataneæ Ortam, non Panormi, innegabiliter nobiscum sentiat, ac subscribat in re, qua nos subscribimus veritati.

Decantatissimum itaque verbum *Ormomeni* apud Classicos Scriptores, qui græcam linguam calluerunt, ex genuino ipsius significatu importat primò *Incitari*, *Impetum capere*, *Contendere*. Fides sit Xenophonti ijs verbis. *Incitari*, *&* *Contendere ad virtutis certamen*. Et apud eumdem Xenophōtem, vt interpetratur Guillelmus Budæus, *si Impetum equi retinere ductu habente velit &c.* A

lib. 2. Ped.

IRRVERE item importat apud Plutarchum; *Irrunt contra Tyrannum equis*. Et in Public. *Cum irruisset per medios decertantes, aufugit*. Idem apud Thucydidem. *Cum humanum ingenium ruit in præceps ad aliquid agendum.* B

Tum sensim translatum pro *INSTITVERE*, *Auspicari*, *Aggredi* vsurpatur, ita ex Xenophonte, *Semper à Dijs auspicari oportet*. Et Plutarch. de Perpenna, *Iisdem copijs eadem cum facere aggressus*, Et Isaaccus Causabonus. *Qui dicere aggressus esset.*

Ad hæc; apud grauissimos Scriptores *VENIRE* significat: testis est Plutarchus in Romulo; *Cum venisset ad Thyberis fauces*. Idem legere est apud *S. Basil. in Orat. 55. 40. Mar.* latine apud Surium. *Non erat his Sanctis vna Patria; alius aliunde venerat*: Venerat, inquit, non Natus erat.

IRE quandoque importat, ex eodem *Basilio in epist. ad Gregor. Theolog.* Budæo interpetre. *Ineunte die in orationes ire, vel euntem*: vbi Clenardus innuit significare, cum quis aliquo fertur odio vel amore prouocatus. C

EGREDI etiam perspicuè demonstrat. Ita Thucydides. *Nam cum tanto apparatu egredièntes.* Sophocles. *Ex ædibus egredientes*. Homerus Ilid. 3. *Egrediebatur ex thalamo*. Diodorus lib. 11. agens de Trasybulo, qui Acradinam, Insulamque Syracusarum occuparat, subdit. *Et inde egrediens pugnabat contra hostes*. & lib. 3. de Harmocrathe, qui Selinuntem ingressus occuparat, subiungit. *Inde autem egressus primù Motycensium agros populatur*, Cluuerius in Scholijs ad Diodorum. *Et egressos Vrbe prælio vincens*. Idem habet Valguarnera inferius sistendus. *Prodibant egressi Aganeni.* D

lib. 13. cap. 1.

TRANSMITTERE nonnunquam denotat *ex Thucydide lib. 3.* vt vertit *Philippus Cluuerius*, cuius hæc verba: *Tenent eas Liparæi Enidionum coloni. Sed ex ijs vnam tantùm inhabitant: haud perinde magnam, nomine Liparam, ex hac in reliquas TRANSMITTENTES colunt eas, Dydimen scilicet, Strongylen, & Hiera*: in Græco siquidem exemplari pro Trāsmittentes legitur Ormomeni.

Antiquæ Siciliæ lib. 2. cap. 14.

FRAL-

A TRAIICERE etiam designat ex *Pausania in Phocijs*, interpetre Cluuerio, *Hieram verò, Strongylen, & Dydimas nauibus eò traijcientes colunt.* Idem ergo est Ormomeni apud Thucydidem quod transmittentes, ac traijcientes apud Pausaniã.

Eruptiones facere designat apud *Diodorum lib. 4.* interpetre laudato Cluuerio. *Cum verò ex vrbe munitissima Eruptiones facerent.* (lib. 2. cap. 90.)

PROFICISCI sepissime enuntiat ex toties laudato *Cluuerio in Polibyum cap. 3. lib. 1.* ijs verbis. *Nam primùm ex eo loco nauibus Proficiscens.* Eadem habet Laurentius Valla in Herodotum lib. 1. *Custodem te opus est esse filij mei venatum Proficiscen-*
B *tis.* Et paulò inferiùs. *Ideò imbecillis, quod ex Pelasgica fuit abscissa, & ab exiguo initio Profecta.* Paria scripsit *Conradus Clauserus* interpres Leonis Chalcondilæ de rebus Turcicis lib. 1. *Seipsos & socium auxiliarem fore quocumq; in militiam proficiscantur.* Polybius lib. 1. agens de Amilcare, qui in monte Eryce propè Panormum castra munierat, sic ait, vt vertit Cluuerius. *Nam primùm ex eo loco nauibus proficiscẽs*: Idem Polybius paulò inferiùs. *Asdrubal Lilybaeo cum exercitu Profectus ad fines agri Panormitani.* Diodorus lib. 20. agens de Xenodocho sic scribit, ex Cluuerio vbi supra lib. 2. cap. 10. (Antiq. Sicil. lib. 2. cap. 3.) *Is extemplo Gelam Profectus.* Thucydides quoq; lib. 6. sic ait. *Ve-*
C *rum Thucles & Chalcidenses e Naxo Profecti septimo post habitatas Syracusas anno Leontinos, eiectis Siculis, incolunt, & deinde Catanam.* Et paulò post. *Tot igitur gentes Græcæ Barbaraque incoluere Siciliam, atq; ad eam, cum tanta esset, Athenienses oppugnandam Profecti sunt.*

S. Gregorius Nazianzenus, vt vertit Billius. *Propterea quòd morbus ad Tranensem vrbẽ proficisci me coegit.* (epist. 167.) Et Epist. 171. *Cum sepissime Proficisci parassem.* Et Epist. 202. *Proficisci parabolam.* Lucianus in Somnio, vt eius Interpres vertit. *Nam ab ijs initijs Profectus etiam Phodius ille Iouem spectandum exhibuit.* Plato tandem in Thimæo Sacerdotes Ægyptios cum
D Solone differentes introducens in hæc verba eos locutos refert. *Traditur quippe in scriptis, quantis Ciuitas vestra restiterit hostium copijs, quæ ex Athlantico mari Profectæ, cur tam prope Europam Asiamque obsederunt?*

PROCEDERE præter hæc profert, si credimus *Laurentio Valla in Herodotum lib. 1.* hæc scribenti. *Vt Milesij habentes vnde procederent.*

PROGREDI item confert, ex laudato Vallesio vbi supra. *Qui ex hoc monte progressus.*

PRO-

PRODIRE quin etiam perhibet; fides sit Panormitanorum Antagonistæ *Mariano Valguarneræ* in edito à se Libello *de Origine & Antiquitate Panormi*, qui referens verba *Ioannis Curopolatæ*, & *Cedreni* partim latina, partim græca, sic habet. *Ciuitate enim Syracusarum à Saracenis, qui in Africa erant, capta, temporibus Basilij Macedonis, accidit, vt tota quoq; Insula ab illis occuparetur, eiusq; Ciuitates funditus euerterentur, Panormo sola seruata, vnde tanquam ex Arce quadam, ex qua ad bellum* PRODIBANT, EGRESSI *Agareni terram, quæ ex opposito sita erat, adepti sunt*. Hæc Valguarneræ verbi illius Ormomeni interpetratio ac versio, quantum ad rem, quam premimus, faciat, prudens lector arbitrabitur. *Nullum tam fortius telum est*, auctore Tertulliano, *quàm quod ab hoste ipso desumitur*. A B

Ex laudatis itaque Auctorum censionibus euidentissimũ sit, verbum *Ormomeni* Ortum, aut Natum, siue Nasci nequaquam importare, sed bene *Profectum*, *Egressum*, & simil. Non est igitur cur aduersus tot probæ notæ quà Græcos, quà Latinos, quà tandem Ecclesiasticos Scriptores, vni *Aloysio Lippomano* vocem illam non benè interpetranti deferamus; eò vel maximè quando actæ rei series ad non ita dicendum nos impellat. Iuit enim Panormum *Agatha* Christi amore prouocata, aliquando ibi se continuit, illinc egressa, abducta, vel profecta Catanam venit; id quod appositissimè describit S. *Methodius* Patriarcha *Constant.* vt nil amplius sit ambigendum. C

Accedat prædictis veneranda S. Agathæ Martyris antiquitas, & quæ Apostolorum sæculum fere attingit, quando Græcæ Linguæ candor passim vigebat: quid igitur causæ est, vt antiquiorum auctoritates, ac testimonia Scriptorum, priscaq; historiarum monumenta fidemue per iniuriam negligant Panormitani, nouasque loquendi voces sectentur recentiorum? hos anteponant antiquis, & qui maior est, ex vana illorum lubentia, obsequi ac deseruire cogatur minori? Perinde quasi antiquitas verum à falso discernere nequiuerit, vel veras res ob oculos positas veridicis vocabulis noluerit declarare, falsumque pro vero posteritati voluerit commendare. Quæ omnia quam sint absurda nemo planè non viderit, etiam Panormitanus ipse *Valguarnera*, qui vocis huius vim ac significatum optimè callens, exprimensque *Prodire*, *Egredi &c.* (vt vidisti) in Agathæ patria affectanda D

cæte-

A cæteris perſuaſum voluit, *Ormomeni* Natum aut Ortum ſignificare.

Sed iam paulò maiora canamus: apud Ecclesiaſticos Græcos Scriptores conſtat vocem hanc *Ormomeni* in deſignandis Sanctorum Patrijs ſæpiſſime vſurpari, quos tamen alibi natos fuiſſe veriſſimum eſt, & indubitatum. De *S. Gregorio Agrigentino Epiſcopo* id primum ſcribit Menologium Græcorũ verbum Ormomeni vſurpans, quod ita explicatur. *S. Gregorius natus eſt in Ciuitate Agrigentina*, & tamen non Agrigenti, ſed in Caſtello quodam, quod Prætoria nuncupatur, natum illum fuiſſe teſtis eſt ipſemet *Metaphraſtes* ſecutus *Leontinum antiquiorem Abbatem Romani Monaſterij S. Sabbæ*. Fit
B igitur verbum Ormomeni non Ortum, ſed ad ſummum Oriundum, vel quod Ius ciuitatis habuerit, importare.

Quin Metaphraſtes ipſe luculentiſſimo ſanè teſtimonio conuincit aliud eſſe *Ortum*, aliud *Oriundum* in eiuſdem S. Gregorij vita apud Surium 23. Nouembris verbum illud *Ormomeni* vſurpans, cuius hæc verba. *Sicilia ſiquidem ORIVNDVS (Siculis enim finibus, vt omnes norunt, Agrigentum continetur) ceterum cum Sancta Sion illum ſuſcepiſſet &c.* Et infra. *Vicus quidam, qui Prætoria nomine dicitur, Agrigento Ciuitati proximus ſanctum virum edidit: prius quidem ille obſcurus &*
C *incognitus, nunc verò tanto alumno clarus & illuſtris emicat.*

Idem replicat in vita S. Vuillehadi Epiſcopi Bremenſis 8. Nouembris, eodem *Surio* interpetre. *Vuillehadus vir venerabilis ex Britannia maiori ORIGINEM duxit.* Et tamen vocem illam Ormomeni vſurpat.

Paria ſcripſit in vita S. Laurentij Archiepiſcopi *Dublinenſis*, vt refert idem Surius ad diem 14. Nouembris. *Dilectus Deo & omnibus ſacer Dei Pontifex Laurentius ex partibus Occidentis Inſulæ Hiberniæ claris natalibus extitit ORIVNDVS.* verbo nihilominus Ormomeni appoſitiſſimè vſus.

D Euſebius Cæſarienſis apud *Zachariam Lypeloum Hiſtoriæ Eccleſ. lib. 8. cap. 14.* ad diem 2. Aprilis, loquens de Sanctis Amphiano & Stedeſio, quorum ipſe fuerat condiſcipulus, vocem eandem habet Ormomeni; & tamen conſtat Amphianum natum fuiſſe Pagis Lyciæ Ciuitate minimè obſcura, ſed ex Lydia regione oriundum, vt proptereà Menologium Græcum verbum idem Ormomeni habens, ſic debeat interpetrari. *Hi Sancti Martyres fuerunt temporibus Maximiani Imperatoris Fratres vterini, ex Lydia regione oriundi, ad Berytum*

rytum autem venientes, vel Beryti autem commorantes, docti sunt Christianam Religionem à Pamphylo Martyre. Ne si vox A
Ormomeni non pro Oriundis sed pro Natis exprimatur, habeat contra se laudatum Eusebium oculatissimum testem, quique, vt dicebam, eorumdem Sanctorum Martyrum fuerat condiscipulus, qui contra scribit Amphianum Pagys in Lycia, non in Lydia exortum fuisse.

Idem verbum legere est in Græco Menologio in vita *S. Vincentij Martyris Cæsaraugustani Diaconi*, quem tamen auctoribus *Petro Ribadineyra*, alijsque historicis, natum constat *Oscæ* in Hispania citeriori, non autem *Augustopoli*, à qua pro- B
fectum, vel ad summum oriundum testantur laudati patres.

Aretes Archiepiscopus Cæsariensis, qui ducentos & amplius annos ante *Metaphrastem* floruit, eadem vtitur voce in *vita SS. Suriæ, Samona, & Abibi*, quos ex eadem Patria, nempe Edessæ oriundos, ex Thalsaca vico ortos fuisse *Metaphrastes* ipse testatur.

De *S. Theodoro* tyrone verbum idem vsurpat *Græcum Menologium*, quem non Amasiæ natum, sed ad summum inde profectum, cuius item Patriam fuisse eam regionem, quæ vergit ad Orientem solem, eamq; extra vrbem Amasię scribit *S. Gregorius Nazianzenus*. C

Astipulator tandem accedit S. Paulus Apostolus prædicator veritatis, qui liquido testatur de se natum esse in vrbe Tarsi Ciliciæ, apud *Act. Apostolorum cap. 22.* verbis illis. *Ego quidem sum vir Iudæus natus in Tarso Ciliciæ*. Cui testimonium perhibuit etiam Christus Dominus Ananiam alloquens *Act. Apostol. cap. 9. vers. 11. Quære in domo Iudæ Saulū nomine Tarsensem*. Vt propterea S. Martyr Ignatius suam ad Tarsenses scribens Epistolam, eos Pauli nedum discipulos, sed etiam Conciues appellauerit. *Pauli enim estis ciues & discipuli*. Et tamen Græcus ille Scriptor, qui S. Hieronymi Libellum de Scriptoribus Ecclesiasticis in Græcum expressit, D
verbum hoc Ormomeni assumens, S. Paulum Gischale Iudeę oppido profectum, aut oriundum sensisse intelligi omninò debet, vt aduertit *Baronius* ad annum Christi 35. n. 116. ne alias verbo illo Natus, vel Ortus Sacra Scriptura contrariter aduersetur, sitq; scriptio illa Scriptoribus omnibus difformis ac planè contraria.

Confectum itaq; reor verbum illud *Ormomeni*, de quo in *Metaphrastis* historia (si tamen sua est, quod ego nequaquam conceci-

A concesſerim) non pro *Nata*, aut *Orta*, ſed ad ſummum pro *Oriunda*, vel *Originem habente*, aut Egreſſa, vel Profecta ex vrbe Panormi rectiſſime explicari: id quod M. S. C. Monaſt. SS. Saluatoris apud Meſſanam à *Conſtantino Laſcari*, cuius Auctoritas, Eruditio, Pietas nulli non cognita, qui eius monumenta perlegerit, latinè redditus anno 1481. vel me tacente teſtatur, illius verba ex integro exſcribebam *cap. 6.*

Id ipſum monuit antiquiſſimum Breuiarium Eccleſię Moguntinæ: fides ſit laudato *Colnago* apud *Carreram*, cuius hæc verba. *Audiui in Eccleſia Moguntina ex Antiquis Breuiarijs legi B. Agatham Panormo Oriundam, tamen Catanæ Ortam: retulit* fol. 117.
B *id mihi P. Rector Collegij Panormitani: quæ res Simeoni Metaphraſtæ homini Græco, ideſt in Græcia degenti à Sicilia quàm longiſſimè ſemoto, fortaſſe errori viam aperuit, præſertim ſi id, quod non admodum inuериſimile eſt, ſuſpicemur B. Agatham aliquando Panormi fuiſſe, & inde Catanam à Satellitibus Prætorianis raptam ad Martyrium; quæ omnia hiſtorico non ſuarum rerum ſcriptori, & in re, quæ ad hiſtoriæ vim non plurimum facere videbatur, Patriam indicarunt etiam quæ nunquam fuit.* Ita Colnagus.

Atque ex his ſatis, opinor, apparet, quàm nullis hæreant neruis quæ ad eneruandum verbi huius *Ormomeni* ſignificatum aduertit Inueges fol. 186. hæc inquiens. *In ſomma*
C *il Valguarnera hauendo ſentore che la parte contraria era di parere, che la parola Greca*, Ormomeni, *della quale ſi ſeruono i Greci Codici, Vaticano, e di Grotta Ferrata, & il Breuiario Greco, non ſignificaſſe naſcita* Orta; *ma Diſcēdenza* Oriunda. *Egli con ammirabil eruditione dimoſtrò, che quella Greca parola non poteua hauere altra ſignificatione, ſe non di Naſcita*. Orta. *E ciò egli fece con varij paſſi delli ſopracitati Codici e Breuiarij, ma ancora con molti belli paſſi S. Ioannis Chryſoſtomi in encomio S. Baſilij in Oratione in 40. Martyres. Codicis Vaticani. Martyrologij Baſilij Imper. Conſtantinopol. ac etiam Breuiarij Græci &c.*

D Debebat ſanè diſſertator iſte Codicum, Sanctorumque Patrum verba omnia producere, ne ſuſpicioni locus eſſet apud viros ſapientes, neue quis iure quereretur, *Citata loca, non verba, ne deprehendatur latrocinium.* Græcos ſiquidem Codices intolerantiùs quàm par eſt iactatos, orbiliano veluti flagello caſtigatos, ad mendacij aſylum relegabam *cap. 5. per totum.* Græcorum Menologium ſibi ipſi varium, erroribus inſperſum euincebam *cap. 7.* Græcum itidem Breuiarium ex *Metaphraſtis* fonte deriuatum in ſua ipſius fide parum

 con-

constans ostendimus cap. 8. SS. *Ioannis Chrysostomi*, & *Basilij* censiones, quas tanquam firmas & inexpugnabiles ponit *Inueges*, nondum licuit offendere. A

Xenophontis, *Budaei*, *Auctoris* tandem *Lexicon Graec.* verba, sententias, verborum vim, significationemque superiùs exscribebam, tantò nobis fauentiores, quantùm Inueges aduersantes.

EXCVRSVS XVI.

Graecus Scriptor quare in tot tantasq; mendorum salebras impegerit, inquiritur. B

MIrum quot quantisue Graeca haec D. Agathae historia, siue à *Metaphraste*, siue ab alio eiusdem ingenij homine conscripta, mendis exuberet, vt dicebam. Quòd si causas, vnde nam tot tantaque errata in Graecam hanc scriptionem irrepserint, curiosiùs quispiam rimari velit, diuinationem in manu non esse illicò respondendum reor, menda ex ordine percurrisse sit satis: nec amplius quaerendum.

Verùm si coniecturis locus sit, probabile dixerim, Graecũ hunc Scriptorem in scriptionem aliquã ab idiotis vtcumq; exaratam incidisse, ac mendis deturpatam, à qua veluti turbida fontis vena per riuulos Fonti suppares ad posteros mendosa illa manauit historia. Aut fortasse in historiam ab haereticis aut etiam ethnicis corruptam impegisse dixerim, à quibus, vtpotè iuratis Catholicae veritatis hostibus, confictas Martyrum historias (vt vel sic Christi martyres ignominia afficernetur, & mendacium de veritate triumpharet) testatur *VI. Synodus Constantinopol. can. 6.* quae propterea huiusce generis historias, in quibus aliàs figmentantur mendacia, innocentiae fides contertur criminibus, veritati tandẽ illuditur, in Catholica Ecclesia minimè publicandas praecepit. C D

Et quidem S. *Gelasius* hoc vocamine Primus S. R. E. Pont. Max. in Concilio Romae habito LXX. Episcoporum interuentu, relatus à Gratiano in *can. Sancta Romana Ecclesia dist.* 15. haec ad rem scribit. *Item gesta Sanctorum Martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant; quis ita esse catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratia*

Dei,

A *Dei, & adiutorio vniuersa tolerasset. Sed ideò secundùm antiquam consuetudinem singulari cautela in Sancta Romana Ecclesia non leguntur; quia & eorum, qui conscripsere, nomina penitus ignorantur, & AB INFIDELIBVS, AVT IDIOTIS SVPERFLVA, AVT MINVS APTA, quàm rei ordo fuerit, SCRIPTA ESSE PVTANTVR: sicut cuiusdam Quiriaci & Iulitæ, sicut Gregorij, aliorumq; huiusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur conscriptæ. Propter quod, vt dictum est, ne vel leuis subsannandi oriretur occasio, in Sancta Romana Ecclesia non leguntur.*

Idipsum innuisse videtur S. Gregorius *homil.* 3. *in Euangel.* agens de S. Feliciate, *septem*, inquit, *filios (sicut in gestis eius*
B *emendatioribus legitur) sic post se timuit viuos in carne relinquere &c.* vigebant igitur sub id etiam temporis illorum SS. Martyrum Gesta minus emendata.

Paria in S. Catharinæ V. M. Alexandrinæ actis contigisse queritur Ecclesiasticæ historiæ Princeps *Baronius ad Christi annum* 307. n. 6. apud *Epitomen Henrici Spondani*, qui vbi multa ad Catharinæ martyrium dixisset spectantia, hæc subdit. *Quæ cum doleamus ab Eusebio prætermissa magis angimur, ab incerto auctore, quò fusius, eò minus fideliter, quàm par erat, Acta nobilissimæ Martyris fuisse conscripta. Melius enim consulitur Ecclesiasticæ veritati, rerum, quæ non sunt adeò exploratæ,*
C *silentio, quàm mendacio aliquo, veris licet admixto, atq; adulteratæ orationis eloquio*. Ita Spondanus.

Quod igitur Actis SS. MM. inspersum dolet *Gelasius*, quod in Gestis S. Felicitatis irrepsisse aduertit *Gregorius*, quod deniq; in Actis S. Catharinæ queritur *Baronius*, idem in *Agathæ* martyrio accidisse probabile est suspicari: *Metaphrastem* scil. siue Græcum alium Scriptorem Sanctorum vitas (quas describendas suscepit) ab idiotis saltem fusiùs exaratas, quæque passim euulgabantur, accepisse, easq; in suos Codices ad trutinam nequaquam expensas intulisse.

Aliud mendorum *Metaphrastis* seminarium dixerim ho-
D minis istius, viri alias sanctissimi, genium dicam an ingenium plura ex libito comminiscendi in Sanctorum Vitis, quæ cæteri vetustiores Scriptores minimè literis consignarunt, id quod *Cardin. Bellarminus* eruditus iuxta, ac pius Doctor aduertit in libello, quem *de Scriptoribus Ecclesiasticis* nuncupatum volut, hæc inquiens. *Illud autem est obseruandum, à Metaphraste scriptas fuisse historias de Vitis Sanctorum multis additis ex proprio ingenio, non vt res gestæ fuerunt, sed vt geri potuerunt:*

addit

addit enim Metaphrastes multa colloquia, siue Dialogos Marty-rum cum Persecutoribus, aliquas etiam conuersiones adstantium Paganorum in tanto numero, vt incredibiles videantur: denique miracula plurima, & maximè in euersione Templorum, & Idolorum, & in occisione Persecutorum, quorum nulla est mentio apud veteres historicos. Illud quoque obseruandum est, aliquas historias Sanctorum videri additas à posterioribus, & non omnes esse auctoris eiusdem; inueniuntur enim vitæ aliquæ Sanctorum, qui post obitum Metaphrastæ vixerunt. Ita Bellarminus, & verè: vt iure scripserit Baronius ad annum 51. nu. 3. *Nullam ei fidem adhibendam sine maiorum auctoritate loquenti.* Locutum B porrò Metaphrastē in Agathæ historia sine maiorum auctoritate, plura e suo genio fuisse commentū, quæ antiquiores historici nequaquam scripsere, plurimis tandem erratis illam inspersisse, ex hactenus dictis liquet, opinor, vt planè veritati diffidere videatur, qui inuitabiliora quærat argumenta fidem dictis factura.

Et ne, quam innuebam, precariam suspiceris coniectationem, dabo luculentissima *Metaphrastæ* menda in sanctorum Patrijs consignandis, à quibus velut ab explorata tessera perspicuum fiet in *Agathæ* Patria adscribenda Panormo similiter errasse. Initiò igitur constat *Metaphrastem* scrip- C sisse S. Helenam Constantini matrem fuisse genere Bithynā quam tamē constat fuisse natione Britannā: erroris causam penes *Metaphrastē* Bithyniā pro Britannia confingentē illam irrepsisse putat *Henricus Spondanus ad annum* 306. *nu.* 5. quod Drepane oppidum in Bithynia ab ea illustratum, fuerit postea dictum Helenopolis. Sic enim ait Spondanus. *Porrò cum eam fuisse Britannam constet (vt iam omittamus eiusmodi commentum alijs rationibus confutare) facilè potuit accidisse, vt Scriptoris incuria alicubi Bithynia loco Britannia scriptum esset, vnde & reliqua confingendi occasio fuit accepta: cum præsertim il- D le color accederet, quod Drepane oppidum in Bithynia ab eadem Helena admodum illustratum, fuerit postea Helenopolis appellatū.* Eadem, dixerim ego, ratione Græcus noster Scriptor, quicumque ille sit, in Agathæ patria lapsus est, illam Panormo oriundam, vel ex Panormo vrbe fuisse per incuriam scribens, eò quod vrbem illam ad breue admodum tempus Virgo sanctissima sua ipsius præsentia fœlicitauerit.

Quis præterea non admiretur euidentissimum in *Metaphraste* erroris mendum in martyrio S. Cypriani? Asserit namq;

A namque hunc Cyprianum, qui cum Iustina Martyrium
subijt, in Lybia ortum, cum tamen Antiochenus fuerit;
eumdemq; asseuerat fuisse Episcopum Carthaginẽsem, qui-
bus nihil præter nomen simile fuit, & Martyrium. Patriæ
namque inter se longissimè sunt disiunctæ, qualis Africa, &
Antiochia. Vnus ex Mago Christi Martyr factus, alter ex
Philosopho Christianus & Episcopus. Ille sub Eutholmio Præ-
side tẽporibus Diocletiani martyrio coronatus occubuit, hic
sub Valeriano & Gallieno prope Chartaginẽ abscisso capite,
ad multos antea annos Martyr euolauit ad cœlũ. Hinc iure
Card. Baronius in Notis ad Martyrologium ad diem 26. *Septem-*
B *bris*; ait. *Extant horum Res gestæ latinè conscriptæ, fidelioresq; quàm Acta illa, quæ edidit Metaphrastes*. Hoc ipsum affirma-
uerim de Agathæ Actis ab eodem exaratis.

Aliud huic affine in vita S. Mamantis irrepsit mendum
apud *Metaphrastem*; hic inquã Auctor Sanctum illum Mar-
tyrem in ipso carcere Cesareæ Cappadociæ natum scribit:
sub initium tamen historiæ sic describitur; *Mamas magnus
& insignis Martyr patriam quidem habuit Paphlagoniam*. Liquet
igitur Patriam Paphlagoniam propter originem, non au-
tem propter natiuitatem appellari. Hinc *Zacharias Lypelous*
ne duas S. Mamanti Patrias tribueret, sic scripsit. *Mamas*
C *magnus & insignis Martyr Christi è Paphlagonia* ORIVNDVS.

Nec reticeri debent quæ laudatus *Metaphrastes* scripsit de
S. Papylo Martyre sub initium, hæc inquiens. *Ex ijs ergo,
qui hæc Martyrij peregere certamina, validæ quoq; Ecclesiæ co-
lumnæ, & fundamenta Carpus & Papylus noscuntur, quorũ vter-
que in clara quidem Patria, nempe Ciuitate Pergamena, ex val-
de autem pijs natus parentibus, eis quoq; conuenientem vitæ o-
stendit rationem*. Sub medium verò cum S. Papylus ab Vrbe
Thyatirensi, cuius Ecclesiæ erat Diaconus, ad Sardensem
fuisset adductus, & a Sardensi discedens ad Pergamenam
peruenisset, sic habet laudatus Metaphrastes. *Cum autem
D diuinum sibi curasset Papylum* (Valerius) *perinde ac si nunc sum
primum aspexisset, rogauit, quinam essent parentes eius, quænam
Patria, & quænam esset Martyri scientia. Sanctus autem iam,
inquit, discere potuisti me esse natum ex ingenuis parentibus. Sum
enim ortus Thyatiris*. Ita Metaphrastes. Qui igitur fieri po-
tuit, vt Papylus & Pergami & Thyatiris fuerit natus? Cen-
set ne Metaphrastes Papylum habuisse patriam originis Per-
gamũ, & natalẽ Thyatiras? an ortũ fuisse Pergami, & Thya-
tiris habitasse, vel fuisse profectum?

Aliud

Aliud commento huic affine à Latinis Actis mirum quantum abhorrens, penes laudarum *Metaphrastem* irrepsit in *Actis SS. Cosmæ, & Damiani*: ridiculam namq; texit historiam, & obstinatã inter Sãctos fratres contentionẽ de tribus ouis: mox fabulosum Camelum inducit, qui voce humana loquutus fraternas iras, ac discordias tandem extinxerit. Id quod aduertit *Eminentiss. Baronius in Notis ad Martyrolog. die 27. Septembris*, hæc inquiens. *Extant apud Metaphrastem Kalendis Nouembris, sed erroribus scatent, longeq; diuersa à germanis sincerisque rebus gestis ipsorum Martyrum, sicut & ea, quæ inscribuntur nomine Metaphrastis &c.* Et paucis interiectis. *Nihil habetur de ridicula illa & obstinata contentione inter eos tribus ouorum causa oborta, sicuti nec de camelo voce humana loquente.* Ex his facile velim intelligas Sanctorum Acta apud *Metaphrastem* in multis deprauata, erroribus item referta apud cordatos viros audisse. A

Illud quoq; adijciendum venit, quod de *Metaphraste* scripsit laudatus *Baronius ad annum* 316. sic inquiens. *Sed apud Metaphrastem nequaquam in omnibus noscuntur esse sincera acta S. Basilij; cum tamen alibi fateatur apud se habere acta peruetusta, quorum fidem si ille secutus fuisset, maiorem fidem meruisset.* Idipsum de eodem ego dixerim, si enim *Latina Acta S. Agathæ* sectatus fuisset, eorumq; fidem ac seriem obseruasset, non ita lapsus fuisset, & quę posteris scripta dimisit, maiorem certè fidem sibi vendicarent. B C

Epistola Catanensibus adscripta spuria ac supposititia redarguitur.

CAPVT XV.

Actum erat de causa, nisi spurias ac supposititias literas subdidisset *integes* (vt rei suæ fidem vndequaq; commodaret) & Græcos Codices cum Catanensi Epistola permiscuisset. Ne tamen plus iusto videatur controuersus, neue de suscepta, opinor, causa se facilè depelli patiatur, *Abbatis Pirri* censionem, veluti statumen, sufficit. Ait ergo fol. 184. *E per fine scriue il Pirri. Gl'istessi Catanesi congratulandosi co'i Palermitani d'hauer Carlo d'Angiò disfatto l'assedio; gli scrissero vna lettera: la quale nell'Archiuio della Chiesa di Giorgenti si ritroua nella Cronica M. S. delle cose di Sicilia: ou'e' riposto questo* D

prima

A *principio. Panormitanæ Vrbi Ciuitas Catanæ reuerentiam & salutem. Fælix & Inclyta Vrbs, Nobilis, & Præclara, Caput Regni, Exemplum fidei, Patria Principum, Sedes Regum, leua in cælum oculos tuos &c. E per non trascriuerla tutta, nel fine aggiunge. Ne obliuiscaris inter omnes tuæ virtutis actus laudabiles, ad defensores insigni pro tutela suorum illius Sacratæ V. Agathæ, quã in te ortam fama prædicat, & scriptura declarat, vexillum erigere, quæ in Christo Iesu Martyrio coronata liberationem Patriæ impetrauit. Dat. Catan. anno* 1325. sic Inueges.

Intolerabilis profectò res est mendacia loqui, vt scribit *Menander Poeta Comicus*; longè autem intolerabilius est B Scriptorem serijs intentum nugas pro nucibus venditare, quin & falsa veris interserere, vt sic incautorum mentes fa-ctorum suppositionibus circumscribat, & per suauiloquium legentium animis falsiloquium effundat. Mihi etenim, vt & cordatis quibusq; viris, nedum suspecta est, spuria, ac suppositiția eiusmodi Epistola Catanensium nomine conficta, sed etiam in falso certissimè: neque enim eò ruditatis quispiam processerit, vt Catanenses præter ingenium adeò errasse existimet, aut tam indecorè, imò & seruiliter Panormitanis assentiri blandirique voluisse. Vt enim ex insueta C Salutationis formula conficta à *Lysimacho* Ptolomæi Regis literas subodoratus est *Pyrrus apud Plutarchum*, ita non minus apud rectè sentientes suspecta falsitatis est Catanensium nomine, per bene doctam fraudem conficta hæc Epistola; siue namque salutationem inspicias, siue titulorum attendas congeriem, siue clausulam spectes, siue tandem scribendi formulam sentias, illicò dissimillimam à ceteris, quotquot à Catanensibus scriptæ circumferuntur, Epistolam agnosces: dissimile initium, dissimilis exitus; taceo de Argumento, mitto de stylo ac diuisione, quæ certè varietas ac dissimilitudo Epistolam prodit, ac subuertit, falsitatis tandem redarguit.

D Quia tamen de suppositițiæ huius Epistolæ notis non semel sententiam dixit eruditus *Carrera*, Omnia ac singula, quæ in illa adstruuntur, ex industria refellens profligansque, Epistolæ item penetralia quæque versans ac reuersans (hæc porrò dissimulare, indiscussaque præterire non debuit *Inueges*) omnis de cætero super hac re gratis à me suscepta videbitur disceptatio, quasi reiectam iampridem causam velim denuò in forum producere, quam ex antiqua formula hoc *lib. 2. fol. 304. & seq.*

Q vnico

vnico verbo sufficit exarmare; *Falsa est: Reijcio*. A

Vt tamen summa quædam capita, veluti papauera, decutiamus: Illud initiò dixerim; vox illa AGATHÆ, in qua totius stat summa victoriæ, in primigenio exemplari desideratur. Codicem ipsum appello, & Autographum, vnde Panormitani commentitiam hanc epistolam transcripsere, transcriptam diuulgarunt. Extat porrò Codex iste etiamnum penes *Illust. D. Nicolaum Placidum Branciforteum* Raccudiæ Comitem, ac Leonfortis Principem de Literaria Republica optimè meritum, inter *Philippi Paruta* Panormitani schedas ad illum deriuatus: quò fit vt, vel ex hoc, si cætera desint, magnopere prematur huius Epistolæ fides; & verbum *Agatha* ab Aduersarijs de suo marte, non absq; veri lapsione recenter adiectum (vt ea affectatione *Agatham* sibi vsurparent) omnem suppositiitiæ Epistolę tesseram decoloret. B

Iam: verba illa, *Quam in te ortam fama prædicat*, Agatham nequaquam spectant, nec poterunt vnquam spectare. Audi. *Agatham* Panormi natam nunquam traditio docuit, nulla sibi fama prædicauit. Benè tamen *Catanæ ortam* Ecclesiastica Breuiaria proclamant, Romani Pontifices testantur, Greci Latiniq; Scriptores affirmant, Panormitani tandem ipsi fatentur, id quod infra sequenti cap. luculentiùs euincemus. C

Erit igitur, fuitq; virgo illa Diua *Christina* Panormitanæ vrbis patrona, quam Tyri apud lacum Vulsinium (qui ab eadem Ciuitate nomen accipiens dictus est lacus Tyrensis) natam, ibidemq; denatam, cruciatibus affectam, omnes passim testantur, nec aliam fore ab ea, quæ Panormi habetur & colitur, Panormitani ipsi contendunt. Non defuere tamen probè nòti Auctores, qui *Christinam* Panormi natam, ex quo Corpus eius ibidem requiescit ac colitur, quæue vrbis eiusdem tutelare est Numen, euulgarint, posterisq; vt eadè scriberent, ansā præbuere; singulos quosq; côpellat laudatus *Carrera fol.* 332. *& seq.* Hęc igitur Diua Virgo, cuius ope malorum iliades, quæ Panormo frequentius accidere, sedatæ sunt, cuius item patrocinio rerū feliciter gestarum euentus adscribuntur, è cuius tandem intercessione bona omnia Panormitani cognoscunt accepta, Panormi orta prædicatur, in sexcentis malorum infortunijs Panormi liberationem impetrauit. Præfuisse verò *Agatham* Panormi liberationi, aut patrocinio, Vrbemq; illam *Agathæ* meritis seruatam incolumem, aut a calamitatibus in pristinam dignitatem asseruatam nemo D

A mo vnquam dixit, nec erit dicturus, opinor.

Et tandem, Anni nota ad Epistolæ calcem aliunde accessit aliena manu artificiose intrusa. In primæua siquidem papyro desideratur illud *Dat. Catanæ anno 1325.* Epistolæ exemplar primigenium absq; nota vlla temporum clauditur, nec ad id demostrandum opus est alia probatione: nec possum non reprehendere aduersariorum audaciam, qui cum nostris obiectis satisfaciendo non sint, præcidunt, demunt, addunt, mutant ex suo libito quod vel tueri, vel excusare non valent: male cauti, qui dum sic firmare quæ volunt existimant, confundunt omnia, singula quæq; deturpant.

B Hæc ad fictæ ac supposititiæ huius Epistolæ falsitatem euincendam factura satis opinor, quando ad illam arietandam ipsa *Pirri* censio, quem *Inueges* auctorem compellat, (ne alias in furto deprehensus criminis penas daret) par sit, & satis. Scribit inquam Pirrus in Panorm. Eccles. Not. fol. 56. *Coronidis loco addam. Catanenses ipsos cum Panormitanis de soluta Caroli obsidione gratulatos eam perscripsisse Epistolam, quæ in Tabulario Ecclesiæ Agrigentinæ reperitur in Chronico rerum Siciliensium M. S. cuius autographum apud se habet P. Nicolaus Antonius de Fidericis Congregationis Oratorij Mazariensis vir pietate & eruditione clarus.* Ita Pirrus. Recte sane, & cohærenC ter aquam de pumice postulans.

Verum quis adeo vecors, aut ignauus, vt facilè credat Panormitanos rerum suarum adeò indiligentes, vt eximiam hanc Epistolam suæ ipsorum pietatis, fidei, rerum feliciter gestarum, bellicæ tandem virtutis testem sempiternam, sic despicabilem habuerint, ac flocci fecerint, vt nec prototypum penes se seruandum duxerint, nec eiusdem exemplar in tabularia redigendum exscribendumque curauerint? Credi ne potest autographum apud Agrigentum reperiri, in Panorm. verò tabulario desiderari? detritum ne æuo, an casu aliquo deperditum, an furto sublatum? tam vecors ne
D & indiligens *Valguarnera*, qui cum Græcos Codices apud exteras regiones lustrauerit, Europæas Bibliothecas omnes volutauerit, Publica priuataq; librorum repositoria non semel percurrerit, vt prætensam Agathæ ciuilitatem vndequaque comprobaret, & vt ipse eloquitur apud Inueges fol. 207. *Euolutis omnibus Bibliothecis*, apertius idē Inueges, *combattuta con l'armi di tutte le Librarie di Sicilia, Italia, Francia, Spagna, Germania.* Latinam hanc epistolam in Patria ignorarit?

quo fato factum, vt tam diligens Scriptor rerumq; suarum explorator studiosissimus epistolam hanc tacuerit, harpocratico imò lethæo silentio amandarit? nonne tam nobile Epistolam Panormitani lapides de parietibus prædicassent? Silentium igitur *Valguarnera* viri alias eruditi, rerumque studiosi, fabulosam fore hanc epistolam altè inclamat, Orestis somnium esse, verissime eloquitur. A

Traditio, quòd Agatha Panormi nata sit, à vero abhorrens, in falso certissima conuincitur. B

CAPVT XVI.

CIrcumseptis iam effugijs omnibus ad Arcem Traditionis se recipit *Inueges*, a iure scripto transitum faciens ad non scriptum; à Græcorum Codicum fide, Latinæ item Epistolæ tricis, Traditionis auctoritati se implicat; vt vel sic collapsæ iam causæ statumen sufficiat & præsidium. Sic enim ait fol. 184. *Il Valguarnera non fece gran forza nelle Antichissime Traditioni, che la Città di Palermo conserua in difesa di questa gloriosa nascita, cioè la Casa, oue S. Agata nacque hoggi Chiesa di S. Agata delle mura; la Villa, oue si ricreaua, hoggi Chiesa di S. Agata della Guilla; Il Sasso oue impresse il suo santo piè, quando caualcò: hoggi Chiesa di S. Agata fuori la Città; e la Porta di S. Agata, d'onde vscì per andar in Catania &c.* C Et fol. 185. hæc subdit. *E poiche queste antiche Traditioni li Catanesi constantemente negauano, il Valguarnera da Roma subbito scrisse in Palermo, e quì per autorità dell' Arciuescouo presi 70. Testimonij de più vecchi: li quali furono e Palermitani, e Forastieri, & anche Catanesi. Questi con vna authentica procura del Senato Palermitano furono con ogni prestezza inuiati al Cardinal Terranoua: affinche al Sommo Pontefice Clemente VIII. & alla Sacra Congregatione si rappresentasse. Quarum traditionum,* dice il Valguarnera, *ad maiorem Auctoritatem (quia illas Panormi vigere negabant:) 70. seniorum vrbis fidem, cum Ciuium, tum Exterorum; quin etiam Catanensium coram nostro Archiepiscopo iureiurando adactorum, Romam Panormitani descriptã miserunt,* D

Verba ista, quantum capio, quantum sapio, illud videntur importare, quòd scil. apud Panormitanos constans sit, & antiqua Traditio *Agatham* Panormi ortam, ibidemque

domum

A domum etiam nunc extare, in qua Diua Virgo nata sit, eodem in loco, vbi hodie eidem Virgini sacra Ædes cessit, vulgo *S. Agatha dell: mura*. Vineæ aream, in qua delitiabatur, Saxum illius vestigia præseferens. Portam deniq; per quam egressa est, cum Panormo Catanam deferretur.

Singula quæso eodem, quo *Inueges* expressit ordine, percurramus. Traditionem initiò, mox reliqua lustraturi.

EXCVRSVS PRIMVS.

Traditio, quam obiectant Panormitani, commentitia, B imò merum figmentum redarguitur.

NOn omnis Traditio recipienda est, sed quæ tanquam aurum ad lapidem lydium probata: alias inanis erit fallacia, vt ait *D. Paulus ad Coloss.* vel anilis fabella, vt scribit *D. Hieronymus*. Hinc factum opinor, vt eruditissimi quique sacræ antiquitatis professores traditionem duplicem constituerint, veram vnam, vanam alteram. Vera est, quæ solida, & antiqua, quæue in Ecclesia illa (loquor de priuata alicuius Ecclesiæ traditione, non de vniuersali Catholicæ Ecclesiæ, in quam orthodoxi omnes cum Ecclesia vniuer-C sa conspirant) passim viguit, ab omnibus recepta. Vana autē quæ fallax, quæ inanis, fabulisq; anilibus proxima. Qui igitur fieri potuit, vt Panormi traditio de *Agatha* natiuitate vera sit & solida, quādo nec originis solidæ est, nec antiquitate firmata, sed nuper à *Valguarnera* rem suam agente, quiue *Agathæ* ciuilitatem affectabat, per summam cōtentionem deducens exordia? Porrò non ante *Valguarneram* ante id tēporis *Agatham Panormi ortam* nunquam auditum, nec à quopiam scriptum, dictumue, si vnum excipias Græcum Scriptorem, quem in suos libellos intulere *Lippomanus & Surius*, D de quibus inferius. En antiquitas & primordium traditionis: quis igitur à suspicione & censura supposititiæ poterit illam vendicare?

ad Algas. epist. 151.

Dein, neque in patria Panormo concors omnium consensus, plures contra sunt, euertuntq; probi doctiq; Panormitani. *P. Ioseph Cicala* è Clericorum Regularium albo, quos Theatinos appellant, eximius verbi Dei Preco. *Hieronymus Branci V. I. D.* ab antiquiori eruditione comparatus. *Petrus de Cardona* Collisani Comes à *Christophoro Scobar*, *Lucio Ma-*

rinæo, & alijs digno ſanè commendatus elogio, *Petrus Ranzanus* ex Illuſtriſſima Prædicatorum familia, Luceræ Antiſtes, Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter, omnigena ſcientiarũ doctrina refertus, *Petrus Ieremias* ex eodem Inclyto Prædicatorum Ordine à pietate non minùs quàm à literis celebratus, quorum cenſiones verba item exſcribit non ſemel A
fol. 371. laudatus *Carrera* nos ab hoc labore præripiens: omnes aut Catanenſem Agatham edicentes, aut illius Patriam ſilentio prætereuntes, nullibi tamen Panormitanam affirmantes: affirmaſſent profectò, nec diſſimulaſſent, ſi, quam confingit *Inueges*, apud Panormitanos extitiſſet Traditio.

His adnumerauerim *Octauium Brancifortium*, eumdemq; B Panormitanum, Cephaludenſem primùm, mox Catanenſem Antiſtitem, vt genere, ſic ingenio, editis tandem libellis Illuſtriſſimum: hic in libello, cui *de Animorum perturbationibus* nomen fecit, hæc ad rem ſcribit. *Triumphaſti, Agatha,*
par. 2. lib. 1. sect. 8. *& Quintianum omni dominatu, quo in totam Prouinciam, quoue in PATRIAM TVAM CATANAM crudeliter graſſabatur, expoliato, ipſum quidem aquis primò ſubmerſum, tum ignibus æternis addictum in Tartara detruſiſti. PATRIAM verò TVAM, ac Siciliam vniuerſam in tuo patrocinio ac tutela ſuſcepiſti.*

Nec extra lineam habendus eſt *Bartholomæus Bonannus*, & C ipſe Panormitanus, ex Academia Accenſorum, vulgò il Trauagliato, qui in libello *Rime e Poeſie Italiane* edito Panormi apud Io. Matthæum Mayda anno 1571. Marchioni Piſcare Siciliæ Proregi nuncupato, ita de S. Agatha canit fol. 65.

A Santa Agata.

Qveſta mente Signor, e queſta voglia.
Inſiammata del tuo diuino ardore,
T'offeriſco con puro ardente amore,
Omai ſpreggiando queſta frale ſpoglia.
A darti eterne lodi ogn'hor ſi ſcioglia
Mia lingua, e'l cuor, ond'habbi eterno honore, D
Vſcendo di queſt' alma ogni valore,
Che del carcer terreſtre hora ſi ſpoglia.
AL POPOL OVE IO NACQVI, OV'HOR TI DONO
LO SPIRTO, ſtano i duri lacci ſciolti
Del nemico, e de falli habbi in perdono.
Così (dicea) piena d'interno zelo
AGATA, hauendo al ciel gli occhi ſuoi volti,
Tinto di roſe il bel candido velo.

Iam

A Iam, quæ traditio est ista, quam *Benedictus dell'Vua* ex præclarissima Cassinensium Monachorum familia, idemque externus homo, ac Capuanus, egregie carpit, hæc inquiens in Opusculo de quinque Prudentibus Virginibus.

Che fosse di Palermo E FOLE ESPRESSA,
Anzi non l'osa dir Palermo istesso.

Quæ igitur mendaci famæ sit fides? quando *Agatham Catanæ ortam* constantissima ad nos vsque deriuata docet Traditio, plurimis confirmata Romanorũ Pontificum, Breuiariorum, Siciliæ vniuersæ, quin totius Italiæ, Europæ etiam dixerim, Auctorum, Scriptorumue censionibus? id quod egregie, & verè vt alias semper, edixit doctissimus *P. Cinagus* apud *Carreram*. vbi prædictam de Traditione fabellam carpens, hæc ait. *Respondemus, mirari nos vehementer audere vos hoc caput tractare, cum si Sicilia vniuersa Romæ loqui posset, dictura sit, quod & dixit olim, semper & nunc clamat S. Agatham Catanæ ortam: spondeo, promitto, testor me hoc probaturum vniuersæ Siciliæ vocibus, scriptis, & traditione, si paucos forte exceperis, eosque solos, vt arbitror, Panormitanos.* fol. 131.

B

Nec his inferiora rescripsit, replicauitq; apud eumdem *Carrer. fol.* 133. cuius verba præstat exscribere. *Respondemus, sæpè nos dixisse, & à nobis esse TRADITIONEM contrariam, & plurium confirmationum ex Romanis Pontificibus, & Breuiarijs, Siciliæq; vniuersæ vocibus, quin totius Italiæ, Europæ etiam dixerim, totq; Auctorum, quos in Commentario illo nostro palam adduximus, qui si ea ipsorum tam constans, tam vera, tam vniuersarum traditio fuisset, procul dubio illud, idest Panormi, non Catanæ ortam posteris reliquisset.*

C

Quis deniq; cordatus traditionem hanc credat, quando *Metaphrastes*, è cuius fonte riuulus iste per *Lippomani* ac *Surij* tubos, *Tuccij* item fistulas deductus, si credimus Aduersario fol. 179. ad *Valguarneram* deriuauit anno 1598? Græci tandem Codices, Sfortianus, Vaticanus, ceteriq; huius generis libelli, numero quidem plures, re tamen vnus, vt alibi satis probauimus, in tenebris ac fuligine delitescebant, ad lucem euocati anno 1600. quò primum de Agathæ Patria, *Valguarneræ* artibus Romæ cæpit disputari? Sane Traditio originis solidæ est, & firmata antiquitate: & vt pius quidã vir ad rem fere similem spectans dicebat. *Traditio est earum rerum, quæ post deuoluta secula viuam, vegetamq; seruant veritatum antiquarum memoriam.* Nam permagni interest nosse

D

a quo

à quo, & quando quidpiam traditum ſit. Hęc omnia, quàm A
fictum falſumq; ſit quod de Traditione apud Panormitanos iactatur, vel me tacente, loquuntur, & qui rectè ſentiunt haud dubiè intelligent.

EXCVRSVS II.

Traditio de Domo, in qua D. Agatha Panormi nata conijcitur, vtpote fabuloſa refellitur.

DEturbata iam malè feriata Panormitanæ, de Agathæ B
ortu, Traditionis compage, qua tanquam fundamento firmiter immobilis ſtare putabatur aduerſariorum cauſa, hiantibus vndequaque commiſſuris, vt vidiſti: modò quàm longe abſit à ſilice quadratoque veritatis lapide commentum illud ac figmentum de Domo, in qua Diua Agatha Panormi nata gratis aſſeueratur, paucis erit oſtendendum. Sic etenim inquiebat Inueges. *Cioè la Caſa, oue S. Agatha nacque: hoggi Chieſa di S. Agatha delle Mura*; Et ante eum Valguarnera penes eumdem Inueges fol. 185. *Miſſas facimus traditiones omnes noſtras, ne cui fortè leuiores videantur, quòd ſuam Panormitani Ciues D. Agatham aſſeuerant. DOMVM in qua illa* C
Orta eſt &c.

Verùm eadem facilitate, qua confictam *de Agatha Natiuitate* Panorm. traditionem arietauimus, eadem, imò maiori, commentitiam hanc de domo, in qua Diua Virgo nata ſit, fabellam animaduertimus. Si enim Panormi nata non eſt *Agatha*, ſi de illius apud Panormum natiuitate nullibi gentium fuit, eritq; Traditio; qui fieri poterit, vt, in qua Diua Virgo nata ſit, Panormi domus conſtituatur? aut antiqua de nouiter fabricata hac domo vigeat traditio? quis in animum hæc induxerit ſuum, vt fidem ſuam illis implicet, D
aut implicare diſſimulet?

Iam *D. Vincentius Ferrerius* malè aſſutam hanc de Domo fabellam, nec in ſua ipſius ſtructura conſiſtentem redarguit, Palatium, in quo Diua Virgo Catanæ nata eſt, ita deſcribens. *Cum eſſet nobilior genere, pulchrior corpore, & formoſior Ciuitatis Catanenſis, & mortuis parentibus remanſit hæres illius MAGNI PALATII Patris ſui, quæ exemplo Chriſti dimiſit Palatium Patris, & ornamenta, & vaſa aurea, & argentea, & reſtrinxit ſe in quadam parua domo, vt ſimplex perſona.* Hoc

autem

A autem Palatium, siue domũ in qua Catanæ nata est *Agatha* in ea vrbis regione; quæ nunc la Ciuita nomen habet, in *Area Iacob*, non longè à Templo B. Virginis Gratiarum aliàs extitisse, ex antiqua patrum nostrorum traditione testatur pijssimus iuxtà ac doctissimus P. *Colnagus* de mendacio nequaquam suspectus, apud *Carreram fol.* 126 hæc loquens. *Aiunt Panormi B. Agathæ ostendi domicilium: Respondemus, & nos Catanæ domum eius habere in regione, quam nunc vulgo dicunt Plateam Iacob, non longè à Templo B. Virginis Gratiarum.* Et iterum fol. 132. hæc ait. *Nos item domum ex traditione ostendimus, vt Vicum S. Mariæ à Gratijs in regione, quæ vulgo* B *Platea, seu Area Iacob dicitur; Palatiumq; satis locuples Catanæ eam habuisse interpetramur ex S. Vincentio &c.* Mox folio 139. hæc subijcit. *Secundò negant nos Catanæ domum B. Agathæ habere. Respondi ipsis falli; aiunt, non videmus: veniant mecum Catanam, & ostendam.*

Plura ad rem cãdem quadrato vt aiunt, lapide stabiliendam maiorum testimonia cumulat eruditus *Carrera fol.* 127. *& vltra*, ipsum consulas, ne aliorum calamis paginas videar deinграsse.

At, esto fuerit Panormi *S. Agathæ* parentumq; domicilium, quid tum postea? ita philosophatur laudatus *P. Colnagus* fa- C ma, eruditione, & virtute notissimus *apud Carr.* nonne etiã hodie in more positum est, vt nobiles patritijq; ordinis viri, quales erat Agatha, non vno in oppido, vrbeue domos habeant? non est igitur, cur hisce speciosis innixas basibus Panormi spectare credat *Inueges*, aut ad primum conspectum ex rei nouitate eruditorum obstupescant ingenia, quando sua ipsorum vanitate difflatas in bullas euanuisse cordatus lector aduertit. *fol.* 132.

EXCVRSVS III.

D Traditionem de Templo D. Agathæ à Guidda apud Panormitanum Catanensium causæ non officere demonstratur.

PErgit *Inueges*, Agatham Panormi natam vel ex eo coniectans, quia Panormi Templum in nostræ Virginis honorem eo cesserit loco, vbi paternam illius Villam sitam fuisse Traditio est, quod nostra adhuc ætate *D. Agathæ à*

Guidda nucupatur, sic enim ait. *La Villa oue si ricreaua: hoggi Chiesa di S. Agatha della Guilla*, & ante eum dixerat Val- A
guarnera, *Vinea aream, vbi nunc Ecclesia de eius nomine est*
condita.

Atqui pium hoc commentum ac desiderium, quo sibi *Agatham* adsciscere contendunt aduersarij, non inanibus fo-
uendum, sed veris, aut saltem probabilibus fuerat fulcien-
dum, ne nobis nec dum præliantibus triumphus relinquatur.
Quæro igitur ab *Inueges & Valguarnera*, quanam fide id as-
seuerent? quonam Scriptorum testimonio id stabiliant? qui-
bus testibus id conficiant? Quòd si illos ad hæc audenda au- B
cupium illexit nomenclationis *GVIDDA*, perinde ac si Vil-
lam sonaret *D. Agathæ*; certè eos fefellit; nec enim ea vox
apud Siculas aures Villam importat, aut simile quidpiam,
si peculiarem Siculæ huius Vocis *GVIDDA* pensitemus.

Sed esto *Villam* sonet; quonam argumento, saltem To-
pyco, probari poterit inibi sitam vnquam fuisse Agathę Vil-
lam? rem sic plane conficio. Templi huius area à Guilla
nuncupati iuxta antiqui Panormitani Portus oram, vel po-
tius saxeam crepidinem extitisse videtur, ac propè meditul-
lium vrbis (quæ quidem longior erat, sed non admodum
lata) igitur eo loci frequentissimæ omnium extructę fuerint C
Ædes ad inhabitandum necesse est: igitur non ibi, sed alibi
Villa erit situanda, ac confingenda.

Scite id ante nos obseruasse visus est eruditus *Colnagus* a-
fol. 133. pud *Carreram*, hæc inquiens. *Respondemus eadem, quæ ad su-
periorem coniecturam, aut, quam volunt, traditionem, vnde
Villam ex eo manifestè probauerint, quod S. Agathæ Villa fuerit,
cum hodierno tempore in vrbe sit? & olim nondum iam amplifi-
cata Ciuitate haud longe abfuerit ab vrbe?*

Præterea, Panormus non infrequens Ciuitas sed sanè ce-
leberrima semper audijt, si credimus *Valguarnera & Inueges*
in editis à se Libellis; illi *de Origine & Antiquitate Panormi*, D
huic in sua *Panormo Antiqua, & Sacra*: quò fit, vt vrbis illius
ea maxime incoleretur regio, quæ antiquior erat; quæque
hinc atque illinc tutissimis duorum Portuum longisque se-
cessibus concludebatur, id quod inspicias licet ex Iconica
descriptione veteris Panormi ad vmbilicum libelli eiusdem
Valguarnera excusa. Quòd si nostro hoc æuo Portus illi sint
appellati, *Agathæ* tamen ætate, longeq; post ad Iustiniani
vsq; tempora incolumes extiterunt, ac nauigabiles. Quæ
cum

A cum ita sint, nulla ratione *Villam D. Agathæ* ibidem esse potuisse liquido satis apparet.

Igitur Templi huius cognomẽtum *S. Agathæ à Guidda* aliunde deriuatum facile est coniectari. Probabile dixerim (si Guidda Villam importat) à Gallis Siciliam in imperio tenentibus nomen illud originem sumpsisse: cum etenim Carolus Rex S. Ludouici Galliarum Regis Germanus frater Siciliæ sceptro potitus fuisset, eaque de causa Gallorum frequentia Panormum commigrasset, factum reor, vt vrbem illam vernacula lingua Galli Villam nuncuparint: solemne est apud Gallos vrbes etiam celeberrimas Villas appellari:
B id quod aduertit *Andreas Alciatus in l. fundi appellatione 211. ff. de verb. signific.* hæc inquiens. *Vulgò tamen in Gallia Villas etiam Ciuitates dicunt*. Sic celeberrimam toto orbe Parisiorum vrbẽ *Villa de Paris* appellant. Et quoniam fortasse *D. Agathæ* Templum id ætatis non vnum erat Panormi, hinc, vt apud ipsos discrimen constitueretur, Templum hoc intra Pomærium *S. Agathæ à Villa* nuncuparunt.

Iam, nomen, *Guidda*, neque vni huic Templo ingenitum fuit, neque exiguis eius circa finibus continetur, sed longè lateque per finitimum vicum diffusum haud ignobilem antiquioris vrbis regionem suo affecit cognomine; præsertim
C verò Conuallem illam, qua maris sinus ad Papyretum pertingens influebat, stationemque nauibus tutissimam præbebat: sed ea consequentium temporum successu sub inde oppleta ab amplificata vrbe Gallicum Villæ nomen facili negotio sibi asciuit. Ædemque *S. Agathæ* cognominem sibi fecit; ad eum planè modum, quo Templum *S. Agathæ* in Suburra Romæ appellatur, vt inter hoc alterumque Romanum *D. Agathæ* fieret discrimen.

Nec me temere locutum, aut extra lineam versatum redarguas: dabo fidei meæ sponsorem *Thomam Fazellum* hæc decade. 1. lib. 7. cap. 4.
D inquientem. *Turbæ quoque, quæ Maionem sequi debebat, quosdam immisit: ipse verò cum paucis ad Portam vrbis, quæ S. Agathæ de Guilla eo tempore dicebatur, quæque hodie ampliata ea parte vrbe, nulla est, exeuntem ab Archiepiscopo Admiratum præuenire proposuerat.*

Sed estò, habuerit *D. Agatha* Panormi Villam: sit in illius area Templum, quod aiunt ædificatum, quid inde? numquid ex hoc inferri potest ad eam, quæ de natali illius patria suscepta est, disputationẽ? non equidẽ, quid enim repu-

gnat nobilissimos viros diuitijs& auctoritate præstãtes,quales erant *B. Agathæ* parentes & consanguinei, non in vna dumtaxat vrbe, non in vno tantum loco, Fundos, Agros, Nemora, Villas habuisse? plane nihil: habemus & nos Catanæ agros, villas, feuda tandem *D. Agathæ*, vt toties dicebam, & laudatus *P. Colnagus* testatur apud Carreram. *Quæ dicunt apud se in agro Panormitano haberi, in primis hoc non ostedent certa fide, vt nos non longe ab vrbe nostra digito indicare possumus, quem fundum hodie vulgus Bonuicinum appellat, & B. Agathæ patrimonij partem non obscura populi voce traditum. Deinde potuit virgo opulentissima nõ vno in loco fundum, agrum, nemora possidere*. Quòd si quis fidem nostris hisce asseritationibus non implicet suam, veniat mecum Catanam, & ostendam. Si igitur ex Villis ad Patriam liceat inferre, potiori iure Catana *Agathæ* patria dicenda est,quæ & domum, in qua Diua Virgo nata est, & agros eiusdem, & feudum *Bonuicini* nomine nuncupatum ostentat, extantes hodie vel inuitis occurrũt, suasque etiamnum linguas habent,quibus veritatem hanc, vel me tacente, loquuntur. fol. 127.

EXCVRSVS IV.

Traditio de Porta, vnde D. Agatha Panormo egressa Catanam maturauit, expenditur.

Porta tandem illa vrbis Panormi, quæ hodie ab *S. Agatha* appellatur, ad Vulturnum opposita, aditum aperuisse videtur Panormitanis, vt possent tutò asserere Agatham Panormitanam, quia è Porta illa fuit olim egressa Sanctissima Virgo, cum a lictoribus Catanam deferretur, quorsum enim id agnomen illa acceperit,nõ videtur alia assignari potuisse ratio: sic inquam rem plane confectam opinatur *Inueges fol. 184.* hæc scribens. *Il Valguarnera non fece gran forza nelle antichissime traditioni, che la Città di Palermo conserua in difesa di questa gloriosa Nascita: cioè la Casa, E la Porta di S. Agata, d'onde vscì per andare in Catania*. Aptius sanè scripserat *Valguarnera*, quem exscribit doctissimus *Colnagus* apud *Carrer.* hæc inquiens. *Primùm nimirùm ostendit vrbis Portam, vnde egressa S. Agatha Catanam petijt, vt non sine causa S. Agathæ nomen inuenerit*. fol. 128.

Apagè quàm rectè, *Agatha* egressa est è Panormo, igitur

Agatha

A Agatha est Panormi nata: quis nouus Logicus hanc argumentandi formulam adinuenit? Iam Portæ illi nomen à *S. Agatha* factum sit; quid inde, ergo Agatha Panormi nata? nego. Romæ Porta, quæ Tusculum ducit, *S. Ioannis* dicitur, ortus igitur Romæ fuit B. Ioannes? quis inquam hæc dixerit, nisi quem in solis lumine cæcutire delectat, & in via aberrare.

Ad hæc: Porta ista veteri æuo, quando Panormitana vrbs nondum fines suos laxius, vt modò, protulerat, nec eius mænia peramplius fuerant prolata, vbi nam loci extiterit, incompertum est eidem *Vaiguarnerę* in libello *De Origine & B antiquitate Panormi*: necessario igitur fit, vt neq; constare satis possit eam extitisse Panormi Agathæ ætate.

Dein: qua fide id dixerint Panormitani, Portam scilicet istam ideo S. Agathæ cognomen indeptam, quia inde Virgo fuit egressa? cum certo certius fieri potuerit nomenclaturam istam illinc deriuatam, quia inde ad B. Agathæ proximum Sacellum, extra pomærium situm nunc eatur, eadem prorsus ratione, qua sub annum Christi 1160. altera eiusdem vrbis Porta pariter *S. Agathę* appellabatur, eò quòd proximum huic extaret S. Agathę Sacellum intra pomeriũ, vulgo à Guidda nuncupatum: fides sit *Thomę Fazello* hæc in- decad. 1.
C quienti. *Ipse verò cum paucis ad Portam vrbis, quę S. Agathę* lib. 7.
de Guidda eo tempore dicebatur &c. In eamdem conspirasse sen- cap. 4.
tentiam visus est *Abbas Pirrus in Notit. Eccl. S. Panorm. ad annum 1309. in Bartholomęo II. Antioch. Panorm. Archiep. fol. 155.* Diploma quoddam datum Panormi in Archiepiscopali Æde iuxta Portam S. Agathæ commemorans, ijs verbis, *Potestate à Rege Rogerio olim indulta Bartholomęus tabelliones constituit ex suo diplomate dato in Archiepiscopali Æde iuxta PORTAM S. AGATHÆ anno 1309. mense Octobris.* An hinc etiam Agatha asseratur egressa, cum Catanam proficiscebatur?
D At hæc Porta ad Cauros erat obuersa, alteriq; Portæ ex diametro opposita, & ad crepidinẽ antiqui Portus. Vtrinq; igitur Agatha hinc nauigio, illinc equo pariter abducta Catanam asseratur?

Suffragio tandem sit *Fazellus* rem hanc plane definiens, decad. 1.
qui agens de Panormi Portis, deq; laudata S. Agathæ, nul- lib. 8.
lam de Diuæ Virginis per eam transitu egressuque mentionem habet, sic enim ait. *Tertia Porta à S. Agatha, cuius Ædicula ad passus circiter 200. ab ea dissidet, nomen suscepit.* Non

reticuis-

reticuisset profectò *Fazellus*, si inde egressam Virginem Agatham comperisset. Hinc conijcias licet, quàm eneruis sit excogitata ab Inueges Traditio: pium viri huius desiderium laudo, ex pietate tamen Traditioni ad veritatem robur accedere constantissimè negauerim. A

Anniuersaria ad Agatham Supplicatio Panormi quàm antiqua sit, animaduertitur.

CAPVT XVII.

E Triplici D. Agathæ Templo, duplici item Porta, ad annuam eiusdem Virginis supplicationem transit *Inueges fol. 185.* hæc inquiens. *In fine il generoso Caualiere per difesa di questa felice Nascita comparue nel sacro steccato armato di bellissime conietture, e verisimilitudini. Poiche prima apporiò, che tra le principali Processioni di Palermo vna fiera quella di S. Agata, della cui Institutione & origine non s'hà memoria: quas nōnisi Sanctis Tutelaribus, aut Ciuibus Maiores nostri decreuerunt.* B

Verùm *Inueges* suo se iugulat gladio, confodit argumento; sic enim ad hominem argumentor. Supplicationes nonnisi Sanctis tutelaribus aut Ciuibus Panormi fieri consueuerunt, vt S. *Christinę*, *Nimphę*, *Oliuę*, *&c.* Sed S. Christina Panormitana non est, vt res ipsa palam fatetur, & Panormitani non contradicunt, igitur *Agatha* ex hoc argumento non Ciuis dicenda est, sed solùm tutelaris, vt & *Christina*. C

Iam, quænam bona hæc consecutio, quinam bonus dialecticus ab ea rectè ratiocinando subinferat Virginem Agatham Panormi natam fuisse, quia in Vrbe illa annua instituta sit ad Agatham Supplicatio? si etenim ex annua supplicatione solida capi posset Natiuitatis coniectura, conijci itidem deberet eamdem *B. Agatham* Cremonæ Ciuitate Galliæ Cisalpinæ fuisse ortam, quippe illic pariter annuam supplicationem nunquam fuisse intermissam exploratissimum est. Quid ni *Callipolis* Ciuitas ad fauces Tarentini sinus posita, sibi *Agatham* adsciscat Ciuem, cui longè antequam Panormus singulis annis supplicare consueuit? Quid ni item Oppidum *S. Petri* à *Galatina* Callipoli proximum, eò quia solemniter Agathæ quotannis supplicat, eamdē sibi adscribat ciuem? Insuper *Capuana Ciuitas*, atque oppidum *S. Agatæ* Rhegio proximū S. Virgini Agathæ ex antiquis decretis D

in

A in annos ſingulos ſupplicant. O quot genuinas Patrias *Agatha* noſtra adnumeraret, ſi ex annuis Supplicationibus alicubi fieri conſuetis orta ibidem fuiſſet.

Et ne ad exteras oras diuertamus, in Sicilia noſtra ſiſtamus: nonne Meſſanæ? nonne in Alicano propè Meſſanam frequenti oppido? nõne Mazareni? alijſque Siculis oppidis perhonorificæ fiunt ad Agathã Supplicationes? Nimirum quia non vnã Catanã natalẽ patriã, vbi Scil. vitam hauſit, eamq; pro Chriſto profudit, patrocinio illuſtrauit, ſed Siciliã vniuerſam (quam ſuis nunquam non tutata eſt auxilijs) cadentem excepit, iacentem erexit. Id quod appoſitè teſtatum vo-
B luit *Petrus Siciliæ Rex*, dato Diplomate *Catanæ 12. Februarij* 1337. quo de *Ludouici* filij natiuitate lætabundus Catanenſes ipſos haud vulgaribus affecit beneficijs, hæc ad rem ſcribens. *Conſiderantes inſigne beneficium, quod Pridie Nonas Februarij in Ciuitate Catanæ, intercedente glorioſa Virg. Agatha, quæ TVTELA REGNI eſt, cuius titulo eadem Ciuitas inſignitur, de manu Dei ſuſcepimus &c.*

Nec eſt cur tãtopere de Annua iſta Supplicatione ſe iactet Panormus, quando poſt decretam ſibi patronam *Agatham*, ita ab incæpta veneratione defecit, vt annuam ſupplicationem intermiſerit, & niſi *Bartholomæus Petractius è Soc. Ieſu* ve-
C hemens in dicendo Eccleſiaſtes de ſuggeſtu negligentiam illam inclamaſſet, vrſiſſetq; exemplum Exemplaris Nobiliſſimæque vrbis Meſſanæ, quæ ſupplicationis cæremoniam ad Agathæ Lipſana ſemel inſtitutam nunquam abrupit, fortaſſe ſpes illi omnis appetendi Agathæ patrociniũ corruiſſet.

Sed quid in leuioribus iſtis nugamur, quando iactatæ ſupplicationis auctor & Inſtitutor fuit *Ill. Ioannes de Paternione* Catan. ciuis, ac Panormitanus Archiepiſcopus, qui *à Iulio II. Rom. Pont.* Cardinalitia ornatus dignitate, antequam illa cohoneſtaretur, è viuis ereptus eſt anno 1511. Hic ergo Panormitanorum Præſul Decretum publica Præconis voce
D proclamandum omnium primus demandauit, vt *B. Agathæ* dies Panormi feſtus haberetur, cuius Edicti exemplum ex Panorm. Archiepiſcopali Tabulario deſcriptum penes *Antonium de Amico* Regium hiſtoricum, eiuſdemq; Eccleſiæ Panormitanæ Canonicum, dum in humanis erat, aſſeruatum teſtatur *Carrera*. Quid ni Ioanne antiquiores Archiepiſcopi, *lib. 2.*
ijdemque ciues Panormitani Patriæ, vt facile eſt credere, *fol. 297.*
amantiſſimi, quales feruntur *Petrus de Sancta fide* ab anno 1278.

1278. ad annum 1284. *Octauianus de Labro* ab anno 1351. ad annum 1359. *Vbertinus de Marinis* ab anno 1414. ad annum 1434. *Simon Bononia* ab anno 1445. ad annum 1465. *Petrus [illegible]* ab anno 1545. ad annum 1558. idipsum non decreuerunt? an [illegible] oportuerit ab extero Archiepiscopo, eodemq; Catanensi, decerni? an quia ante id tempus in *Agatham* [illegible] non erat Panormitus? an quia suam esse Ciuem [illegible] *[illegible]* Archiepiscopi, Proceres, Magistratus Panormitani? an quia si fuisset dignus hic pietatis aculeus [illegible] corda non pupugisset? Quid quod annuis his supplicationibus frequentiores interfuit proceres alijque populares Catanenses Panormi degentes, quam ipsimet Panormitani? quorum omnium si pios religionis affectus dispicias, profecto digniores quantopere Catanenses Panormitanis praecedunt, illosque praecipua ac singularis in *Agatham* pietas indicat esse *Agathae* veros ac genuinos Ciues filiosque.

Nec mihi negotium facessit id, quod ad eneruandam soliditatem huius argumenti vim excogitauit *Inueges fol.* 213. Agathae venerationem vel ab ipso *D. Gregorij Magni* aeuo apud Panormitanos viguisse contestans: haec inquiens: *Ma non posso non ammirare, come Carrera habbia osato publicare in stampa quella graue ingiuria contro l'antichissima deuotione Palermitana verso la sua S. Agatha*. Et infra: *Ma il Fazello per [illegible] priuilegio da lui veduto, verifica, che in Palermo era, [illegible], & adoratione di S. Agata al tempo del Re Normanno Ruggiero, il quale come Conte cominciò à regnare l'anno 1105. e come Re l'anno 1139. e S. Gregorio Magno che alla sedia di S. Pietro ascese l'anno 590. fa [illegible] testimonianza, che alla sua antichissima [illegible] territorio Palermitano era e Chiese [illegible] veneratione di S. Agatha*. Quid enim commune habent Templa Agathae [illegible] cum annua supplicatione, de qua nobis sermo? plane nihil. Debuerat Assertor iste, fortiter responsurus, anniuersariam hanc, quam ab antiquo contendit, supplicationem [illegible] *Ioannis Paterno* Praesulatum certo certius consignare. Nec *D. Gregorius*, quem viget auctorem, aut *Fazellus*, quem vocat testem, id, quod ipse premit, affirmant. *Gregorij* verba haec sunt, vt ipse scribit: *Et ideo quae de possessionibus [illegible], [illegible], & Lubintano positis in Prouincia Siciliae Territorio Panormitano, de quibus inter praepositos Monasterij SS. Maximi, & Agathae, quod Lucusianum dicitur &c.*

Fazel-

A lius vero hæc habet. *Quarta Porta in eodē vrbis aspectu Rogerij & Guillelmorum Siciliæ Regum ætate, vt in eorum Priuilegijs legimus, S. Agathæ de Villa ab Æde eiusdem propinqua nomen habebat, quod pluribus ab hinc annis vna cum statu amisit*. Concesserim ego antiquiori æuo in Agathæ venerationem sacra Templa cessisse, Supplicationes verò ad Templa illa (quod nostra premit difficultas) ante Ioannis nostri Catan. ciuis ætatem institutas hoc æque constans firmusque negauerim.

Quòd si ex vnica in *B. Agathæ* obsequium instituta per singulos annos Supplicatione aliquid pro se deducere sibi persuadet Panormus, potiori iure id contendet Catana, quæ
B vni illi tres aut etiam quatuor opponit Supplicationes, & quidem celebriores, ac patriam pietatem ex animo spirantes. Quarum altera fieri consueuit die 17. Iunij ad perantiquam illius Basilicam, iuxta Carcerem, quem *S. Agathæ Veteris* nomine vulgus appellat, (huius annuæ Supplicationis causa fuit extinctæ pestilentię beneficium per Agathę merita impetratum, vt dicebam in mea *Catana sacra §. 70. fol. 267.*) Ducitur cum omnium sacrarum Familiarum religioso Comitatu, Clero, Senatu, populoq; circumfluentibus sacrū eius dextrum Brachium, in cuius peruigilij nocte præ ędium fenestris ardentes collucent faculæ, in plateis vicisq; plura
C excitantur incendia patrię pietatis in Ciuem suā argumenta.

Altera ad diem 19. Februarij, in repressi Ætnæi incendij memoriam instituta anno 1635. eodem penè celebrata ritu. Effertur in hac Agathæ Velum, quod proprium est illius amuletum: ducitur in Sacellum, vbi Virgo super ignem testasq; collocata Martyrium fœliciter consummauit.

Tertia celebratur ad diem 3. Februarij. Intersunt sacræ huic supplicationi nedum religiosæ omnes familiæ Ecclesiastico partim ornatu fulgentes, sed etiam omnium mechanicarum artium opifices suum quique Ferculum, vulgò *cilio*
D comitantes. Fercula autem sanè ingentia affabre elaborata trigesimum fermè numerum explent, singulorumq; se comitatum Artificem exprimunt officinas suis peculiaribus instrumentis ornatas; suus cuiq; cantorum chorus præcedit musicis instrumentis instructus, quousq. in Maximam *D. Agathæ* Basilicam introferantur: profitentur denique frequentissimus ordo Nauticus, Scholasticorum item Classes, qui liberalibus disciplinis publico Catanensi Gymnasio operam nauant; omnes etiam Regij, vrbaniq, Magistratus cū

S Sena-

Senatu Togis clamidato, Episcopo tandem pontificijs Infulis præfulgente. Graphicè illam nouiter descripsit *Ioannes Baptista Guarnerius* de re historica, literaria item Reipublicæ optime meritus in libello, cui *le Zolle storiche nomen fecit, Narratiua 5. fol. 200.* è cuius officina petas licet quod hic desideratur. A

Quarta tandem eaq; celeberrima, oculis potius inspectanda, quàm calamo describenda peragitur pridie Nonas Februarij, ipso Agathæ peruigilio, quando argentea Agathę Statua auro interpicta, Caput eius, Bustumque conclusum seruans, argenteum item Scrinium vermiculato opere elaboratum reliqua omnia eiusdem Lipsana in argenteis Thecis singillatim inclusa obserataque custodiens; argenteo item Ferculo (cuius materiam artificium longè antecellit) superimposita, omni circumfuso populo comitante, solemni pompa per integram ipsam diem, à pijs conciuibus sacro indutis, nudis item pedibus incedentibus, ac sanctissimo oneri succedentibus circa Patriæ mænia in Triumphi speciem circumfertur; vt Romanorum spectacula Triumphorum annuo huic Agathæ Triumpho minimè comparanda senserit quisquis interfuit, præsens inspectauit. B

Appositè rem omnem edixit *Melchior Incofer*, idemq; Austriacus, è Socier. Iesu Theologus, vir pius, doctus, & in scribendo nauus, vel ex hoc laudandus, quòd Deiparę Virg. epistolam ad Messanen. scriptam ab Aristarchorum morsibus viriliter defensatam ad nouos pietatis fines studuit proferre. Quinimo constantem Messanensium Traditionem pietati congruentem, sacræ Scripturæ minimè repugnantem sufficienter stabilijt, Pauli Apostoli Messanam aduentum distinctis annorum epochis probabiliter ostendit, vt nimis superciliosus audire debeat qui piæ huic Traditioni ausit contradicere, quam grauissimi sanè Scriptores, numero, eruditione, pietate tandem præcipui veridimam agnoscunt, ac profitentur. C

Hic inquam Auctor in sua *de Epistol. B. M. V. ad Messanenses coniectationes* hæc ad rem scribit. *Est enim verò Sicula natio, omnium, quas vidi, in celebrandis Diuorum, præsertim genialium, festis longè ardentior, &c. Exemplo (vt de ceteris taceam) Catanenses in colenda Diua Agatha tantum religionis ponunt, continuata quotannis per multos dies festa solemnitate, vt nemo vnquam interfit hospes, ac peregrinus (adsunt verò vndiq; circumgentium* D

A *gentium perfrequentes) qui maiorem fama celebritatem non fateatur, tametsi ea vbiq; peruagata vix alicubi splendidius aliquid factitari, abunde iactet.*

Hæc igitur festa solemnia, tot celeberrimæ, singulares itidem pompæ, piæ tandem Supplicationes in Agathæ honorem à suis Catanensibus anniuersaria celebritate fieri solitæ maximi sanè ponderis sunt apud cordatos viros, vt Agathã omnino Catanensẽ credant, Catanæ ortã testentur.

Coniectatio Ciuilitatis Agathæ in vrbe Panormo ex Templis ibidem Virgini dicatis exploditur.

B

CAPVT XVIII.

AVget assertę coniectationis suę fidem *Inueges* ex Templis Agathæ dicatis in vrbe Panormo, sic inquiens. *Secondo, il gran numero delle Chiese, che l'Antichità Palermitana à questa Santa dedicò.* Apagè quàm magnum Templorum numerum vix ternario contentum, nempe S. Agathæ à Guidda, Aliud de Scurrugis, Tertium intra mœnia propè vrbis Portam, vnde vulgus iactat Agatham egressam cum Panormo Catanam deferretur, quod tamen nouissimè ædi-
C ficatum, anno scil. 1528. vt Inscriptio illius Ianuæ superliminari insculpta innegabiliter euincit, palmare hoc prętendere non potest.

Sed coniectationem hanc in ipsius conijcientis caput & calamum ita retorqueo. Catanæ quatuor visuntur extantq; *Agathæ* dicata Sacella, quatuor item Templa, & præterea magnificentissima, totaq; Sicilia maxima Basilica Cathedralis Ciui suæ consecrata, ergo Agatha Catanæ nata est, non Panormi: quin potiora, celebriora, numero item longè maiora Catanæ extant Agathæ Templa, quàm Panormi. Assumptum satis demonstrat ipsa Templorum Sacellorum-
D que euidentia. Vtq; à Sacellis exordiamur, constans fama semper fuit, vigetq; etiamnum apud Catanenses, Sacellum *B. Virg. Deiparæ à Gratijs* & Agathæ antiquitus dedicatum in *Area Iacob* fuisse, esseque vnam ex ædiculis magni Palatij, in quo B. Agatha nata fuit, & educata, vbi ad aliquot annos sanctissime vitam exegit; de quo meminit S. *Vincentius Ferrerius*, cuius verba superius exscribebam. *cap. 16. exc. 2. fol. 128.*

Alterum eidem Virgini dedicatum Sacellum eodẽ cessit

loco, vbi inuicta Christi Martyr equuleo, fidiculas, laminasque ignitas perpessa, mamillas item torqueri atque amputari constantissimè pertulit, vbi legere est marmoream Epigraphem in hæc verba. *Hic Quintiana impietas quod in matre clementer iuxit, in Agatha crudeliter amputauit.* Sacellum hoc iuxta Agathæ Carcerem situm est, quod etiam *S. Berylli Episcopi* Catan. nomine indigitatur. Id quod ego ipse innuebam *Catan. Decachord. Chord. 2. Mod. 2. lit. D. fol. 35.*

Tertium extra vrbis pomærium ibidem exædificatum, vbi magnanima Virgo super ignitos carbones collocata, flammatis testarum fragmentis vstulata est. Locus iste longè venerabilis augustissimum efflagitat Templum, sed viarum transitus pernecessarius impedimento est, ne laxiùs fines extendat suos; non deest tamen condigna veneratio. B

Quartum demũ; Agathæ Sacellum à Sciaris vulgò appellatum (quia ibi moles sunt nigrantium saxorum ex Ætneo igne alias eructatorum ita nuncupatum) ad duo circiter passuum millia ab vrbe distans, eodem erectum loco, vbi Virginalia Lipsana ad breue tempus super Arulam ideo constructam quieuerunt, dum Catan. Populus concivi suę è Bizantio Patriam redeunti supplex obuiam occurreret, illa intra sibi iam pridem *A Rogerio Sicilię Comite* dedicatam Basilicam excepturus. C

Sed è Sacellis ad Templa gradum nostra faciat oratio: Primum in ordinem veniat Venerabile illud ciuibus, exterisq, sed vel maximè peregrinis notissimum in eodem ædificatum Ergastulo, in quo Inuicta Christi Martyr post superatos incendij ardores, stans, inter gratiarum actiones emisit spiritum ad immarcescibilem gloriam euocata, de eo plura dicebam superius laudata *Chor. 2. Mod. 2. initio*.

Alterum longè Augustius haud multo post Agathæ martyrio coronatam ædificatum (Memoria S. Agathæ olim dicebatur) in eam tamen, qua nunc spectatur, amplitudinem restitutum anno Christi 778. dum Catanensi Ecclesiæ præesset Leo, Sanctitate, signis, ac prodigijs alter Thaumaturgus, id quod edixeram *Catan. Decach. Chord. 2. Mod. 2. fol. 34.* Pontificio ritu sacra olei delinitione consecratum: quod dein noua a Rogerio Comite ædificata Basilica, & in Cathedralem restituta, Vetus dici cæpit, quo passim nomine *D. Agathæ Veteris* Templum nostra adhuc ætate nuncupatur, post in Paræciam cessit, tum Prioratus euasit, nunc D

Con-

A Conuentus Fratrum Minorum de Obseruantia à *Bonauentura Secusio Patriarcha Constantinopolitano & Catanensi Episcopo*, pridem illorum Generali Ministro institutus, qui & inibi inter suos animam reddidit Creatori anno 1618. cuius felix faustaq; sit recordatio. In Templo isto Catanensi sane pietate nec minori diligentia seruatur venerabile illud *Agathæ* Sepulchrum, ad quod visendum venit *D. Lucia Virgo Syracusana* cum matre *Eutychia* sanguinis fluxu laborante, cui diuinitus sanitatem impetrauit, *Agatha* sibi per somnium apparente anno sal. 303. Plura ad rem scribebam *eadem Chord. 2. Mod. 2. per tot.* & iterum *Mod. 3. num. 2. fol. 72.*
B & tandem *Excursu 2. ad finem*.

Tertium sanè magnificum *D. Agathæ* Sacrarium situm est è regione Basilicæ Cathedralis, quod iuxta piissimum Erasmi Cigala desiderium in Sanctimonialium cænobium nuper cessit *die 15. Septembris anno 1632.* prout ille moriens ex suis ipsius fortunis construendum præceperat apud tabulas Vincentij Blanditij 12. Iunij 1613.

Sed claudat iam Catanensium Sacellorum D. Agathæ dicatorum copiosum agmen sacra Cathedralis Basilica eidem Diuæ Virgini ab Rogerio magno Siciliæ Comite in celeberrima Achillei area erecta anno 1094. Amplitudinis
C maiestate, nitoris pulchritudine, Architecturæ opificio, Imaginum Sanctos Catanenses affabrè exprimentium varietate, Regum Mausolæis, Sedilium ac Subselliorum magnificentia, ceteris Siciliæ Templis longè augustior, ac celeberrima, cuius Iconem carbone rudiùs adumbraueram *Catan. Decach. Chord. 2. Mod. 3. Excursu 1.* iterum hic repetere non est opus.

Si igitur Panormitana coniectura argumento esse debet posteritati, fuisse scil. Agatham Panormi natam, quia in vrbe illa vnum Sacellum extra Pomerium, duoq; Templa
D constructa in Diuæ Virginis honorem cessere: certè similimis coniecturis nonuplo maius robur inesse censendum est Catanensibus, *Agatham Catanæ natam*, quia ter triplicem Ædem *B. Agathæ* dicatam augustiori magnificentia venerabilem, antiquitate suspiciendam, omni æuo, omni ætate demonstrat, ostentat, exhibetque. Solidiora igitur ad euincendam Panormum Agathæ Patriam afferat *inuenes* argumenta, quàm à Templorum numero emendicatas coniectationes oportet.

Hæc

Hæc ad excogitatas aduersariorum coniectationes ad hominem (vt aiunt Logici) repellendas innuisse sit satis: quãdo petitum à Templis argumentum per se fragile est & infirmum, nec sibi ipsi subsistens, eruditis plane viris indignum. Quot D. *Agathæ* Templa, Oratoria, Monasteria, loca item sacra, per varia temporum spatia, antiqua nuperaq; Vrbis Romæ religio erexit, ac consecrauit? quam tamen Romæ natam minimè quispiam dixerit. Consulendi ad rem *Anastasius Bibliothecharius*, *Cencius Camerarius*, *Honuphrius Panuinus*, *Alphonsus Ciaconius*, & qui hos laudat, *Floravantes Martinellus in Diaconia D. Agathæ cap. 5.* Apud Thermas Imerenses duo visuntur Templa eidem Virgini sacra; quatuor in Nobilissima vrbe Messanæ: plura in alijs Siciliæ oppidis erecta ecquis ignorat? nemo tamen Agatham Messanæ natam, Thermis, aut alibi dixerit. In Alicano oppido inter Messanam & Tauromenium ex marmore porphiretico affabre exstructa spectatur *Agathæ* Basilica, quam nec parem habuit vnquam Panormus, Aliensem tamen Agathã fuisse nec Panormus concesserit. A B

fol. 132. Probè singula hæc obseruauit doctissimus *Colnagus* apud *Carrer.* ad quæ debuerat aduertere noster dissertator. *Respondemus primò, hoc quod ad Templa attinet, facilè dabimus, vt & Romæ duo ostendi possunt, vbi tamen nata nunquam fuit. Respondemus secundò, argumentum hoc per se infirmum est, quot Romæ alibiue Templa eorum Sanctorum sunt, quos constat Romanos non esse? Deinde, quæ consecutio hæc est? quæri id alijs de causis, quæ occasionem ex natali sumpsisse non potuerint, ex miraculis, ex ope, & huiusmodi sexcentis.* C

Quæ tandem inter coniecturas recenset *Inueges fol. 184. 185.* recessum scil. Quintiani ab vrbe Catana ad inuadendas Agathe facultates; habita Virginis cum Tyranno colloquia; pollicita ab eo Palatia, de Familia tandem interrogationes, ex ijs, quæ pro facultate in disquisitionem adducebam *cap. 14. excursu 13. & infra* in bullas euanuisse prudens Lector intelliget: nec tamen dissimulare debuit *Inueges*, aut indiscussa præterire, quæ ad minutias istas scitè solidèque respondet accuratissimus *Colnagus* apud *Carrer.* non est igitur cur in ijs refellendis iterum tricemus. Nil equidem magis infirmam aliquam sententiam esse conuincit, quàm vt non rationes solidæ, sed exiles coniecturæ pro ea vndequaque constipentur. D

fol. 138.

Nec

A Nec vim aliquam aut negotium faceſſere queunt, quę ad numerum adaugendum, quæue ad ſcriptionem pleniorem & refertiorem præſeferre videantur, ſubiungit *Inueges fol.* 187. ijs verbis. *Finalmente cõclude l'eruditiſſimo ſuo Memoriale, con dire alla Santità di Clemente VIII. & alla ſacra Congregatione, che ſe nell'anno* 1598. *il R. P. Stephano Tuccio della Compag. di Giesù moſſo dall'vnica auctorità Greca di Metaphraſte perſuaſe à gl'Illuſtriſſimi Cardinali à formar decreto, che le parole del Breuiario Romano di Pio V.* Catanæ orta, *ſi cancellaſſero, e nel nouo Clementino ſi riponeſſe* Panormi orta, *quanto douean adeſſo eſſer acceſi, & infiammati a ciò fare eſſendo ſoſpinti e coſtretti*
B *da tanti antichiſſimi Greci Codici Vaticano &c.* Si iam tum (verba ſunt Valguarneræ) *vnius Metaphraſtis auctoritate permoti Patres Illuſtriſſimi in Virgine Sicula id permutare decreuerãt, num vbi tot vetuſtiſſimorum Codicum fide Traditiones noſtræ cõfirmata* Panormi orta, *reponendum non decernant?* Verùm facile erit & promptum ſpicula in ipſum ſpiculatorem retorquere ſuoq; ipſum gladio iugulare. Si ſola Metaphraſtis auctoritate permoti Eminẽtiſſimi Patres, antequam litem hanc aggrederemur, Illud *Orta Catanæ* in *Virgo Sicula* mutandum cenſuerunt; quid non priores illæ voces *Catanæ orta* reponendæ veniunt, vbi tot vetuſtiſſimorum Codicum
C fides, Breuiariorum monumenta, Sanctorum Patrum ſuffragia veritati iam penitus in lucem erutæ aſtipulantur? quantum id in melius mutare debere cenſendi ſunt?

Hæc ad excogitati ab Inueges argumenti vim elidendam adduxiſſe velim intelligas, quando ex ijs, quæ pro facultate de Græcorum Codicum fide, Menologij, & ſimil. hactenus explicatè ſatis dicta ſunt, ſed vel maxime *cap.* 5. *& vltra, ad cap.* 13. me ad præſens ſtudio fortiùs agendi leuatum iri confido, cum nemo ſit paulò æquior arbiter, qui non viderit nihil ab aduerſarijs ardore contentionis in nos excogita
D tum, quod non facile ſit reſolutum ac profligatum.

Valguarnerę reſponſio ad Auctores à P. Colnago cumulatos expenditur, & exploditur.

CAPVT XIX.

BEnè res ſe habet: ab argumentis tranſitur ad reſponſiones: & quam allatis vndiq; rationibus, auctoritatibus, con-

coniecturis tandem labefactare nequaquam potuit veritatē *Inueges*, extortis interpetramentis, imò rectius benè asſutis commentis infirmare contendit, *Valguarneram* tamen ſiſtens auctorem, eiuſque ſe muniens præſidio. A

Ait ergo Inueges fol. 189. *Sìche il Colnago alle VIII. Autentiche, & antiche Auttorità Greche del Valguarnera, cioè a'i Codici Vaticano, Sfortiano, di Grotta Ferrata, Farneſiano, di S. Saluatore di Meſſina, Menologio, Martyrologio, e Breuiario Greco, non hauendo à ſuo fauore niuno Scrittore Greco, oppoſe queſti XXIX. Latini, ſicome nel ſuo Memoriale M. S. il Valguarnera accenna, e'l Carrera, da vn M. S. Latino dell'isteſſo Colnago* B *ampiamente dimoſtra; cioè ad Iuſſe Marco Guazzio &c.* Pergit deinde ſingulos per Colnagum laudatos Auctores Agathā Catanæ ortam ſanctè affirmantes in album referre. Tum: *à tutta queſta erudita ſchiera di Latini Scrittori del Colnago riſpoſe prima il Valguarnera. Beatiſſimo Padre eſſendo à quell'età la Sicilia tutta Greca: anzi da 500. anni in quà ſe il Volgo Siciliano mutò linguaggio, almeno la Chieſa, e Corte di Sicilia ancor ſi ſeruiuano del Greco parlare. Ma detta Hiſtoria Greca da quali meglio ſi può hauere, che da gl'isteſſi Greci? e quando mai à Greci voleſſero opponere Latini. Se i Cataneſi in lor aiuto haueſſero qualche Ambrogio, Girolamo, Agoſtino, ò altro de'i latini Padri di v-* C *gual antichità de'noſtri, la coſa ſi potrebbe riuocar in dubio: anzi ancor che i Greci tutti foſſero ad vna voce à fauore noſtro, pure ſenza contradittione le ſi douerebbe la Palma. Ma c'oppongono Autori moderni, e tra quei molti Dozinali.*

Tum Valguarneræ verba tranſcribit. *Si Catanenſes aliquē haberent Ambroſium, Hieronymum, Auguſtinum, aut alium ex latinis Patribus vetuſtate noſtris Parem, iam tum reuocari res poſſet in dubium: & tamen Græcis omnibus vna voce ita de hiſtoria Græca ſentientibus, controuerſiæ palma concedenda eſſet. At quòd triobolares neſcio quos Scriptores nobis opponunt: quis hæc audiens non ſtomacheretur, quis æque animo ferat?* D

Iam erudita *P. Colnaghi* animaduerſio, tam copioſa & numero & pretio Auctorum acies *Agatham Catanæ ortam* ſuis ipſorum cenſionibus affirmantium, iure ſtomachum commouit *Valguarneræ*, qui ſtomacho laborabat ad digerēdum, & palatum non habebat ad guſtandum. Nec ſanè tot Auctorum numerus pro nobis eſſet, vt aduertit eximiæ litera-
fol. 141. turæ vir *P. Colnagus* apud *Carreram* (cuius & verba tranſcribo) niſi ex antiquiſſima traditione id accepiſſent, ſiue ij Me-

taphra

A taphrastem viderint, siue non viderint: nam si viderint, nec sequuti sunt, non probarunt: si tot non viderunt, indicio est contrariæ Metaphrastis sententiæ famam semper fuisse obscurissimam, nec palam receptam, nec comprobatam.

Quia tamen in re hac non vna sane molestia nobis deuoranda est, tum quòd inconsultæ responsioni replicare cogamur, tum quòd diuersa sæpius veniunt inculcanda, quasi sub hasta sit agendum, articulatim ideo singula descanda sunt, & enucleatim inspicienda, ne si velut integra paucis in ora legentium immittantur indigesta, crudam pariant di-

B sceptationem.

Initio igitur Græcis Codicibus, quos intolerabilius iactât Aduersarij, quosue pro se stare putabant, Græcos ipsos Codices opponimus (vt & ante nos opponebat sciti̇ssimus *P. Cainagus*) in sua ipsorum fide parum constantes, erroribus inspersos, hyperbatis exuberantes & solæcismis, absque vllo auctoris nomine iacentes. Id quod pluribus innuebam *cap. 5. per tot.* quia vnius eiusdem omnes esse Scriptoris, qui vel à *Metaphraste* illos exscripsit, vel à quo *Metaphrastes* excepit: Breuiarium insuper, Menologium, ac Martyrologium è Græcò *Metaphrastis* fonte deriuata, eamdem sibi vendicare fi-

C dem, quam *Metaphrastem* (si tamen Græcus ille scriptor *Metaphrastis* nomine per aduersarios euulgatus, ille ipse sit, nec diuersus) nemo ibit inficias. Atqui *Metaphrastis* censionem in sua de Agathæ historia censionem innumeris propemodum nec vulgaribus inspersam erroribus animaduertebam *cap. 14 per tot.* non est igitur riuulis habenda fides, quæ fonti, à quo dimanant, iure negatur: actum itaq; opinor, vt in Græcorum Codicum fide eneruanda, auctoritateque euacuanda non sit contentiosius disceptandum, aut operosius adlaborandum.

D Iam bonæ sint fidei Græci Codices, quos iactat *Valguarnera*, & post eum *Inu ges* (quod tamen fari nefas est) non ideò illis deferendum, quando ex opposito stat concors Latinorum Auctorū cætus numero & auctoritate venerabilis, *Agatham Catanæ ortam* affirmātium. Latina porrò Acta Græcis istis Scriptoribus, quicumq; tandem ij sint, antiquitate iuxta & auctoritate longè potiora semper audijsse, esseque in posterum auditura nemo ibit inficias, & ex probæ notæ auctorum stipatis censionibus, solidis item argumentis,

tis, innegabilibus tandē rationibus euincebam *capit. 6. per tot.* A
Illud duntaxat modò adijciam quod *Marsilius de Bello Pelasgioo* scripsit cap. 3. *De gentis antiquitate & origine magis credatur ipsi genti, atq; vicinis, quam remotis & exteris.* Cum igitur Græci Scriptores exteri sint, longeque remoti (vt alia taceam) Latini autem è contra vicini sint, suæque gentis callentissimi; quinam istorum in Agathæ patria asseritanda maiorem sibi vendicent fidem & auctoramentum, vel Inueges ipse sit Iudex & arbiter; optime ad rem quadrat quod dixerat *Plinius*; pudet rationem & originem Italiæ à Græcis mutuari. B

Quòd si delicatus iste Dissertator *D. Ambrosium* exoptet opinionis nostræ patronum, Græcis Scriptoribus, vt ipse autumat, comparandum, dabo eiusdem *Ambrosij* incluctabile testimonium extra vulnus & ictum *Agatham Catanæ ortam* comprobaturum, & aduersarij palato facturum satis, nec stomacho forsan ingratum. In edito siquidem per *D. Ambrosium* Breuiario, nuper à *D. Carolo Mediolan. Archipræsule* recognito & approbato, hæc leguntur verba, *AGATHA Virgo Sicula CATANÆ NATA egregia forma cum esset &c.* pluribus id assequebar *supra capi. 3. fol. 8.*

Quòd si *Hieronymum* aut *Augustinum*, vt cupit *Inueges*, & ante eum *Valguarnera*, testes dare non licuit *Agatham Catanæ ortam* sanè affirmantes, dabimus nihilominus alios plures sanctitate iuxtà, ac doctrina, antiquitate tandem si non præferendos, saltem non longè posthabendos. Ex horum porrò numero sunt S. ISIDORVS *Archiepiscopus Hispalensis* (floruit hic anno 612.) in hymno, quem in S. Agathæ laudem scripsit, quemue ex integro exscripsit eruditus *Caietanus*
lib. 1. fol. 7. Verba duntaxat ad rem, quam vrgemus, euincendam dare placuit.

Quæ olim CONCIVES TVOS
Magno ab igne erui,
Tu redde nos iam liberos,
Iugo remoto pessimo. D

Sancti huius Præsulis eruditionem, pietatem, solertiam, deniq; scitè testatur *Eminentiss. Baronius ad ann. 633. nu. 70.* hæc inquiens. *In hoc* Concilio 4. Toletano, *à Patribus iniunctum S. Isidoro rerum Ecclesiasticarum peritia, & scientia cæteris excellenti, vt ex præscripto Sacri Concilij volumina elucubraret*

Eccle-

A *ret Ecclesiasticorum officiorum, quibus tum in sacris Missis, tum in Horis psallendis canonicis nocturnis, atq; diurnis uti deberent omnes Hispaniarum Ecclesiæ: quod quidem ab eo quàm felicissimè præstitum est, itaut & Missale, atque Breuiarium ederet. Extāt adhuc ipsa sacra volumina, quæ Ecclesiasticam redolent antiquitatem sub titulo pariter eiusdem S. Isidori cusa.*

Secundus accedit ad numerū S. ALTHELMVS Episcopus Schireburgensis in Anglia, *de Laude Virginit. cap.* 22. Isidoro coætaneus, vt aduertit diligentissimus *Carrerar*, qui & eius verba Agatham Catanæ ortam demonstrantia rescribit, quæ placuit replicare. *fol. 14. & 349.*

B *Mihi quoque operæ pretium videtur, vt S. Agathæ rumores castissimæ Virginis Luciæ præconia subsequantur, quas præceptor & pædagogus noster Gregorius in Canone quotidiano, quando Missarum solemnia celebrantur, pariter copulasse cognoscitur, hoc modo in Catalogo Martyrum ponens, Felicitate, Anastasia, Agatha, Lucia, quatenus nequaquam literæ serie sequestrētur, quæ CONTRIBVLI POPVLO apud Siciliam genitæ simul cælesti gloria gratulantur. Etenim sicut Catanense Municipium præ cæteris Trinacriæ Vrbibus Agatha Martyrio fœliciter coronatur, ita famosissimæ Christi Tyrunculæ Luciæ prærogatiua Syracusæ Oppidum Siciliæ prosperis successibus sublimatur.* Plura item ad rem versat

C *Incertus Auctor apud laudatum Carreram fol.* 208. nos ab hoc labore præripiens.

Iam verò *Althelmi* testimonium quanti in re nostra fieri debeat, conijcias licet ex *Metaphraste* apud *Surium die* 25. *Maij. Beda Hist. Angliæ lib.* 5. *cap.* 19. *Baronio ad ann.* 699. *nu.* 2. & post eum *Henrico Spondano* Baronij epitomatore, cuius verba supprimere piaculum esset. *Quibus etiam temporibus contigit ex frequenti commercio venientium ex Anglia Romam ad limina Apostolorum, innotuisse Sergio Papæ S. Althelmum, siue Aldelmum Schireburgensem Episcopum, quem, eius virtutibus captus, in vrbem acciuerit.* Et infra. *De eodem Sancto constan-*

D *tiora sunt, quæ Beda refert: qui cum præclaram de eo mentionem faciat, eiusdem etiam Scriptorum monumenta memorat; videlicet librum de Paschate aduersus Britonum errorem, aliumq; de Virginitate versibus & prosa compositum. Cuius hactenus extat de Virginitate soluta oratione tractatio.*

Sequitur S. *VRBANVS* hoc vocamine II. Rom. Ecclesiæ Pōtifex appositissimo dicendi genere rem, quā premimus, euincens in *Diplomate Dato Anagniæ 7. Idus Martij* 1094. cu-

ius hæc verba. *Sicut Beatissimi Patris, & Doctoris elegantissimi Gregorij Primi scriptis veridicis edocemur, constat CATANIENSEM, vbi B. AGATHA ET ORTA, & PASSA EST, Ciuitatem Episcopalis Dignitatis antiquitus gloria claruisse.* Illud ex integro dederam in libello *Catana sacra* 9.20. *fol.* 53. & infra plura replicare cõpellor. *Vrbani* sanctitatem, impigram in agendo sollicitudinem, nauam in scribendo doctrinam, inuictam in perferendis laboribus constantiam, nauiter, vt solet, eloquitur *Baronius ab anno* 1088. *ad annum vsq;* 1099. quo beato fine quieuit Romæ 4. Kal. Augusti. A

Quartus in ordinem venit S. *ANTONIVS Patauinus* amplissimæ Minoriticæ Religionis alumnus, vt signis ac prodigijs, ita doctrina & sanctitate conspicuus: hic inquam serm. 4. de Virginib. hæc ait. *Virgines fuerunt sagenæ Dei, quæ multos per exemplum & doctrinam Domino traxerunt, vt Catharina sapientes Alexandriæ, Lucia Ciuitatem Syracusarum, AGATHA CATANÆOS.* Verba hæc eò collimant, vt quemadmodum Catharina suos Alexandrinos conciues, Lucia Syracusanos verbis & exemplis ad Dominum adduxere, quia illa Alexandriæ nata, ibidemque dénata, ista Syracusis orta ibique gladio in gutture percussa; ita & Agatha conciues suos Catanæos ad Dominum traxit, quia Catanæ nata, Catanæ Martyrio affecta. B C

Antonij testimonium quàm graue sit, quàm efficax, omni tandem maius exceptione, nostro hoc calamo non indiget, nec verborũ calamistris; satis sit illud replicare, quod in eius vita publicè Catholica Ecclesia testatum voluit, ijs verbis. *Diuina sapientia affluens, in cœlestibus Mysterijs luculenter copiosèq; explicandis vsq; adeò præstitit, vt eum eũ aliqn inde concionantem Pontifex audiret, ARCAM TESTAMENTI appellarit.*

Sed claudat iam copiosum Sanctorum agmen, qui suis ipsorum dictis scriptisq; Agatham Catanę natam edixere, magnus S. METHODIVS *Patriarcha Constantinopolitanus*, quem virũ doctissimũ æquè ac sanctissimũ appellat *Baronius ad ann.* 847. *nu.* 32. Hic inquam S. Doctor in Panegyri de Diua Agatha illam Catanę ortam, ibidemq; Martyrio affectam quamsępissime testatur: integram illam exscripsit eruditus *Carrera*, ab ea transcribenda consultus abstineo, ne libellus, qui ad breuitatem festinat, in volumen euadat; satis sit illam veluti digito commonstrasse. Plura ex indu- D

lib. 1. *fol.* 15.

stria

A ſtria inferiùs dicturus, cum illius veritatem ab *Inueges* criminationibus vindicabimus.

De Græcorum narrationibus greco idiomate conſcriptis, quas iterum producit Inueges, de fide illis habenda, quantum deniq; eis veniat deferendum, non eſt cur denuò in diſquiſitionem compellatur: adeunda, ſi libet, quæ dicebam *cap.* 10. 11. & 12. non etenim quæ alibi ſemel decreta, rurſum hic ad nauſeam ſunt ingerenda.

Verba hæc AGATHA CATANENSIS idem important ſiguantque, quod AGATHA CATANÆ ORTA.

B

CAPVT XX.

PEtitum, vt vidiſti, à ſtipatis Auctorum cenſionibus argumentum excogitata ſuperius reſponſione haud quidem labefactatum, quin ſuo conſiſtens gradu, nouis deturbare machinis conatur *Inueges*, Valguarneræ ſecutus errorem, & quos pro noſtra ſtantes ſententia, veritati litantes declinare non licuit Auctores, violenter interpetrari placuit. Ait ergo *Inueges fol.* 191. *Secondo diſſe, che la maggior parte di queſti Latini e moderni Scrittori la chiamano Catanenſem, non perche C ſſe nata in Catania, ma perche in Catania paſ, & à quel modo fu detta S. Agatha Cataneſe, ſi come S. Nicolaus Heremitanus è S. Angeli fuit, & tamen Tolentinas nuncupatur. S. Nicolaus Epiſcopus patria fuit Batauus, & tamen Barenſis nomen inualuit, & S. Antonius Vlyſſiponenſis Patauinum cognomen ſibi vendicauit priore depoſito.* Sic igitur ad Inueges mentem *Agatha Catanenſis* dicitur, non quia Catanæ nata, ſed quia Catanę certamen ſuſtinuit paſſionum. Id quod *Rocchus Pirrus* edixerat *Notit. Panorm. fol.* 56. ijs verbis. *Scriptores, qui in contrariam iuerant ſententiam, non Catanæ ortam dicerent, ſed ſolum Catanenſem Agatham appellarent, quæ certè appellatio inde profecta meritò videri poterat, quòd Catanæ in Cœlum euoluerit Agatha, D atq; ea vrbs Puellam feliciſſime in æternam lucem ediderit.*

Verùm frigidiſſima hæc reſponſio, aut rectius violenta interpetratio quam nullis hæreat neruis, facile quiuis conijciet, niſi proteruire maluerit. Ecquid enim aliud eſt Agatha Catanenſis, ſi vocabuli vim proprietatemue ſequi velimus, quàm Agatha Catanæ nata? quid Agnes Virgo Romana, quàm Romæ nata? Lucia Virgo Syracuſana, quàm

Syra-

Syracusis nata? Ex loco cædis aut Martyrij nemo Patriam A
sibi quærit, nec ex eo nomen accipit: non etenim Petrum Romanum verè dixeris, quia Romæ diem suum obierit, & & multo minus ex Sepulchro.

Quin forma hæc loquendi simpliciter expressa ad propriam, proximam & vsu receptam, non ad impropriam, remotam, & inusitatam significationem referenda est: monuit id Peripatheticorum princeps *Aristoteles*, docent Philosophi, tradunt Iurisconsulti, apud quos omnes ac singulos celebre est axioma illud, *Simpliciter dictum pro maximè proprio significatu accipi oportere*. Atqui communis acceptio il- B
la est, quam dixi, quam in more positam esse testatur communis vsus loquendi, scribendo namq; Romanus, Neapolitanus &c. Patria satis exprimitur in qua natus quispiā sit, non in qua diem obierit, aut tormenta sustinuerit passionū.

Innumera sanè suppetunt ex ipso Romano Breuiario petita testimonia, quibus appellatiua, vt dicimus, significatione, Sancti quiq; in illis nati Ciuitatibus edicuntur, è quibus denominātur. *Sic Lucia Virgo Syracusana, Felix Nolanus presbyter: Agnes Romana, Fabianus & Iouita fratres Brixiani, Athanasius Alexandrinus, Pius Aquileiensis, Symphorosa Tiburtina, Agapitus Pranestinus, Timotheus Antiochenus, Catherina* C
nobilis Alexandrina, Francisca nobilis matrona Romana, Martina Virgo Romana, & plura huiusce generis paria, quæ enumerare hominis esset miserrimè diligentis: consentaneū itaq; euadit, vt eos sequamur duces, qui vnanimi consensu idem asserunt, idem probando confitentur, idem loquendo confirmant, vt Catanensis idem importet quod Catanę natus, aut nata: *loquendum vt plures*, docet *Aristoteles in Topic.* tradit I. C. *in l. librorum §. quod tamen ff. de leg. 3. l. Labeo ff. de supell. leg.* Enarrant legum professores *Gard. Mantica, Menochius, Surdus, Gratianus*, & alij, quos probat doctus D
Augustinus Barbosa axiom. 222. n. 7. Vulgaris enim loquutio siue mauis appellatio pro lege habētur, fides sit *Hieronymo Gonzalez ad reg. 8. Cancell. glos. 11. n. 69.*

Ineuitabile tā iē veritati, quā premimus, exhibet testimoniū SacraScriptura, e qua nullū pullulat aut pullulare potest mēdaciū nullus error, aut falsitas, quippe quæ nullū aliū præter Deum habet auctorem, est autem Deus verax, vt ait *Apostolus ad Romanos cap. 3.* qui nec fallere potest, nec falli, cuius notitiæ nihil subducitur. Ergo Paulus Apostolus, idemq;

Do-

A Doctor gentium, qui Tarsi natus est, vt ipse de seipso testatur Act. Apostolor. cap. 22. *Ego sum vir Iudæus natus in Tarso Ciliciæ*; a Domino Iesu Tarsensis dictus est, *Act. Apost. cap. 9. vers. 11.* verbis illis *Quære in domo Iudæ Paulum nomine Tarsensem.* Fit igitur vt idem importet Tarsensis ac in Tarso natus. Cum igitur tam vera, tam firma, tam certa sint Sacræ Scripturæ verba, vt omnem falsitatem, errorem, mendacium, aut dubietatem excludant, innegabile profecto euadit idem importare verba hæc Agatha Catanensis, quod Agatha Catanæ orta.

Quæ tandem Dissertator iste de SS. *Nicolao, Antonio*, &
B alijs sistit exempla, quibus acies nostras confodisse putat, & victoriam retulisse gloriatur, non tanti sunt ponderis, vt serio indigeant examine. Non etenim *Nicolaus* simpliciter dicitur *Tolentinas*, aut *Antonius* absolutè Patauinus, vt gratis assumit *Inueges*, & ante eum *Vaguarnera*, sed cum addito, adiectis scilicet verbis, quibus determinatur significatio nominis Tolentinas, Patauinus &c. quę cum in Agatha nostra locum non habeant, profectò non est vllo pacto a vocis proprietate deflectendum.

Falsus sim, ni quod obiter innuebam, ex professo commendat *Rom. Breuiarium*, quod Catholica seruat Ecclesia
C ad diem 10. Septembris S. Nicolao Tolentinati sacram, ijs verbis. *Nicolaus, Tolentinas à diuturno illius Ciuitatis domicilio appellatus, in oppido S. Angeli in Piceno natus est pijs parentibus.*

De S. Antonio Patauino hæc habet laudatum Rom. Breuiarium ad diem 13. Iunij. *Antonius Vlyssipone in Lusitania honestis ortus parentibus*, & infra. *Multis verò peragratis prouincijs, anno ante obitum Patauium venit, vbi illustria sanctitatis suæ monumenta reliquit &c.*

De Sancto Pontifice *Nicolao* ad diem 6. Decembris hæc ibidem leguntur. *Nicolaum, illustri loco Pataræ in Lycia natum, parentes steriles à Deo precibus impetrarunt, &c.* Cum igitur
D eorum ortus aliunde constet, necessariò nos à propria vocabuli ratione discedimus, vt Nicolaus Tolentinas dictus sit, quia Tolentini perpetuò mansit; *Antonius* Patauinus fuerit appellatus, quia Patauij Domino spiritum reddidit: Nicolaus tandem Presul Barensis appellatus, quia apud Barium corpus eius requiescit miraculis illustre: quæ cum in *Agatha*, vt dicebam, locum non habeant, profectò non est à vocis proprietate recedendum.

Catana Agathæ Patria dicta est, non quia ibi orta sit Cœlo, A
sed quia ibi exorta sit Mundo.

CAPVT XXI.

ARgutè sanè *Valguarnera*, vt Auctorum eluderet centurias, qui dictis scriptisue suis Catanam *Agathæ* Patriam edixerunt, argumentiq; huius scopulum deuitaret, ad violentā confugit opinationem, germanumq; Patriæ nomē à genuina significatione ad cerebricosam pertrahere conatur interpetrationem. Inquit enim ex eo Inueges fol. 162. B
Et aggiunse, che altri Moderni li dan titolo di Patria, non di Nascita, e di culla, ma di Martirio, e di sangue, quia tibi orta est Cœlo. Ab eadem fuit mente *Rocchus Pirrus in Notit. Catan fol. 3. Panormitani verò*, inquit, *Oraculum intelligendum volunt de Patria, qua velut obstreticante tyranni manu cœlo Agatham peperit*. Catana igitur S. *Agathæ* patria, dicitur non quia Catanę in terris orta fuerit Diua Virgo, sed quia inde martyr in cœlum commigrauit sempiternam vitam actura.

Verum cum sugillet ille Tragicus,

Veritatis, inquit, *suevit esse oratio*
Simplex, vafris nec est egens ambagibus C
Interpetrum, siquidem ipsa congruit:
At sermo iniquus, quia per se sit morbidus:
Medicamenta exquisita deposcit sibi.

Non est igitur quod in speciosis interpetrationum adinuentionibus, tanquam asylis, perfugium speret, aut præsidium, quando Martyrij locus nunquam verè in Patriam Martyris cōmutatur: nec ideò *Petrus Apostolus*, nec *Paulus*, alijq; permulti Romam sibi Patriam effecere, qui Romæ martyrij palmam acceperunt: Nec *Bartholomæum* Albanum verè dixeris, quia Albani, quæ vrbs est maioris Armeniæ, martyrium consummauerit. Nec *Thomam* Calaminensem D
nemo vnquam dixit, quia Calaminę Apostolatus honorem martyrij corona decorauit. Nec itidem *Andream* Bostrensem, quia apud Patras Achaiæ cruci affixus ad eum migrauerit, cuius mortis similitudinem concupierat. Omnium minimè *Christum Dominum* Hierosolymitanum quiuis asseuerauerit, quia Hierosolymis humani generis salutem in Cruce operatus spiritum emiserit. Haud equidem quo in loco extremum diem obiere, sed vbi nati sunt, eam sibi Patriam Martyres nominarunt.

A Et ne rem nostram precariam fecisse videamur, Auctorũ suffragijs aut rationum momentis destituti, dabimus initiò Sacræ Scripturæ oracula quoties Patriam alicuius enunciant, toties oppidum vbi ille natus fuerit, nunquam verò vbi mortem obierit, diemq; clauserit extremum; indigitantia. *Genesis cap. 30. vers. 25. dixit Iacob Patriarcha socero suo: dimitte me vt reuertar in Patriam, & ad terram meam*: quibus certè verbis natalis locus vbi Iacob natus erat exprimitur, vt explicat *Abulensis ibid.* dicens, *PATRIA dicitur LOCVS NATALIS.*

B Ruth cap. 1. vers. 6. habetur. *Et surrexit Noemi, vt in Patriam pergeret cum vtraq; nuru sua de regione Moabitide.* Teneamus eius vestigia, num ad natiuitatis terram detulerint, an ad terram quæ morientem susceperit? Ita sane. *Et venerunt in Bethlehem.* Porrò Noemi in Bethlehem natam fuisse testatur eadem sacra Historia ibidem. *Abijt homo de Bethlehem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide cum vxore sua, ac duobus liberis: ipse vocabatur Elimelech, & vxor eius Noemi, & duo filij, alter Mahalon, & alter Chelim, Ephrathæi de Bethlehem Iuda.* Nescio quid clarius, aut ad rem nostram appositius possit adduci.

C *Esther cap. 2. vers. 10.* noluit indicare Eunucho populum, & *Patriam suam*; quæ sane verba natale solum promunt, non vbi Esther morabatur, aut vitam finiuit, sed vbi vitam hausit mundo, vt dicebam, exorta.

Iason 2. Machabæor. cap. 5. vers. 8. *vt refuga legum, vt execrabilis, vt Patriæ, & ciuium hostis, in Ægyptum extrusus est; & qui multos de Patria sua expulerat, peregrè perijt &c.* Quæ omnia absdubiè cum Patriam promunt, natale solum enunciant, exprimuntque.

Quòd si sciolus quispiam obijciat Christum Dominum Patriam habuisse non solum eam, qua mundo editus est, D scil. *Bethlehem*, sed & in qua fuerat educatus, ex *S. Luca cap. 4. ibi. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in Patria tua*, scil. Nazareth, vbi tamen Christus natus non fuerat. Sic apud *Matthæum cap. 2.* legitur, *Quoniam Nazarenus vocabitur*, & tamen in Nazareth natum nequaquam fuisse Euangelij textus eloquitur. Illicò dabo *Hieronymum* responsionis meæ sponsorem, in *Paulæ Epitaphio*, sic inquientem. *Iurabat Paula se in Bethlehem oculis fidei cernere Infantem pannis inuolutũ, vagientem in præsepio Dominum, Magos adorantes,*

 stel-

stellam fulgentem desuper, Matrem Virginem, Nutricium sedulum, Pastores nocte venientes; mixtisq; gaudio lacrymis loquebatur. Salue Bethlehem domus panis, in qua natus est ille Panis, qui de cœlo descendit. Salue Ephrata regio vberrima, cuius fertilitas Deus est, ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis syluę: hęc requies mea, quia DOMINI PATRIA EST, hic habitabo, quoniam Saluator elegit eam. Vera itaq; Patria Christi est Bethlehem, in qua natus est mundo, non Nazareth, in qua educatus. A

Aliunde stabilio quæ dicebam ad argumenti huius vim eneruandam. Verba illa *Lucę cap. 4. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in Patria tua*, Christum ex communi Nazaræorum sensu protulisse innegabile est: quia autem ex Prophetarum oraculis futurum erat vt Messias in Bethlehem ex semine Dauid nasceretur, legis verò periti æquo animo ferre non poterant, vt Iesus putaretur esse Messias, & Christus in Scripturis promissus, cuius mater, nutricius, cęteri tandem cognati omnes Nazaræi erant, ipseq; met Iesus ab ipsa pueritia in Nazareth enutritus, ibidemq; educatus, creditus ideo fuit Nazaræus, & in Nazareth ortus, vt vel sic patriam illis Nazareth edicentes, Messiam negarent, vt habes apud *Ioannem*. Pharisæi *dixerunt Nicodemo scrutare Scripturas, & vide quia à Galilęa propheta non surgit*, & cap. 1. vers. 46. *Nunquid à Nazareth potest aliquid esse boni?* Nazareth ergo Iesu patria dicitur à Pharisæis, non quia vera illius fuerit Patria, aut ibi mundo natus Saluator, sed vt Nazarenum affirmantes, Messiam in Scripturis promissum ex consequenti negarent. B C

cap. 7. ver. 52.

Ad id verò quod ex D. Matthæo subdebatur, *Quoniam Nazarenus vocabitur*, & tamen in Nazareth ortus minimè fuit, sed in Bethlehem: patet responsio ex *Hieronymo*, cuius hæc verba *Nazarenus Sanctus interpetratur, sanctum autem Dominum omnis Scriptura commemorat*. Non itaq; à Patria, sed à significatu Nazaræus dictus est. D

lib. 1. coment. in cap. 2 Matth.

Sed iam à sacrę Scripturę oraculis ad sacros Ecclesię Doctores transitum nostra faciat oratio. Primus in ordine venit S. *Ambrosius serm. 85.* cuius verba numero licèt exigua, pondere tamen plura placuit exscribere. *Mater quodammodo dulcis est PATRIA, QVÆ TE GENVIT, quæ te nutriuit.* Et lib. 1. *de virgin. ante med.* ait, *PATRIA ibi est, VBI GENITALE DOMICILIVM*. Perspicis itaq; Patriam ab Ambrosio dici

nun-

A nuncupari que non domicilium habitationis, sed natiuitatis.

Secundus accedit *D. Augustinus in Psalm. 62* hæc inquiens. *Habentes Patriam nostram, quæcumque terrenæ sunt, semper ibi esse non possumus, & necesse vt ALII NASCANTVR, & ad hoc nascuntur filij ciuium illorum, & excludant inde parentes suos.*

Tertius succedit *Nectarius epist. 201. ad S. Augustinum*, vbi ait, *Sed quoniam crescit in dies singulos dilectio, & gratia ciuitatis, quantumcumque ætas fini proxima est, tamen incolumem ac florentem relinquere Patriam, cupimus*; & paulò infra. *In Calamenti colonia multa sunt, quæ meritò diligamus, VEL QVOD IN EA GENITI SVMVS, vel quod eidem magna contulisse*
B *videamur officia*. Cui sic respondet Augustinus. *Verum hoc donec fiat, neque enim desperandum est illam te Patriam posse acquirere, vel iam acquirendam prudentissimè cogitare, ad quam te pater etiam, QVI IN ISTA GENVIT, antecessit.*

Quartus, idemque postremus, accedit ad numerus *S. Thomas opusc. 20. lib. 3. cap. 4.* vbi scribit amorem Patriæ fundari in radice charitatis, summumque honoris gradum mereri; quid autem ipse intelligat Patriæ nomine, declarat ex sententia *Ciceronis*, quo ibidem auctore vtitur ad Patriæ charitatem explicandam; multa tandem sistit exempla illustriũ virorum qui pro Patria, vbi nati erant, se deuouerunt,
C quales feruntur *M. Curtius*, *M. Attilius Regulus*, alijue, quos ab *Augustino lib. 5. de Ciuit. Dei* delibasse testatur; eius verba ne sim prolixus omisi, cui cordi est legere, satis habeat & Auctorem & voluminis ordinem esse monstratum.

Age iam e Philosophorum fontibus ad agellulos nostros irrigandos aliquid deriuemus. *Seuerinus Boetius* hæc ad rem inquit. *Hæc dices, memini, Patria est mihi: HINC ORTVS, hic sistam gradum*. Sic Euripides ait. *Patria ò mea creatrix, PATRIA O MEA GENITRIX*. P. Æmylius lib. 3. *Quam à* Patria mutuatus es vitam, *eam illi tu re optimo repascenti redde*.
D Sic M. T. C. de legibus. *Hæc est mea & huius fratris mei germana Patria: HIC ENIM ORTI stirpe antiquissima sumus, hic sacra, hic genus, hic multa maiorum vestigia*. Hebræi Patriam terram natiuitatis appellant, sic dictam quòd communis omnium parens sit. Vel quia ex patre ibi quis nascitur, vt aduertit *Plaz. in Epitom. delict. cap. 22. nu. 27.*

Quòd si Philosophis adiungere fas sit Iurisconsultos, vnũ aut alterum præ ceteris dabo fidem dictis facturos; horum primus erit *Barnabas Brisonus* eruditionis plurimæ vir, idéque

V 2 Iure

Iure consultus, in libello *de Verborum significat. lib. 14. in* A
verb. Patria, pluribus id comprobās, plura item sistens Iuris-
consultorum testimonia. Alter erit *Donatus Antonius Mari-*
nus, cuius hæc verba. *Patriæ appellatione strictè & propriissime*
illam tantum venire, IN QVA QVIS NATVS EST, non
autem illam, in qua habitat. Iustinianus denique Imper. *col-*
lat. 10. nouella prima, hæc ad rem inquit aureis exscribenda
characteribus. *Multis & varijs modis Patriam nostram au-*
gere cupientes, in qua primò Deus præstitit NOBIS AD HVNC
MVNDVM, quem ipse condidit, VENIRE.

var. re. sol. tom. 1. cap. 141. nu. 2.

Nimius essem, si omnes ac singulos rei nostræ patronos B.
vellem in ordinem recensere, hos pro dignitate laudasse sit
satis. Valeat tamen ad veritatem hanc ineluctabiliter euin-
cendam Metaphrastes ipse irrefragabilis apud Aduersarios
auctoritatis. In vita siquidem SS. Probi, Tarachi, & An-
dronici apud Surium 12. Octobris hæc ait. *Taracho enim pri-*
mo Martyrum PATRIA erat vrbs Claudij Cæsaris, Probo verò,
quæ ad Orientalem sita est, Pamphilia, Andronico autem ætate
tertio insignis Metropolis Ephesiorum.

Paria scripsit in vita S. Luciani Mart. ad diem 7. Ianuarij.
Samosata est Ciuitas Syriæ, quam præterfluit Euphrates: ex Ciui- C
tas fuit Patria Luciani, vbi fuit honesto loco natus. Eadem ha-
bet in vita S. Theodosij Cœnobiarchæ ad diem 27. Ianuarij.
B. Theodosium tulit quidem vicus nomine Magariassus situs in
Regione Cappadocum, qui tunc erat multis ignotus & obscurus,
nunc autem ferè omnibus propter ipsum cognitus: oportebat enim
eum esse potius causam splendoris PATRIÆ, & parentibus,
quàm illa vita Theodosij decus afferret, & gloriam.

His omninò cōsona subdit in vita S. Ioannis Chrysostomi
ad diem 27. Ianuarij apud eūdem Surium. *Genus, ait, ducebat*
ex Antiochia, Antiochia, inquam, quæ sita est in Cylesyria. Cum tam
claram autem haberet PATRIAM, nec parentes quidem habuit D
minus nobiles. Nec alio planè stylo aut verbis idem expressit
in vita SS. Carpi, Papili, & sociorum ad diem 14. Aprilis,
hæc inquiens. *Ex ijs ergo, qui hæc martyrij peregere certamina,*
valida quoq; Ecclesiæ columnæ & fundamenta Carpus & Papy-
lus noscuntur, quorum vterq; in clara quidem PATRIA, nempe
in Ciuitate Pergamena ex valde autem pijs natus parentibus &c.
In vita S. Sabbæ Abbatis ad diem 5. Decembris, hæc ait.
Huic ergo Beato Patria quidem erat Cappadocia. In vita S. Pa-
tapij ad diem 8. Decembris, inquit. *Is Patriam quidem habuit*
Clari-

A *Clarissimas Thebas*. In vita S. Danielis, ad diem xi. Decem-
bris. *Huic ergo Beato Patria quidem erat, quæ inter Euphratem*
& Tigrim sita est, & nominatur Mesopotamia. In vita S. Eulā-
pij die 10. Octobris. *Adolescens quidam Eulampius dictus, ge-*
nere insignis, eleganti specie, & qui bona ac clara noscebatur esse
natus Patria, nempe Nicomedia &c. Vides igitur, num Patria
apud Metaphrastem dicatur Martyrij locus, an potius vbi
mundo quis fecit exortum?

Non negauerim ego Sãctorum Patriam nominari etiam
Cælestem Ierusalem, quæ est mater nostra. Negauerim
verò in ipso mortis momento ab illis acquiri nouam Patriã
B terrestrem eodem loci, vbi è vita excessere: quod si secus es-
set, duplex Beatis hominibus Patria oborireтur in morte;
vna quidem ex immortalis vitæ principio cælestis, altera ex
mortalis vitæ fine terrestris. Iam verò quoniam ea Patria
est, vbi in vitam quis venit, vbi contingit natiuitas, & vitæ
mortalis exordium; qua ratione Catana vrbs *Agathæ* patria
dici posset, vnde moriendo in cœlum subuolauit? quid ma-
gis oppositum vitæ exordio, quàm vitę occasus inueniatur?
si ergo per illud Patria acquiritur, per hunc terrenam Pa-
triam amitti potius natalem & antiquam, quàm nouam al-
teram acquiri censendum est. Maneat igitur definitum,
C quoniam Patria nulla est, vbi mors contingit, hac mortis
ratione Catanam *Agathæ* Patriam dici non potuisse.

Quòd si hæc factura satis non sint, facient profectò quæ
grauiter, eruditeq; considerauit *P. Ioseph Scammacca* Soc.
Iesu Theologus, antiquarius sacrarum historiarum profes-
sor, vt moribus, sic genere, & virtute conspicuus, *quem*,
vt de Augustino dixit Cęlestinus Papa in epistola ad Episco-
pos Galliæ, *nunquam sinistræ suspicionis rumor aspersit*: sex ad
id adducens rationũ momenta, quibus verba Angelicæ Ta-
bellæ ad funus *Agathæ* cohonestandum cælitus demissæ, *ET*
PATRIÆ LIBERATIONEM, de natali Patria, in qua *Aga-*
D *tha* secundum carnem nata est, explicat vrgetq; (ea dissimu- *lib. 1. fol.*
lare nõ debebat *Inueges*) apud *Carrer.* quæ placuit exscribere. *177.*

Primò, quia nomen hoc Patria simpliciter enunciatum
ex communi vsu & acceptione nõ significat locũ Martyrij,
nec apud Latinos, nec apud Ecclesiasticos Auctores, sed locũ
Natiuitatis Corporalis: & cum Angeli simpliciter sic enun-
ciarint, debuerunt intelligere secundum communem intel-
ligendi modum.

Secun-

Secundò: quia Angeli non sibi, sed hominibus hoc Priuilegium propalarunt, ergo ita loquuti consentiri sunt, vt iudicarunt se intellectum iri ab hominibus secundum vsum, & acceptionem communem, iuxta illud Aristotelis in Topica, *Loquendum, vt plures*, & communis acceptio illa est, quam dixi. A

Tertiò; quia hæc verba continent priuilegium vnius alicuius Ciuitatis, ergo debuerunt esse clara, & non amphibologica, vt sciretur, de qua Ciuitate loquerentur; debuit ergo nomen Patriæ in suo proprio, & vsitato, ac stricto significatu accipi. B

Quartò: quia licèt ex vsu Ecclesiastico nomen natalis extendatur ad natiuitatem spiritualem, cum addito tamen, verbi gratia, Catanæ Natale Sanctorum Martyrum &c. Et sic per addita verba determinatur significatio nominis Natale, at hic nulla per Angelos determinatio apposita est.

Quintò: quia licèt hoc nomen Natale ex vsu meruerit hanc translatitiam significationem, idem tamen vsus nondum concessit eamdem significationem nomini huic Patria, sed retinet suam priscam, & primigeniam significationem.

Sextò: quia Patria, quæ respondet huic nomini Natale, etiam si accipiatur cum addito, Spiritualis Patria non esset Catana, sed Cœlum; Martyres enim sancti per martyrium nascuntur in cælo; & sic Patria eorum est, & mater nostra Hierusalem, quæ sursum est. Catana igitur nullo modo esset Patria, nec secundum carnem, nec secundum hunc modum spiritualem, quo modo Cælum est patria, & si sit, ergo liberatio promissa erit æternæ Hierusalem, quod ridiculum est. Ita *Scammacca*, è cuius candido scribendi genere fumum ac fucum longiùs abesse nemo non viderit. C

Sed iam honorariam hanc scriptorum coronam perficiat S. *Ambrosius* in sua, quam de S. Agatha concinnauit, præfatione, sic inquiens. *O felix, & inclyta Virgo, quæ meruit Domini pro laude fidelis Martyris sanguinem clarificare suum. O illustris, & gloriosa gemino illustrata decore, quæ inter tot tormenta aspera, cunctis prælata miraculis, & mysticis pollens suffragio, Apostoli meruit visitatione curari. Sic nuptam Christo suscepere æthera, sic humani artus gloriosa fulgent obsequia, vbi Angelorum chorus sanctitatem mentis, & PATRIÆ indicat liberationem*. Ex quibus verbis sponte sua profluit natalis Agathæ Patriæ veritas. D

Quæ-

A Quæro etenim vbinam loci Virgo inclyta promeruit sanguinem suum reddere clariorem? Catanæ quidem. Vbinam tormentis superior ab Apostolorum Principe meruit curari? Catanæ. Vndenam excedentem Æthær suscepit? vbinam humanorum artuum obsequia per Catanenses ciues exhibita fuiserunt? Catanæ. Vbi Angelorũ chorus per cælestem Scripturam Agathæ mentis sanctitatem indicauit? vbi demum Patriæ suæ liberationem? Catanæ: quis igitur animo hæreat ex Ambrosij mente eam præfationem concinnantis Agathæ patriam esse Catanam, non ratione Martyrij, sed genitalis domicilij, vbi nata, vbi martyrio tandem
B coronata.

Apostolica Vrbani II. & Alexandri III. Diplomata Agatham Catanæ ortam expresse signantia ab aduersariorum imposturis vindicantur.

CAPVT XXII.

STant pro Catanensibus Summorũ Pontificum cesiones *Agatham Catanæ ortam* ineuitabiliter euincentes. Stant, inquam, Tria Apostolica Diplomata Agatham Catanæ or-
C tam ibidemq; demortuam expressissimis verbis obsignantia. Alterum *Vrbani II. datum Anagniæ 7. Idus Martij Ind. 14. per manus Ioannis S. R. E. Diaconi Cardinalis anno Dominicæ Incarnationis 1092. Pontificatus eius anno IV.* quo primum à Rogerio Siciliæ Comite post abactos Sarracenos Episcopalis Sedis prærogatiuã Catanensi Ecclesiæ restituta est, *Ansgerio* spectatæ probitatis viro in Episcopum expræfecto. Alterum *Alexandri III. datum Beneuenti per manus Gratiani S. R. E. Subdiaconi & Notarij 7. calend. Augusti Indict. 1. anno Dominicæ Incarn. 1168. Pontific. anno IX.* quo Ioannem Agellum Catanensẽ Episcopum sacri Pallij honore voluit decoratum. Ter-
D tium deniq; eiusdem *Alexandri III. ad Robertum Catan. Episcopum, dat. Tusculani per manus Gratiani S. R. E. Subdiaconi & Notarij 13. calend. Septẽbris Indict. 4. anno Dominicæ Incarnat. 1171. Pontific. eius anno 12.* quo post designatos Catan. Diocesis fines sacri Pallij vsu decoratum itidem voluit Robertũ ac Catanensem Ecclesiam non nisi Romano Pontifici subiectam expressit. Integra illa exscripseram Ego ipse in mea *Catana sacra* fol. 53. 85. & 95. 20. 24. 25. ea dumtaxat in præsenti repicabo,

bo, quæ rem, quam vrgemus, ipsissimis verbis euincunt. *Sicut Beatissimi Patris, & Doctoris elegantissimi Gregorij primi scriptis veridicis edocemur, constat Catanensem, vbi B. AGATHA ORTA & PASSA EST, Ciuitatem Episcopalis dignitatis gloria claruisse &c.* A

Multa sunt, quę ad Apostolicorũ Diplomatũ fidẽ religionemque frustra habendam extorquet Aduersarius, extrema omnia intendens, contendensque. Ea & nos articulatim duximus descanda, & enucleatius inspicienda, si quid fortasse animaduertere licebit experientibus (vt in dissectione, humani cadaueris vsu Medicis euenire solet) quod hactenus non obseruatum; singulas ideo à *Valguarnera*, & qui eum schedis suis intulerunt, *Pirro, & Inueges* excogitatas responsiones distinctis excursibus in ordinem compellabimus, ne nimietatis immodicæ culpam & nos suscipiamus. B

EXCVRSVS PRIMVS.

Primigenium Vrbani II. Diploma extans iam, & existens, Panormitanorum opinationes eneruat.

ERgo Inueges fol. 192. *Pure ad ambedue questi Breui* (tria rectius & verius dicere debuerat) *tanto Clemente VIII. come la Sacra Congregatione prestò veruna fede, e ciò per più raggioni, Prima perche ricercati tutti gli Archiui Romani, mai non si poterono trouare i loro originali in Roma.* Modestiùs in speciẽ *Abbas Pirrus in Catan. Eccles. Notit.* hęc ex Valguarnerę Panormitani officina inquiebat. *Sed de hoc Diplomate id moneatur es Lector; in ea controuersia, quam anno 1601. agitatam Romæ dixi de Patria Diuæ Agathæ, Catanenses quidem huius Diplomatis mentionem iniecisse: Panormitanos verò hac respondisse: Autographum non ostendi.* C

fol. 14.

Rectè sanè, inquiebat *Melchior Incofer in Conject. Epist. B. M. V. ad Messanenses cap. 24.* numquid in iudicium quis vocet Asellum, qui baiulando simulacrum Isidis impegit in lapidem? aut si vapulet ille, num hoc quoq; comminuendum? Autographum Romæ non ostenditur, num ideo Diploma plectendum tamquam falsum, supposititium, confictum, aut Catanenses postulandi ceu sacrilegi? quis iste nouus inferendi modus? quæ isthæc Dialectica? Romę Diplomatis Autographum non inuenitur, igitur nec Catanæ D

exhi-

A exhibetur? aut quod Catanæ asseruatur, confictum censeri debet & supposititium? Vbi aurea illa, quondam à Senatu Apostolico, imò à Spiritu sancto dictata Epistola, quam à primo Hierosolymorum Concilio, per *Barsabam & Silam*, Paulo Barnabæq; iunctos, ad fratres in Gentibus miserunt Apostoli, & seniores fratres? vbi tot *Pauli Apostoli* Epistolarum primæ illæ exarationes (siue sua, siue aliena manu scriptæ) quas ætate sua sartas tectas, & ab interitu seruatas *Tertullianus* est auctor? vbi septem Canonicarum, quas *Petrus*, *Iacobus*, *Ioannes*, *& Thadæus* scripserunt, exempla primigenia? an quia vel vetustate detrita, aut quouis alio facto deperdita illa & scimus, & dolemus, fictitia ideo vel conficta censebimus? absit.

B Quid si alicuius astu interuersum fuerit in Romano Tabulario Diploma hoc, aut fortunæ iniuria euanuerit? quid si Catanensibus parum amicus quispiam Bibliothecarij gratia fretus, suaq; fide tutus (dum Romæ lis agitabatur) dum Tabularium in Vaticano lustraret, illud incustoditum interceperit; aut saltem loco submouerit, vt certam stationē inuenire adhuc nequiuerit? nec insolens audire id debet, quando plures in dies propè nouimus Bibliothecas lustraturos aduenisse, easq; ita semper inspexisse; vt semper pauperiores soliti essent relinquere. Quid si inter manus versantium cum fato colluctatum manifestam sustinuit iacturam? quando inquirentibus diligenter doctis vestigia librorum magis, quàm volumina famam dumtaxat eloquerentur. Quid si inter tot Romanæ Vrbis excidia ab *Vrbani* II. *Alexandri item* III. ætate ad Clementis VIII. tempora, per varia rerum discrimina; temporum vicissitudines, Barbarorum inuasiones (Borbonis Ducis vel maxime eiusq; exercitus militari insolentia) in vrbis pretiosa quæque, Templa, Sacraria, ipsum Apostolicum Palatium debacchantes iacturam fecerit? vt & plurima perditum iuisse, miseramq; stragem

D sustinuisse scimus, ac dolemus: Quid si quo tempore Apostolica Sedes, ob Italicas seditiones, à *Clemente V.* Roma Auenionem translata, vbi ad annos 84. minimùm hæsit, magno Christianorum incommodo, sed Romæ potissimum, ad quam tres Cardinales cum senatoria potestate missi sunt à Pontifice, quorum auspicijs vrbs ipsa atq; Italia gubernaretur, tabulariorū scrinia expilata fuerint, nec minima voluminibus illata iniuria? porrò si has vices subire potuit vo-

lumen illud, in quo primigenium Diplomatis exemplar e-
rat exscriptum, nec tamen rescitum, quorum, aut cuius for- A
tunæ interuentu euanuerit, quis dubitet etiam astu illud in-
teruerti potuisse? enumerare porrò *Inueges* causas omnes
oportebat, quò suspicioni locus esset apud viros sapientes.

Sed quid frustra contendit *Inueges*, & qui eum præcessit *Valguarnera*, artificiosè insinuare in animis lectorum fictum falsumq; esse Vrbani, quod à nobis allegatur, Diploma, quādo illud ipsissimum apud nos hodie extat, publica olim fide penes *D.Blascum Romanum Columnam* asseruatum, hodie in Arca Thesauri, vbi sacra ipsius D. Agathæ pignora re- B
conduntur, vulgo *lo Serigno*, diligentissime seruatum? durum est aduersarijs contra veritatis stimulum calcitrare. Omnibus obuia sunt quę scribimus; emendicatæ ideò ratiocinationis adiutorio non indigent: nec enim ego quid amplius dixerim inuenio, vbi res ipsa manifestior est, quàm omne quod possim producere. *Valeat quæso* apud *Valguarneram, Inueges, Pirrum*, eiusque coassertores & asseclas, *aliquid ad se ipsam persuadendā ipsa Diplomatis euidentia*, vt in simili dicebat *D.Augustinus*. Nulla siquidem maior aut certior expeti potest aut exhiberi probatio, quàm ipsius rei, de qua disceptatur, euidentia, *cap. euidentia 9. de Accusationib.* Et est C
commune Iurisconsultorum axioma, id quod pluribus exornat *Ioseph Mascardus de Probationib. vol.1. quest.8.* Illi siquidē verissimi sunt sermones, qui concordant rebus sensatis, vt post *Aristotelem, & Auerroem*, firmat *Baldus in Rubr. C. de Probationib. nu. 4.*

Barbos. ibid. n. 3. 4. l. si irruptione §. ad officium ff. finium regund.

Sigillum porrò, quo in pendenti munitur primigenium Diplomatis Vrbani exemplar, placuit hic implantare, vt vel sic aut hoc testimonium satis sit, aut nescio quid sit satis.



D

A Quin vt memoriæ ſacratioris cultu ſempiternis perenſta-
retur monumentis; extat hodie Diplomatis huius publica
fide & ſignis apud Epiſcopij tabulas ſemel & iterum tran-
ſcriptum Inſtrumentum (ſatis ante quàm de Agathæ Patria
veritas in diſquiſitionem vocaretur) cupientibuſq; inſpicere
copia exhibetur, & petentibus exemplum fide publica mu-
nitum liberaliter condonatur, en illud.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Vniuerſis & ſingulis præſens Tranſumptum, ſiue Inſtru-
mentum publicum inſpecturis pateat euidenter, & ſit notũ,
quod anno à Natiuitate eiuſdem Domini milleſimo quin-
B gentesimo octuageſimo, Indictione 8. die verò 24. menſis
Martij, Pontificatus SS. in Chriſto Patris & Domini noſtri
Domini Gregorij Diuina prouidentia Papæ XIII. anno 8. in
mea Alexandri Cantonis magiſtri Notarij Magnæ Epiſcopa-
lis Curiæ Catanenſis, & teſtium infraſcriptorum ad hęc ſpe-
cialiter vocatorum, & rogatorum præſentia, perſonaliter
conſtitutus Spect. & R. D. D. Guillelmus Anfalonus Prior
Eccleſiæ Cathedralis Catinenſis principalis, habens & te-
nens in ſuis manibus quaſdam Apoſtolicas Bullas in perga-
meno ſcriptas, quæ conſeruantur in Arca Theſauri, & vbi
Priuilegia, & ſcripturæ ipſius Eccleſiæ conſeruantur, & cõ-
C ſeruari ſolent, mihi Notario prędicto ad manus tradidit,
& præſentauit: quas Bullas de verbo ad verbum perlegi, re-
quirens me prædictum Notarium, ſeu Actorum Magiſtrũ,
vt huiuſmodi Bullæ exemplum in forma authentica publici
Inſtrumenti conficerem, eaſq; tranſumptarem; & earun-
dem etiam veram copiam, ſiue Tranſumptum facerem. &
cum Originali prædicto collationarí, ac collatione factũ
Tranſumptũ, ſiue copiam huiuſmodi darem, & in publicã
formam redigerem. Tenor cuius Bullę, de qua ſupra fit mẽ-
tio, ſequitur, & eſt talis, videlicet.

VRBANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto fratri An-
D *ſegrio Catanenſi Epiſcopo, & Abbati, eiuſq; ſucceſſoribus canoni-*
cè inſtituendis in perpetuum. Sicut Beatiſſimi Patris & Doctoris
elegantiſſimi Gregorij Primi ſcriptis ueridicis edocemur, conſtat
CATANIENSEM, vbi B. AGATHA ET ORTA ET PASSA
EST, Ciuitatem, dignitatis Epiſcopalis gloria claruiſſe: capta au-
tem à Saracenorum populis Siciliæ Inſula, & illic, & per alias
vniuerſæ Prouinciæ Ciuitates, & Epiſcopalis gloria perijt, &
Chriſtianæ fidei dignitas interijt.

 Quod

Quod reliquum est Bullæ sciens omitto: penes Pirrum acerrimum Panormitanorum patronum *in Not. Catan. fol. 13.* legere cuiq; obuium erit & promptum, tum apud *Carrerium 1. fol. 73.* & denique *in mea Catana Sacra §. 20. fol. 53.* A

Quas quidem literas siue Bullas Apostolicas ego Alexander Cantonus Magister Notarius, qui supra, ad me recipiens, ipsis lectis, & perlectis, vidi, & Transumptum atq; Copiam eiusdem cum ipso Originali per me Magistrum Notarium prædictum, & infrascriptum auscultatas in omnibus & per omnia iuxta ipsarum Literarum siue Bullarum tenorem concordare reperi, & inueni. Idcirco Transumptum huiusmodi, siue Actum authenticum in publicam formam redigere curaui, subscriptioneq; mei Magistri Notarij subscripsi, & impressione Sigilli consueti dictæ Curiæ signaui, ut eisdem tanquam originalibus literis in quocumq; foro, siue in iudicio & extra fides adhibeatur, & adhiberi possit plenaria. Saper quibus omnibus & singulis idem dom. D. Guillelmus Prior exinde unum siue plura confici petijt instrumentũ, siue instrumenta. B

Acta fuerunt hæc Catanię in domo solitæ residentiæ dicti domini Prioris, Anno, Indictione, Die, Mense, & Pontificatu, quibus supra. Præsentibus ibidem Magnificis dominis Vincentio la Ricara V. I. D. Cæsare Caietano, Nicolao Antonio Cucuzza, Hieronymo Caruso, Cloridano Cucuzza, & Marino Nauarro testibus ad hæc specialiter vocatis atq; rogatis. C

Et quia ego Alexander Cantonus Magnæ Episcopalis Curiæ Catanensis Magister Notarius, seu Actorum Magister præmissis omnibus & singulis, unà cum supradictis testibus, dum sic agerentur, interfui, eaq; recepi, & publicaui, & in hanc prædictam formam redegi: ideò in fidem & testimonium præmissorum me subscripsi rogatus, & requisitus.

Vides igitur num publica fide exscriptum reperiatur Diploma, de quo subdubitat *Inueges*, vides num primigenium illius authographum in plura propagatum fuerit exemplaria? Quod autem in Romano Tabulario desideretur, id parum officit veritati, quando prothotypum Catinæ habetur omnibus obuium, ut dicebam, & in publicas tabulas redactum: quis umbram metitur, si corpus suo se prodens lumine palpandum committentibus oculis inspiciat? D

Alexandri verò III. Diploma ijsdem ferè verbis initio exscriptum, ac illud *Vrbani II.* publica item fide transcriptum & scimus, & gaudemus: nec cuiquam in suspicionem unquam veniet profectò (nisi *Inueges*) opinamur, Catanenses,

siue

A siue religionis in *Agatham* causa, siue honoris apud Apostolicam Sedem, Diploma illud de suo confictum cerebro vēditasse. Verùm mera hæc *Inueges* lubentia ad ipsius Diplomatis exemplaris euidentiam concidat necesse est. en illud:

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Anno Dominica Incarnationis millesimo trecentesimo quadragesimo tertio, mense Augusti, penultimo eiusdem xxi. Indict. Regnante Serenissimo Domino nostro domino Rege Ludouico Dei gratia Illustri Rege Siciliæ, Regni verò eius anno primo, feliciter. Amen.

Nos Andreas de Rauello miles Patritius, Tibaldus Iuue-
B nis, Thomasius Richiolus, & Petrus de Roccho Iudex Ciuitatis Cataniæ, Iulianus de Augusta publicus eiusdem Ciuitatis Notarius, & testes subscripti ad hoc vocati specialiter, & rogati, presenti scr. pro publico notum facimus, & testamur, quòd in nostri presentia constituti venerabiles & religiosi fratres Thomas de Bizinio Prior, & totum Capitulū seu Conuentus Monachorum maioris Catanensis Ecclesiæ ostenderunt nobis quoddam Priuilegium quondam b. m. sanctissimi in Christo Patris & Domini Alexandri Papæ III. directum venerabili Fr. Ioanni Catan. Episcopo & Abbati, & successoribus canonicè instituendis in perpetuum, datū
C Beneuenti per manus Gratiani S. R. E. Subdiaconi & Notarij, 7. calendas Augusti Indict. 1. Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo sexagesimo octauo. Pontificatus verò dicti dom. Alexandri Papæ III. anno nono, eiusdem domini Papæ bulla sequenti plumbea filo serico rubeo, cuius characteres sunt hi: Ex vna parte sculptum est hoc modo, Alexander Papa *III*. Ex alia parte S. Petrus, & S. Paulus. in quorum medio sculpta est quædam Crux cum subscriptæ continentiæ, & tenoris. VIAS TVAS DOMINE DEMONSTRA MIHI. Humiliter postulantes, vt cum ipsi proponant, & intendant ad conspectū Apostolicæ Sedis eo-
D rum certos Procuratores, Syndicos, yconomū, & Actores pro ipsius Ecclesiæ seruitijs exequendis præsentialiter destinare, & expediat eos prædictum Papale Priuilegium penes se in publica & authentica forma habere officio, & auctoritate Iudicis transumptatum, pro eo quod verentur dicti Prior & Capitulum Originale Priuilegium supradictum transmittere, ne propter longā viarum discrimina, impetus maris, & gentis casualiter posset amitti, abiri, vel quodam

modo:

modo deuastari, rogauerunt Nos, qui supra, Patritium, A
Iudices, & Notarium, nostrum super hoc officium implorandos, vt dictum Priuilegium in formam publicam prædicti nostri authoritate Officij redigere deberemus: eorum rogationibus vtpote iustis admissis, quia dictum Priuilegium originale vidimus, & legimus non abolitum, non abrasum: non corruptum, non viciatum in aliqua parte sui, sed in propria & prima sui figura persistens, omni prorsus vitio, & suspicione carens, ipsum de verbo ad verbum, nihil per nos diminuto, addito, aut mutato, excepta fortè litera, vel syllaba, quæ sensum immutare non potest, prædicta Bulla B
pendenti plumbea dicti Domini Papæ, vt prædicitur, communitum, ad cautelam dictæ Catanensis Ecclesiæ, & fidē de præmissis apud Sedem Apostolicam, eiusq; Auditorium faciendam, in præsentem publicam & authenticam formā, & in hunc modū transumpsimus, trāscripsimus, exemplauimus, & fideliter redegimus per manus mei Notarij supradicti, cuius originalis Priuilegij tenor & forma per omnia talis est.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili F. Ioanni Cataniensis Ecclesiæ Episcopo & Abbati, eiusq; successoribus canonicè instituendis in perpetuum, salutem, & Apostolicam C
benedictionem. Sicuti Beatissimi Patris & Doctoris elegantissimi Gregorij Primi scriptis veridicis edocemur, constat Cataniensem, vbi B. AGATHA ORTA ET PASSA EST, Ciuitatem Episcopalis Dignitatis antiquitus gloria claruisse &c.

Quod reliquum est Diplomatis ex industria missum facimus, integrum illud exhibet *Abbas Pirrus* aduersariorum causæ patronus *in Cat. Eccles. Notit. fol. 27. &* post eum *noster Carrera lib. 1. fol. 105.* & ego ipse in mea *Catana sacra §. 24. In Ioanne Agello Catan. Episcopo fol. 85.*

VT igitur pro authentico habeatur, in horum omnium præmissorum certitudinem, & cautelam dictæ Catanensis D
Ecclesiæ, ac fidem apud Apostolicam Sedem, eiusq; Auditorium, & alibi, vbicumq; de præmissis omnibus faciendā, confectum est ex inde præsens supradictum publicum officio Iudicis publicatum, vt de ipso Transumpto, tanquam de prædicto Originali Priuilegio plenaria fides fiat per manus mei prædicti Notarij, nostrum qui supra, Patritij, Iudicum, Notarij, & testium subscriptorum subscriptionibus, & testimonio roboratum. Actum Catanæ Anno, Mense, Die, & Indictione præmissis.

Ego

A Ego Andreas de Rauello Miles Patritius Catan. testor.
Ego Tiboldus Iuuenis, qui ſupra, Iudex Ciuitatis Catanæ.
Ego Thomaſius Richiulus, qui ſupra, Iudex Ciuit. Catanæ.
Ego Petrus de Rocco Iudex Ciuit. Catanæ, qui ſupra. Ego
Philippus de Pariſio Miles teſtor. Ego Nicolaus de Maſſaro
Miles teſtor. Ego Ricchardus de Prochita Miles teſtor. Ego
Iulius de Auguſta Miles teſtor. Ego Gualterius de Paternio-
ne Miles teſtor. Ego Fernandus Gregorij de Trauerſa Miles
teſtor. Ego Rogerius de Iudice Theodori teſtor. Ego Hen-
ricus de Tudiſco teſtor. Ego Matthæus de Virbono teſtor.
Ego Thomaſius de Vnigo teſtor. Ego Benedictus de Pater-
B mone teſtor. Ego Matthæus de Anigiro teſtor. Ego Andreas
de Conſtantio teſtor. Ego Conradus de Ridolfo cocineo te-
ſtor. Ego Nicolaus de Caſtellis teſtor. Ego Marcus de Con-
ſtantio teſtor. Ego Michael de Tudiſco teſtor. Ego Bertuc-
chius de Minardo teſtor. Ego Henricus de Loga teſtor. Ego
Bonſignuri Capo di Michia teſtor. Ego Guillelmus de Vi-
gintimillijs teſtor. Ego Bernardus Farina teſtor. Ego Verar-
dus de Rocco teſtor. Ego Vgolinus de Andrea teſtor. Ego
Philippus de Sancta Sofia teſtor. Ego Philippus de Proto-
papa teſtor. Ego Matthæus de Saluiata teſtor. Ego Marius
de Bonbacaro teſtor. Ego Petrus de Stilo teſtor. Ego Gof-
C fredus Rizzari teſtor. Ego Vbaldus de Trifolino teſtor.
Ego Nicolaus de Maſſaro teſtor. Ego Iordanus de Vulpone
teſtor. Ego Iudex Ioannes de Agnono teſtor. Ego Adinolfus
Aiutus Iuratus Ciuit. Catanæ teſtor. Ego Bonellus Piſci Iu-
ratus Ciuit. Catan. teſtor. Ego Ioannes Barbotta teſtor.
Ego Matthæus Piſcis teſtor. Ego Matthæus de Platamone
teſtor. Ego Bartolus de Benintendi teſtor. Ego Andreas Cor
daro teſtor. Ego Guglielmus Iuuini teſtor. Ego Bartolottus
de Gullo teſtor. Ego Nicolaus de Rocco teſtor. Ego Petrus
de Vintimilio teſtor. Ego Philippus de Hieremia teſtor.

Ego Iulianus de Auguſta, qui ſupra, publicus Ciuit. Catanæ
D *Notarius præmiſſa ſcripſi, & meo ſigno ſignaui.*

Tertium deniq; eiuſdem Alexandri III. Diploma Rober-
tum Catan. Epiſcopum, apud Epiſcopij tabulas publica itē
fide tranſcriptū oculatiſſimi quique obuerſant, animaduer-
tunt; illius exemplum, ne ſim prolixus omiſi, cui cordi eſt
legere, ſatis habeat voluminis ordinem eſſe monſtratum
Catan. ſacr. §. 25. fol. 95.

Hæc eo ſtudio collimata vellim intelligas, vt certò ſciat

æquus

æquus lector, num sibi constent Apostolica, quæ sistimus, A
Diplomata, num vera sapiant quæ de Agathæ Patria sense-
runt Romani Pontifices, de quorum mente dubitari non
potest, nisi velimus in media luce tenebras quærere.

EXCVRSVS II.

Verba (Matrem Ecclesiam) in Apostolicis hisce Diplomatibus expressa à Romanæ Curiæ stylo nequaquam abhorrent.

B

PErgit *Inueges* Valguarneræ premens vestigia. *Secondo,
perche non hanno stile, e frase Romana, e ne' Breui Ponti-
ficij vsata: poiche iui la Chiesa di Catania vien chiamata* Ma-
trem Ecclesiam, *essendo l'vso Romano di dire Matricem Eccle-
siam: vnde ille modus loquendi olet phrasim Siculam.*

Vix hoc loco quispiam se contineat (vt ad rem ferè simi-
lem spectās dicebat *Incoster*) à graui & seuera in argumentū
adeo leue animaduersione. Nempe vir iste limatissimi iudi-
cij non censebit vterinos fratres ab iisdem parentibus pro-
genitos, nisi qui gemelli sint, vnoq; partu fusi, ac per om-
nia similes, vt ouum ouo. Non censebit Pontificia Diplo- C
mata à Pontificibus scripta, nisi stylo nunquam sint dissi-
milia. Ergo si impostor quispiam simile commentus fuisset
Diploma, ac Romani Pontificis nomine diuulgasset, facilè se
ab hac calumnia liberasset: quin verò apud argumentato-
res istos fidem inuenisset phisicis exploratisq; rationibus à
styli similitudine confirmatam.

Sed propiùs ad rem: nihil omninò video causæ, cur id
criminis Apostolicis hisce Diplomatibus affingatur: enume-
rare porrò debebant aduersarij causas, siue auctoritates,
quò suspicioni locus esset apud viros sapientes. Sed cum ea
de re nulla extant Scriptorum testimonia, nulla adducant D
Diplomatum monumenta, nulla id ratione defendant; ea-
dem qua illi facilitate illud affirmant, eadē ego negauerim.

Quòd si causas exquirant aduersarij, cur summi illi RR.
Pontifices Catanensem Ecclesiam perhonorifico illo deco-
rarint enchomio, *Matrem Ecclesiam* nuncupantes: facile di-
xerim, id in causa fuisse ipsius Catan. Ecclesiæ Prerogatiuam,
quæ ab ipso Apostolorū Principe, vagiente adhuc christianæ
religionis infantia, per *D. Beryllum* excepit exordia. Tum

ipse-

A ipsemet *D. Petrus* dum ex Antiochia Romam adnauigaret, Catanam appellans, Beryllum, quem præmiserat, inuisurus, ibidem in honorem SS. Dei Genitricis adhuc in terris agentis sacrauit Ecclesiam, quam *S. Maria la Rotunda* vulgus appellat. Iam, quotquot à *D. Beryllo*, post constitutam Catan: Ecclesiam, ad *Vrbani II.* tempora sederunt Episcopi, omnes spectatæ sanctitatis viros audijsse, signis ac virtutibus præfulsisse notius est, quàm quod nostra indigeat admonitione. Catanenses Episcopos Metropolitas, siue Archiepiscopos passim appellatos (quod num de Panormitanis Præsulibus dici queat, Inueges ipse sit quæsitor & Iudex) Theo-
B dorum vel maxime, Euthymium, Leonem, & Antonium, dicebam *in mea Catana. Sacra §§. 14. 16. 17. & 18.* Ad hæc, Catanensis Ecclesia Romanæ alumna, eidemq; immediatè subiecta ab *Vrbano & Alexandro* superiùs laudatis Pontificibus acclamatur: ex his igitur honorificum illum scribendi morem deriuasse facile coniecerim: hæc tamen suis innixa coniecturis: atqui, vt inquiebat *Octauius Caetanus*, coniecturis interdum expressa veritas est: & vt dicebat *Plato in Ipparco*, cogunt nos magis, quia persuadent. Sed de his satis. *in Idea fol. 26.*

C

EXCVRSVS III.

Verba illa (vbi B. Agatha & Orta & passa est) non artificiosè adiecta, sed verè à Romanis Pontificibus exarata probantur.

A Stylo transitur ad verba. Et videtur hoc loco patentiorem solito campũ nactus Inueges, quod vel ex angulis in apertum compellat falsitatem, ait ergo. *Terzo, poiche queste parole Catanensem, in qua Orta & PASSA est B. Agatha, Ciuitatem, par che siano fra loro artificiosamente ʃparite, traʃportate; e che tra il Catanenʃem, & Ciuitatem vi ʃi sia*
D *ponga vn'ingegnoʃa voragine: per entrarui quelle ʃuppoʃititie parole, Vbi B. Agatha Orta & Paʃʃa eʃt: le quali, come ʃcriue nella ʃua lettera del 1601. il Colnago: par che ʃoʃʃero aggiuntate da i Catanesi.*

Duplex in vnica hæc verborum periodo impingitur impostura. Altera, verba illa *Vbi B. Agatha Orta & Passa est*, à Catanensibus fuisse confarcinata, & ideo tanquã sacrilegos publicas Romanorum Pontificum tabulas adulterantes in-

legem Iuliam peculatus commisisse. Qua in re, quid, quan- A
tum, qualeue ab *Inueges* peccatum sit, iudicio sapientium
decernatur. Opportunius in Inueges cadunt, quæ *D. Ber-*
nardus scripserat. *Eloquens vt impugnet verum, astruens non*
comperta, suas de proprio struens calumnias, destruens simplici-
tatem veritatis. Ceterum S. Methodius, Petrus Siculus, D.
Vincentius Ferrerius, Angelorum testimonia, cœlitus indi-
cta Oracula, Breuiaria Romanum, Gallicanum, Carmeli-
tanum, Ambrosianum, Apostolica ipsa Diplomata, quæ in
disquisitionem vocantur, suo satis lumine se signantia, Ca-
tanam Agathæ Patriam ineuitabiliter euincentia, Catanen- B
ses ab asserta Peculatus impostura obiectiq; criminis reatu
innegabiliter absoluunt; quinimò nec reos audisse sinunt;
& oppositam existimationem, velut giganteos montes, verba sunt
D. Augustini, *aduersus supereminentiam gratiæ cælestis structos*
diuinorum testimoniorum, tanquam fulminum, ictibus deijciunt.

de consider. ad Eugen. lib. 2.

de gestis Pelagij cap. 30.

Altera est, Diplomata ista non vndiq; adulterina impro-
bantur, sed in ijs dumtaxat verbis, quibus Agathæ natiuitas
Catanæ asseueratur, corrupta, deprauata, suspecta deniq;
notantur. Atqui certum esse debet initiò, & innegabile,
Apostolica Summorum Pontificum rescripta nũquam præ-
sumi falsa, aut falsitatis næuo conspurcata, imò ab omni C
prorsus suspicionis labe aliena semper haberi: ea vel maxi
mè, quæ plumbea Bulla fulcita sunt, & obsignata. Edocent
id sacrorum Canonum decreta, Ciuilium legum sanctiones,
Iurisconsultorum denique responsa, quæ in re adeò notissi-
ma adijcere, proicere esset. Quicũq; igitur illa suspicionis vi-
tio deturpata conqueritur, euidentissimis id rationibus sta-
tuere debet, ac probare: quæ cum inaniter ac planè volun-
tarie asseueret *Inueges*; standum erit pro veritate Diplo-
matis, standum pro accurata tantæ Sedis diligentia, stan-
dum pro illius honore ac dignitate, cui non acquiescere ne- D
fas est & piaculum: ne aliàs spatiosus aperiatur campus ad
reliquas omnes Apostolicæ Sedis sanctiones eneruandas.

Iam: vulgatum est apud Iurisprudentes axioma, *Instru-*
menta, Rescripta, cæteraq; huius generis documenta, in
parte quantumuis minima falsitatem olentia, aut de falsi-
tate suspicionem vel leuissimam præseferentia, in totum fal-
sa reputari. Id quod tam latè, quam eleganter premit do-
ctissimus sanè vir, & omni veneratione dignus *Franciscus*
Merlinus Pignatellus in supremo Italiæ Senatu Præses.

controu. forens. centur. 2. cap. 15

Aut

A Aut igitur in totum, aut nulla ex sui parte vitiosum erit Diploma hoc: ex vniuerso deprauatum nequaquam concesserit *Inueges*, fit ergo vt nec in aliqua sui parte vitiosum, quin vndique integrum incorruptumue vel inuitus agnoscat, ac fateatur.

Ad hæc, falsitatis suspicio cessat penitus, suoque deturbatur gradu, quoties sine ea potuisset idipsum impetrari quod falsitate præuia, aut saltem comite, votis arrisit: rem habet non pœnitendus auctor *Prosper Farinacius*, quem pro omnibus sisto, *quæst. crim.* 153. *nu.* 103. Falsitatis item suspicione notari nequaquam posse quod veritatis iuuatur primor-

B ijs, edocet *l. C. in l. cum filius* 7885. *heres meus ff. de leg.* 2. Si ergo veritatis primordijs nō tantum iuuatis, imò vero verius *(S. Agathæ Patriam* esse, ibidemque Martyrij Agonem feliciter consummasse, vbi temporalis vitæ traxit exordia, monetica sinis demissa Tabella, docent Breuiaria, perhibent Oracula, testatur sibi ipsi constans Traditio, firmat deniq; sparsa Scriptorum cætorua) quorsum Diplomatum verba fuerunt deprauanda? aut noua infarcienda? cum eis præclusis, elementa omnia, vt ita dixerim, veritatem hanc altruant, asimentque.

C Iusuper excogitari criminis impostura tunc demum sibi locum posset vendicare, quando vitium ab aduersario confictum apparens esset, & euidens; vtputa quia in substantialibus appareret huiusce ordinis vitium, aut interuersio; quòd si res aliter ster, scriptura item nullam contineat implicantiam, Diplomatis series ostenter, nec falsa, nec de falsitate suspecta redargui potest, aut notari. Rem communi Iurisprudentum calculo obsignatam edocent præ cæteris *Iacobus Menochius*, *Surdus*, *Speculator*, *Sfortias Oddo*, *Vtaius*, *& alij*, quos sequendo referunt *Hondedeus consil.* 99. *nu.* 50. *lib.* 2. *& Gratianus disc. p. forens. tom.* 5. *cap.* 877. *nu.* 28. apud

D quos inuenire facile erit quæ hic consultius omisi.

EXCVRSVS IV.

Verbum TORTA pro ORTA gratis ab Aduersarijs extortum refellitur.

ECce nouum interpetrem, qui Apostolici Diplomatis verba extortis glossulis ad longè diuersum sensum per-

 trahere.

trahere conatus; ait enim fol. 193. *Finalmente disse l'erudito. Quis scit num TORTA & Passa in originali legatur? Atq; inde* A
isti unius litterulæ discrimine ORTA & Passa faciant?

Cæterum ipsa rei veritas ab imaginario hoc extortoq; interpetramento quantum abhoreat, vel *Inueges* ipse iudicet *Valguarneræ* libentiam secutus, si vt amore vacuus, ita odij expers in medio collocatus consideat throno. Repugnat siquidem germana locutio, resistit orationis cordinent u refragatur tandem ipsius verbi proprietas: & vt grammaticè loquar, satius multò grauiusq; est; *Torqueri*, quam *Pati*. Torquere siquidem eam obtinet significandi vim, vt idem im- B
portet quod tormentis in quempiam sęuire: siue id fiat eruendę veritatis studio, siue delicti puniendi causa. Hinc *Tortus*, idest *Cruciatus* descendit: quod sanè innuit *M.T.C. Nam*
in Topic *& verberibus Torti*, idest cruciati, & *igne fatigati quæ dicunt, ea veritas videtur ipsa dicere*. Et lib. 2. de Finibus cap. 27. *Qui in dolore est torquetur*. Hinc vulgatum illud opportunè in Valguarneram quadrans. *Torquemus hominem, Extorquemus veritatem*. Pati verò idem quod sustinere, tolerare, æquo animo ferre importat; adeundus ideo *Auctor Thesauri linguæ Latinæ in uerb. Patior*, plura ad id expendens Auctorum testimonia, ne in leuioribus istis spatiari videamur. C

Si igitur simplex ac planè inelaborata, nedum inflata, quæue turgeat Oratio progredi debet, non regredi: proficere non deficere: vel suo saltem consistens gradu proprio stare debet ordine, incedere gressu: verbum *PASSA* prius, mox *TORTA* fuerat subijciendum, ne rectę locutionis ordo peruerteretur. Malè igitur seriatum, hiulcum, & in ipsa constructione non cohærens, & quidem extra locum suum, ac præpostere appositum verbum TORTA quis non viderit? Cauendum, inquit Quintilianus, *ne decrescat oratio*.
partie. Quod pluribus assecutus est *Panigarola in suo Concionatore*.
140.par Atqui verborum serie in diuersam abeunte sententiam, à D
2.fol. veritatis semita longius abire *Inueges ac Valguarneræ* interp:
806. tramentum ex se ipso conuincitur.

Possem hoc loco aduocare quæ ad crimen hoc ab Apostolicis hisce Diplomatibus submouendum, absque fuco &
lib.2.fol. verborum phaleris expedit eximius *Carrera*: quia tamen pe-
346. & nicudo adiectionem non recipit, illum adeas, apud eum
347. offensurus, quæ scriptiunculis nostris deesse compereris; ne alienis accessionibus nostra in volumen crescere videatur opella.

Breui-

A Breuiaria quæque Latina pro Catana stare conuincuntur.

CAPVT XXIII.

ITerum ad iudicium vocantur Breuiaria. Ergo Inueges fol. 193. *Resa vana l'autorita de' Breui Pontifi. y di Vrbano II. e di Alessandro III. subito il Colnago si riuolse all' aiuto dell' antichi, e varij Breuiarij. Et omnibus peruolutis Bibliothecis, dice il Valguarnera, Producunt Breuiarium Romanum, quod in Templo D. Iacobi suo Romæ Sacerdotes Hispani conseruant: quod sic habet. Natale S. Agathæ V. & M. in Sicilia Ciuitate Catanensi.* B *Respondemus, che nel Breuiario Romano questo errore la prima volta entrò nell'editione di Pio V. stampato nel 1521. ma à Francisci Petrarchæ temporibus vsque ad annum 1564. continuata serie in M. SS. ac Typis editis Breuiarijs Romanis nihil tale vnquam legitur.*

Multa hic consarcinat *Inueges*, quæ censoria indigent animaduersione. Et quidem initiò constanter negauerim in Rom. Breuiario errorem irrepsisse in Agathæ Patria consignanda: Agatham etenim Catanæ ortam docet historica Certitudo, firmat antiquissima Traditio, concors asseuerat Scriptorum omnium cohors (vnicum modò excipias Græ-C cum scriptorem) consentiunt Summi Pontifices, qui satis superque esse possunt ad rem hanc stabiliendam, cœlestia tandem accedunt Oracula. Non igitur per errorem in Romano Breuiario verba illa irrepserunt, sed scitè, sed solidè.

Secundò, Romanum Breuiarium eãdem semper retinuit lectionem, *Agatha Virgo Sicula CATANÆ in Sicilia nobilibus parentibus NATA*, nedum anno 1521. vt malè opinatur *Inueges*, verum & satis ante, imò & postea ad annũ vsq, 1602. Romanum ipsum Breuiarium appello per varia temporum spatia Romæ, Venetijs, alibi tandem excusum, id quod pluribus assequebar *cap. 4. fol. 11. & seq.*

D Tertiò tandem, quid commune habeat *Franciscus Petrarcha* cum Romano Breuiario, quid verba illa *à Francisci Petrarchæ temporibus vsq; ad annum 1564* innuere velint in re, quam premimus, non adhuc percepi; fateor meam in hoc peruestigãdo imperitiã: noui *Franciscum Petrarcham* Ethruscæ lyræ fidicen Principem, quem inter Scriptores Ecclesiasticos recenset *Bellarminus* (sed poterat omittere absque culpa, imo cum laude, cum nec multa nec magni momenti *de Scrip. Ecclesiasticis.*

scrip-

de Scriptor. b. lib 2. in Petrarcha.

ſcripſerit de rebus purè Eccleſiaſticis, teſte *Iacobo Gaddio* inexhauſtæ Lectionis viro, & cui literaria Reſpublica plurimum debet) è matris aluo egreſſum anno 1304. ſi credimus *Palmerio*, tum anno 1338. Romæ ab Vrſo Anguillariæ Comite Benedicti x. aliàs xii. Rom. Pontificis Vicario lauro coronatum ex *Platina in Benedicto xii.* anno tandem 1364. è viuis ereptum. Quid igitur Petrarchæ tempora cum Rom. Breuiarij editione? ego planè non video: viderint tamen alij, quibus purgatior mens, & maior ſe copia rerum ingeſſerit. A

Sed iam reliqua Inueges cōmenta percurramus. *Ma il Valguarnera conſtantemente negò, che il Breuiario Ambroſiano, Benedittino commune, e d'altre Chieſe ciò diceſſero. Oſtendi Ambroſianum, & Benedictinum, & Traiectenſe, & alia Breuiaria Pij V. editione vetuſtiora, quæ omnia de Patria S. Agathæ pythagoreum ſibi ſilentium indixiſſe videbantur.* B

Rectiùs *Inueges* harpocratico ſilentio *Valguarneræ* cenſionem præteriſſet: ecquis amabo de *P. Colnago* impollutæ famæ, ſpectatę item virtutis viro hæc credat, aut ſuſpicetur? quis vnquam ſani capitis dixerit, virum iſtum moribus, eruditione, ſanctis tandem operibus vrbi & orbi notiſſimum, tam nobile mendacium confinxiſſe, ad tantum Eminentiſſimorum Cardinalium Tribunal ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, adſtruere non dubitaſſe? tanto ſe periculo exponere voluiſſe, vt Breuiaria ſiſteret, nihil tale de Catanenſis Agathæ Patria præſeferentia? deſinat *Inueges* de tanto viro adeò malè mereri, caueat ne vel ipſis Panormitanis, quibus placere ſatagit, cum tanta olim fratris ſui amaritudine diſpliceat. C

Iam cerebricoſam hanc planeq; voluntariam *Valguarneræ*, & qui eum tranſcribit *Inueges*, aſſertationem, nullis hærentem neruis redarguit ipſius Ambroſiani Breuiarij euidentia, quod Mediolano Romam allatum, Eminentiſſ. illis Patribus agnitum, in examen vocatum, ipſis tandem aduerſarijs manum dantibus, Agatham Catanę ortam euincit, perhibetq; Preſtat hic audire laudatum *Colnagum* apud *Carreram*, ſic inquientem, *Adde quod in Ambroſiano Breuiario, quod Mediolano Romam aſferri curauimus, & ipſi etiam, quo nunc vtimur, Romano, NATA CATANÆ legitur. Ambroſiani hæc verba ſunt. AGATHA VIRGO SICVLA CATANÆ NATA &c.* D

lib. 1. fol. 113.

Aſſertio porrò iſta affirmatiue concepta, verbis item, quæ in Breuiario illo leguntur, comprobata, de loco ac tempore

pie-

A plenè instructa, sibiq; cohærens, ei, quam *Valguarnera* negatiuè confingit, longè superior apud cordatos quosque audiet, quos in transuersum non cogit affectus.

Benedictinum porrò Breuiariũ, quod de Agathæ Patria altum sibi indixisse silentium exclamabat *Valguarnera*, verba illa per Colnagum exscripta, *Defende tu Trinacriam, ò Rosa venerabilis, præsertim tuam PATRIAM CATANIÆ tam nobilis*, Altè vel me tacente inclamat. Extat Breuiarium hoc apud nostrum *D. Nicolai de Arenis* Cœnobium omnibus patens. Eadem ipsissima verba, sicut & Hymnus, cuius initium, *Exultet vrbs Catinia*, apud Breuiarium Gallicanum in

B *Officio Translationis D. Agathæ ad diem 17. Augusti* leguntur: obuia sunt quæ scribimus, verborũ calamistris non indigent.

Breuiarium Traiectense, quod laudat *Valguarnera*, & post ipsum *Inueges*, illud idem esse reor, quod Moguntinum *P. Colnago* celebratum, quippe quòd eius verba, *AGATHA VIRGO CATANENSIS Panormo* siue *Panormitanis oriunda*, controuersiam omnem componunt: nullibi siquidem apud *Colnagum* Traiectense hoc Breuiarium licuit offendere, nec adeo prouectæ sum ætatis, aut lippientibus oculis, vt inter legendum perspicillis indigeam, nisi res toties obuersata oculos effugerit.

C Tum Inueges fol. 194. *In somma riceercate tutte le Librarie d'Italia, Sicilia, Francia, Spagna, e Germania, si presentaro due antichi Breuiarÿ, ambedue contrarÿ alla Felice Patria Palermitana. Quia ambo contra nos faciunt, Alterum Placentinum anno 1554. & Alterum Moguntinum &c. Ma il dottissimo Caualiere all'vno & all'altro Breuiario egregiamente rispose. In quanto al Breuiario Piacentino disse Prima; che trattandosi della correttione del Breuiario Romano, il quale doueа essere norma, & essemplare di tutti gl'altri Breuiarÿ delle particolari Chiese Latine, non doueа quella Correttione Romana, Publica, e Pontificia esser fatta da vn solo Breuiario d'vna particolare Chiesa di Piacenza:*

D *contradicendo à quello il Greco Martirologio, Greco Breuiario, Greci Passionarÿ, e tutta la Chiesa Greca: e piu presto i publici Breuiarÿ della Chiese Latina, e Greca douean corregere il particolare Breuiario Piacentino, che il Piacentino esser norma di correttione a'i Breuiarÿ Greco e Romano.*

At quorsum hoc tam multis exageratum argumentum, vera non supponens, signisq; fallentibus nequaquam concludens intentum? Audi: Placentinum hoc Breuiarium

cam-

camdem omninò seruat lectionem, quam Romanum, quã Ambrosianum, quam cetera deniq; Breuiaria Gallicanum, Benedictinum, Carmelitanum, Moguntinum, vt liquet ex dictis: non igitur vnicum Placentinum *Agatham Catanæ ortam* asseuerat, vt vel sic ex eo Romani expungendi specimẽ expetendum foret & exemplum, sed vniuersa Ecclesiastica Breuiaria idipsum enunciant perhibentque: Latina tandem Acta Græcis vt vetustiora, sic veriora te tantur. Efficax audire posset *Aduersarij* argumentatio, si Placentinum hoc Romano esset castigatius, vel diuersum quid præseferret, quod in Romano non esset expressum, aut Latina acta Romano Breuiario non adstipularentur: singula hæc necessario debebat Assertor iste grauioribus vrgere rationibus, si, quod gratis assumit, Romanum scil. Breuiarium ad Placentini præscriptum fore dispungendum, sciolis suasum voluisset. Cum itaq; assumptum corruat argumenti, concidat pariter necesse est, quod ei superstruebatur commentum: præceps deijci dicimus ædificiũ, quod fallaci innititur fundamento. A B

Tum Inueges Placentium Breuiarium aliter declinare contendens. *In oltre produsse*, Valguarnera, *Un'altro Breuiario pur Piacentino, ma più antico di quello addotto dal Colnago: nel quale ne pur parola si faceua della Patria di S. Agatha. Ostendimus nos quoq; aliud Placentinum, illo, quod ipsi offerunt, Antiquius, in quo nusquam hæc lectio.* C

Verùm hæc responsio infirmior est, quàm vt dici queat: non etenim crediderim viro sine teste, sine auctore loquenti: debebat Breuiarij, quod sistit, verba referre, exscribereque; tum anni epocham, quando editum est vetustissimum hoc Breuiarium, subiungere, locum deniq; vbi cusum est demonstrare; vt singulis ritè perpensis certò sciret æquus lector quantum sibi vendicet fidei excogitatum hoc Breuiarium, num verba desiderentur, quę in nupero leguntur, num deniq; verè ac solidè, an potius vanè gratisq; scripserit *Valguarnera*; eò vel maximè, quia de Breuiario isto altum vbiq; silentium indicit laudatus *P. Colnagus*, non tacuisset profectò, si Purpuratorum Patrum Senatui fuisset exhibitum. D

Sed extet confictum hoc Breuiarium, nihil dicat de Agathæ Patria; parum refert: notissimam apud omnes Ecclesias Historiam Scriptorum omnium ore proclamatam atque confessam: Agatham scil. Catanæ ortam, replicare explicareq; non oportebat. Nuperum verò Breuiarium, quod

pro

A pro nobis stat, certe non esset, nisi ex antiquissima Tradi-
tione, probatis Auctoribus, castigatissimis Codicibus id ac-
cepisset.

Addo, Patres illi, ad quos nouiter editi *Placentini Breuia-
rij* recognitio ex munere incumbebat (quo tempore illud
edebatur) aut *Metaphrastem* viderunt, aut non viderunt. Si
viderunt, nec sequuti sunt, certè non probarunt: si non vi-
derunt, indicio est contrariæ *Metaphrastis* sententiæ famam
semper fuisse obscurissimam, nec palam receptam, nec iam
probatam, imò reprobatam, vt alias dicebam.

Ad Moguntinum demq; transit *Inuges* Valguarneram se- *cap. 19.*
B cutus eod. fol. 194. *Venio iam ad Moguntinum. E coll' autorità* *fol. 143.*
prima Plauti in Pœnulo, Ciceronis in Topicis, Dionysij Gotifredi
Digest. de verb. signif. cap. 53. Thesauri, Nizolij, & Calepini si
dimostrò che a' Latini l'istesso val'Orta, che Oriunda.

Hæc tamen auctorum, quos laudat Inueges, in fascicu-
lum quasi collecta testimonia operæ pretium est enodare,
vt discriminatis expunctisq; rebus appareat quam leuiter ab
aduersario sistantur. Illud tamen oportet me prius monere;
minùs fideliter, imo insincerè Dissertatorem hunc Breuia-
rij Moguntini verba exscripsisse, *Panormi Oriunda* in genitiuo
casu, pro *Panormo* in ablatiuo malis artibus supponendo, vt
C vel sic aptiùs rei suæ statumen sufficeret, & Oriundum pro
Orto intarciret. Sic enim *Inueges fol. 194.* exscribit. *Alterum*
Moguntinum &c. Agatha virgo Catanensis Panormi claris nata-
libus Oriunda, & forma egregia. Et iterum fol. 185. *Non sia*
dunque merauiglia se il medesimo Breuiario Moguntino volendo
dire che S. Agatha Nacque in Palermo, si serua di quella vsita
frase, Panormi Oriunda, qui exscribere veriùs debebat, *Aga-*
tha Virgo Catanensis PANORMO ORIVNDA, vt refert P. *Col-* *apud*
nagus. Casus namq; genitiui intrinsecum quid, immediatum, *Carrer.*
substantiale tandem significat. Id quod grauiter, vt alias, *fol. 169.*
D docet *I.C. in l. 2. §. in locū ff. de relig. & sumptib. funer. Baldus, Ia-*
son, Rebuffus, & alij quos probat *Lelius Altogradus consil. 3.*
n. 26. Quin dominium, Ius quæsitum, possessionem deniq;
importare subiungit idem Auctor *consil. 82. n. 18. & 19.* ex
traditis per *Alexandrum, Bartolum, Corneum, Curtium Iunior.*
& alios, quos ad hoc cumulat, Doctores. Casus autem ab-
latiui extrinsecum quidpiam & accidentale præsefert, *ex I.*
C. in l. si heredis seruus 50. ff. de legatis 1. & notant *Bartolus* cete-
riq; doctores *in Rubr. ff. de Noui operis nunciat.*

His ad veritatem illustrandam ita compositis, constanter negauerim ex proprijssima verbi significatione *Oriundū* pro *Orto* interpetrari, explicarique: diuersa siquidem sunt, & inuicem extranea *Ortum* & *Oriundum*, vt nonnullis probabam *cap. 6. fol.* 30. Aliqua in præsens adijciam. Liuius lib. 4. ab vrbe condita. *Quid*, inquit, *hoc si polluit nobilitatem istam vestram, quam pleriq; Oriundi ex Albanis, & Sabinis, non genere, nec sanguine, sed per cooptationem in Patres habetis*. Plinius de Viris Illustribus cap. 35. hæc ait. *Pyrrhus Rex Epirotarum materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus*. Lucretius lib. 2. *Semine Cælesti omnes sumus Oriundi*. T. Liuius 4. Belli Maced. *Oriundus à magno Alexandro*. Nimius essem, nec finem nostra faceret oratio, si omnia ac singula ex probatis Auctoribus sistere vellem testimonia: satis hæc, mentem habenti sufficiant ista. A B

Quòd si aliquando apud probæ notæ Auctores alterum pro altero, *Ortum* pro *Oriundum*, & è contra, legas vsurpatum, id vel ex minus propria verbi significatione factum intelligas (qui modus loquendi sacris valde repugnat Historijs) vel quia voci Oriundus adiecta est dictio *Vnde*, quæ causam intrinsecam designat, & immediatam, vt monet *Rebuffus ad l. de quibus 57. vers. unde ff. de verbor. signific.* & post *Castrens. Card. Tusch. Gratum, Vulpellum*, & alios firmat *Barbosa de dictionibus dict. 433. nu. 1.* quin & proprie dicitur aduerbium loci, vt laudatus *Barbosa* testatur. C

Nec me voluntariè hæc dixisse subdubites, adeundi quot quot in eius sententiam aduersarius laudat Auctores. *Plautus in Pœnulo secunda scæna 5. actus.* Agorastocles. *Ergo hic*, inquit, *apud me hospitium tibi præbebitur? namq; haud repudio hospitiū, neq; Carthaginem, unde sum oriundus.* Pœn. *Dij dent tibi omnia, quæ velis: sed quid ais, quì potuit fieri vt Carthagine natus sis, hic autem habuisti Ætolum patrem?* Ecce vocem *Oriundus* pro *Orto* interpetrarā, quia voci Oriūdus addita est dictio Vnde. D

M. T. C. in Topicis 14. hæc habet verba. *Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt; non satis est. Qui ab ingenuis oriundi sunt; nec id quidem satis est, Quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit, abest etiam nunc. Qui capite non sunt diminuti; hoc fortasse satis est.* Ex horum contextu verborum vel elementario cuique notum euadit, vocem *Oriundos* idem importare ac Originem ducentes, non autem *Ortos*; id quod laudata Tullij verba expendens aduertit *Auctor Thesauri linguæ latinæ verb. Oriundus*.

Marius

A *Marius Nizolius* oriundum pro orto interpetratus, *M. T. C. in Topicis* sistit auctorem, cuius tamen alia est mens, aliud verborum significatum, vt iam dicebam.

Ambrosius Calepinus pro nobis stat, ni fallor, illũ audiamus ita ratiocinantem. *Oriundus, a, um, qui originem ducit ex aliquo loco, in quo non ipse, sed parentes, aut maiores eius nati fuerunt. Ortus vero idem est, quod natus, denotatque locum non in quo parentes, aut maiores nostri, sed in quo nos sumus nati.* Tũ illud Liuij lib. 4. belli punici subdit. *Nati Carthagine, sed oriũdi à Syracusis, idest, à Syracusis originem trahentes, unde fuerunt parentes.*

B Paria habet *Auctor Thesauri linguæ latinæ in eodem verb. Oriundus*, sensumque suum multis Auctorum testimonijs comprobatum recensens. Rem deniq. ex Grammaticis definit *Cæsar Benenatus in suo Elegantiarũ compendio verb. Ortum*, hæc inquiens. *Ortum & Oriundum, Ortus sum Romæ. Locum significat, in quo quis natus est. Oriundus significat Locum unde maiores nostri sunt, nosq; originem traximus. Romani ex Romulo Oriundi sunt, idest originem traxerant.*

Quòd si *Oriundum* quandoq. pro *Orto* vsurpari subiungant laudati patres; id ex Tullio in Topicis, *Ab ingenuis Oriundi sunt*: Et Columella lib. 1. *Liberis parentibus est oriundus*, asC seuerant. Atquì laudata verba non natiuitatem, sed originẽ siue descendentiã importare superius dicebam, idq; notius est, quam vt in eo comprobando nostra desudet industria.

Sed iam ex prophanis Auctoribus ad sacras eiusdem Moguntini Breuiarij censiones transitum nostra faciat oratio. Ergo Inueges fol. 195. *In oltre se à uedere che questa frase fu familiarissima al citato Breuiario Moguntino. Familiarem huic Moguntino esse hunc dicendi modum Oriunda pro Orta. Poiche in lui si lege die 24. Februarij, S. Matthias Apostolus Ciuitate Bethleem oriundus. Die 17. Septembris de S. Lamberto Ep. & M. ex Oppido Traiectensi ad Mosam Oriundus. Die 16. Octobris de S. Gal*D *lo. Gallus monachus Scotia oriundus. die 7. Augusti de S. Afra, Afra Martyr Cypro oriunda, Die 18. Ianuarij de S. Antonio, Ægypto Oriundus fuit.*

Cæterum laudatæ verborum formulæ rem pro nobis definiunt, ni mea me fallat opinio; omnes siquidẽ aut per voces genitiui casus, vel ablatiui, qui genitiuum prodat (quãdo scil. iuxta regulas grammaticæ sexto casu vtendum sit) exprimuntur: aut non vrbem, in qua nati sunt Sancti, sed

Prouinciam, ex qua sunt originarij præseferunt. Singula igitur dispiciamus. S. *Matthias Ciuitate Bethleem Oriundus*, quis hic non viderit, illam *Ciuitatem Bethleem* secundi casus siue genitiui vicem habere iuxta vulgatum illud *Ciceronis pro Archia*, *Natus est Antiochia loco nobili, & celebri quondam Vrbe*. A

De S. Lamberto in meo Codice hæc leguntur verba. *Illustris Martyr Lambertus, æterni Regni Sacerdos Clarissimus, ex insigni prosapia in oppido Traiectensi ad Mosam ORTVS EST*.

SS. Gallus, Afra, Antonius, ille Scotia, ista Cypro, hic Ægypto Oriundi *Inueges* assumptum non probant: vrbem, in qua natus quis sit, sermo noster exquirit, ac perscrutatur, nō regionem aut Prouinciam; Ecquis vnquam totam aliquam Prouinciam multarum nobilissimarumq; vrbium refertissimam certæ personæ Patriam interpetretur? B

Romanum deniq; Breuiarium, quod ipse sistit in *S. Paulo primo Eremita Thebaide Ægypti Oriundo*, non plus incommodi, quàm adiumenti nostræ causæ afferre cuius palam esse potest. Thebais namque Ægypti est Regio (non vrbs Æthiopiæ contermina, à Thebis vrbe potentissima, totiusq; illius capite nomen habens) fides sit *Plinio*. Quin verba ista sicut & alia, quæ Inueges subdit, *de S. Patriarcha Dominico. Villa, quæ dicitur Calaroga Oximensis Diœcesis Oriundus fuit*, testimonium fidei & veritatis rei nostræ adstruunt, Valguarnerā ipsum redarguunt: si etenim idem esset *Ortus* ac *Oriundus*, in nouo Breuiario Romano, quod sub Pio V. castigatius editum, & ad genuinam historiæ veritatem recognitum est, & commendatum (vt Pius ipse testatur in Bulla) verba illa nō erant cur immutarentur, nec opus fuisset pro *Oriundo* supponere *Ortus*, siue *Natus*; sic enim legimus in Paulo ad diem 15. Ianuarij. *Paulus, Eremitarum Auctor & Magister apud inferiorem Thebaidem natus*: & de D. Dominico ad diem 4. Augusti, *Dominicus Calarogæ in Hispania ex nobili Gusmanorum familia natus*. Hæc igitur correctio & emendatio innegabiliter euincit apud Ecclesiasticas historias, sacrosq; Codices, aliud esse *Ortus*, aliud *Oriundus*. C

lib. 5. cap. 9.

Ex his haud inuoluta consecutione liquet, opinor, vt cum verba illa *Agatha Panormo oriunda*, de quibus in Moguntino Breuiario, in nouo Romano sub Pio V. ne dum non fuerint immutata, imò apertius explicata *CATANÆ ORTA* (vt in Paulo & Dominico factum legimus, & longè aliud sit Ortum, ac Oriundum; Iure ad rem vocari possunt quæ D

A edixit *Imper. in l. si idem* 7. C. *de Codicillis* si idem ortus quod oriundus posset, *cur eis diversum vocabulum mandaretur, qua vis ac potestas una sociasset?* & Glos. ibidem ait; *sicut diversitas est in nomine, sic in significato.*

Verborum PATRIÆ LIBERATIONEM, de quibus in Angelica Tabella, sensus à Valguarnera & Inuges extortus refertur, & refellitur.

CAPVT XXIV.

B ACuleata sanè oratione, exagerationibus item non necessarijs in *Catanenses*, in *Colnagum*, in Angelicam Tabellam, in Veritatem deniq; ipsam inuehitur *Inuges*; Tabellæ ad Agathæ funus per Angelorum ministerium delatæ sensum, verba, expromissum deniq; eludere vel elidere conatus, irrito tamen labore, vt aliàs. Non etenim adeò infirma est nostra sententia, vt petitis è Cœlo suffragijs stabilimentū rogaret, aut vallum emuniret argumētis inaccessum.

Ergo Inuges fol. 195. *L'ultima difesa, che alla Clarissima Patria Catanese fece il P. Colnago, si fu, ricorrere à i Sacri Oracoli, e dimandare aiuto alle Celesti visioni*: tum Valguarnera

C verba exscribit, *Confugiunt demum ad Oracula Catanenses: & primum ad decantatam illam Tabellam ab Angelo ad Sepulchrum delatam: oue tra l'altre misteriose parole era scritto, Patriæ Liberationem. alla quale il Valguarnera diede 7. ingegnose risposte.*

Quia tamen capitis res est: agitur inquam de summa rerum, singulas ideo captiosas hasce responsiones, quibus aduersarius veritati periculum facere contendit, recensere operæ pretium est, & in proprias classes distributas rationibus refellere. Condones amice lector, si in splendidissima veritate hac elucidanda nimius audiam, aut prolixus: *quisquis hoc facit, quod facere debet, rectè vtiq; facit*, scribit

D Augustinus. Et quamuis pleraq; ex eis superius pressa sint, ac profligata, quatenus vel cogitantibus incidebant, vel ex occasione eorum, quæ dicebantur, se se ingerebant: placuit nihilominus eadé ex proprijs castris arcessere, ne forrasse fraudem fecisse videar Lectori, si ea pro virili non soluissem. epist. 97.

EX

EXCVRSVS PRIMVS.

Tabella ad Agathæ Sepulchrum Angelorum ministerio delata ab Inueges imposturis propugnatur. A

PErgit ergo Inueges. *Prima, la Tauoletta non fu altrimente portata, ne scritta da Angelo alcuno*, hæc ille. Sed meminisse debuerat, Tabellam hanc ad Agathæ funus cohonestandum cœlitus demissam, non illam esse Epistolam, quam *Aldebertus* impostor Gallus, idemq; hereticus, à *Christo Domino* scriptam, & per Archangelum Michaelem inuentam effingebat, vt refert *Baronius*, sed eamdem illam fore, esseue, quam consonus Scriptorum omnium consensus asseuerat; constantissima nec vnquam vacillans Traditio perhibet; ipsiusmet Euidentia tot inter rerum conuersiones semper rediuiua determinat; expromissæ Catanensibus à malorum chiliade liberationis, incredibili quadam per quatuordecim secula rerum felicitate comprobatæ, experimentum definit: Breuiarium tandem, Passionaria, Historiæ, Scriptores passim locuntur. Singula quæque expansis characteribus sistebam ego ipse *Catan. Decbach. chorda 2. fil. 37. & seq.* quæ si benè, vt historicum decet, aduertisset *Inueges*, à tam nobili mendacio vtiq; abstinuisset. B C

an. 743. n. 11.

Vt ergo liquidam ex seipsa sententiam Scriptorum testimonijs innegabiliter euincamus. Stat pro nobis Breuiarium Gallicanum in officio D. Agathæ. *Cum autem Agatha sepeliretur, ecce quidam iuuenis sericis indutus, quem sequebantur plus quam centum alij pueri armati, & pulchri, quos nemo vnquam viderat: ANGELI ENIM ERANT: posuit ad caput eius Tabellam Breuem ex marmore, in qua scriptum erat*, MENTEM SANCTAM, SPONTANEAM, HONOREM DEO, ET PATRIÆ LIBERATIONEM. *Ex tunc ergo tam Iudæi, quā Gentiles ceperunt venerari Sepulchrum eius*. D

Paria legere est in Breuiario Græco (quod tamquam ex Areopago Iudicem aduocauero) in Lectionibus D. Agathæ ad finem. *Fertur itaque quod ANGELVS in eius sepulchro lapideam tulit Tabulam, in qua erant verba hæc scripta*, MENS SANCTA, SPONTANEA, HONOR DEO, ET REDEMPTIO PATRIÆ.

Seriem exornat *S. Ambrosius*, cuius laus est per omnes Eccle-

A Ecclesias, hæc ad rem in præfatione, quam in D. Agathæ honorem concinnauit, exclamans. *Sic nuptam Christo susceperunt æthera, sic humani artus fulgent obsequia, vbi ANGELORVM CHORVS Sanctitatem mentis, & PATRIÆ indicat liberationem.*

Astipulatur S. Vincentius Ferrerius, Inclyti Prædicatorũ ordinis fulgentissimum iubar, notissimæ sanctitatis ac doctrinæ vir, hęc monens in Sermone de S. Agatha. *Cum corpus eius,* scil. Agathæ, *sepeliretur; ecce quidam iuuenis sericis indutus, quem sequebantur plusquam centum alij armati, & pulchri, quos nemo vnquam viderat, ANGELI AVTEM ERANT,*
B *& posuit ad caput Tabulam breuem ex Marmore, in qua erat scriptum* MENTEM SANCTAM, SPONTANEAM, HONOREM DEO, ET PATRIÆ LIBERATIONEM.

Accedit ad numerum *S. Antoninus Florentinus Archipræsul* laudatæ Dominicanæ familiæ ornamentum, hęc inquiens: *Quod audientes fideles, corpus eius cum aromatibus in sarcophago cum collocarent: ecce subito ANGELVS in forma iuuenis albis induti attulit Tabulam Marmoream, & posuit ad caput eius, in qua hæc verba sculpta erant.* MENTEM SANCTAM, scil. habuit, SPONTANEAM, sc. se obtulit, HONOREM DEO, sc. dedit, & PATRIÆ LIBERATIONEM fecit. *Hoc miraculum audientes multi ex Iudæis & gentilibus Sepulchrum eius* par. p. tit. 7. cap. 7. §. 5.
C *venerari cœperunt.*

Rectè verò *B. Petrus Hieremias,* & ipse ex eorumdem albo Dominicanorum, vir non minus doctrina, quam sanctitate conspicuus, hęc inquiens. *B. Agatha fuit similis Christo in tumulatione & sepulchro &c. Et in Sepulchro ab ANGELO fuit imposita Tabula,* MENTEM SANCTAM, SPONTANEAM, HONOREM DEO, ET PATRIÆ LIBERATIONEM. *in Sermone de S. Agatha*

S. Simeon Metaphrastes aduersariorum colophonius apud *Surium* 5. *Februarij* hæc ait. *Quidam verò adolescens habens secum pueros numero centum pulcherrime vestitos, & qui*
D *erat similiter ignotus ijs, qui habitabant Ciuitatem Catanensium, cum venisset in locum, in quo situm erat sanctum eius corpus, Tabulam, quam apportauerat marmoream, capiti imposuit, sic inscribens,* MENS SANCTA, HONOR IN DEVM VOLVNTARIVS, ET PATRIÆ REDEMPTIO. *Quam cum suis intus deposuisset ad caput Sanctæ, recessit, & non amplius apparuit in Ciuitate, adeo vt nonnulli suspicarentur eum esse ANGELVM DEI.* Et paulo infra. *Quo autem in loco apparuit immutabilis*

tabilis ille ANGELVS, qui tabulã imposuit in capsa martyris &c. A

Appositissimo dicendi genere rem omnem conficit *Guillelmus Durandus*, vir non minus literis, quam Euangelica vita commendatus, ea dignus prouincia, quam Episcopalis dignitas, & muneris amplitudo requirebat; hic inquam Præsul *in Rationali Diuin. Offic.* hæc scribit. *B. Agatha post multa tormenta in Carcere mortua est; ad cuius caput in Tumulo posita est VISIBILITER Tabula per ANGELI MINISTERIVM, in qua scriptum erat MENTEM SANCTAM, SPONTANEAM, HONOREM DEO, ET PATRIÆ LIBERATIONEM. Ideoque consuetudo inoleuit cum Tabula eius Imaginem continente fieri Processionem.* B

lib. 7. cap. 6.

Sed etiam D. *Honorius Augustodunensis Presbyter* eximius, à pietate, eruditione, literis tandem comparatus (floruit hic ann. 1120.) breuibus, sed grauibus rem vrget ac perstringit, hec inquiens. *Cuius Agathę obsequijs ANGELI manifestè interfuere, qui Tabulã scriptã ad caput eius in Sepulchro POSVERVNT.*

Addo etiam *Baptistam Mantuanum* Antiquissimę Carmelitanæ Religionis alumnum, eo dignum eruditorum gradu, quemadmodũ ipsius monumẽta loquantur, nõ Angelos tãtùm, verùm & *Angelorum* Dominum ad Agathę funus cohonestandum, Tabellam quoque deferendam venisse dignatum, in Fastis in D. Agathæ laudem ita canentem. C

Ad tua cum centum DIVIS in vestibus albis
Funera descendit CHRISTVS, Titulumque reliquit,
Et monumenta tua n breuiter testantia laudem.

Referam & illustre testimonium ex antiquissimo M. S.C. qui in Basilica S. Mariæ Maioris Romæ asseruatur, aureis fane exscribendum characteribus. *Venit quidam Iuuenis sericis vestimentis indutus, quem sequebantur amplius quàm centũ pueri, omnes armati, & pulchri, quem nemo vnquam viderat in Ciuitate Catanensium, nec postea inuentus est aliquis, qui diceret eum se scire. Hic ergo veniens intrauit ad locum, vbi condebatur corpus eius, & posuit Tabulam breuem ex marmore, in qua scriptum est,* MENTEM SANCTAM, SPONTANEAM, HONOREM DEO, ET PATRIÆ LIBERATIONEM. *Posuit ergo hanc scripturam, vt diximus, intra Sepulchrum ad caput eius, & tandiu ibi stetit, quandiu cum omni diligentia clauderetur. Clauso igitur Sepulchro, abscessit, & vt diximus, non est vlterius visus, nec agnitus in Regione, vel tota prouincia Siculorum, vnde suspicati sumus, quòd ANGELVS DEI FVERIT,* D

&

A *& hanc scripturam diuulgantes qui viderunt, omnes Siculos sollicitos reddiderunt; & tam Iudæi, quàm Gentiles vnanimes cum Christianis cæperunt venerari Sepulchrum eius.*

Veritatem eamdem obsignat *Cornelius à Lapide* Illustrissimæ Soc. Iesu Theologus, copiosè sanè, si nullus alius, nec minus piè eruditeq; Sacram Scripturam omnem, historica in primis narratione, complexus: hic inquam *in Comment. ad Isaiam Prophetam*, hæc edicit. *Christus suis assectis, & martyribus nobilia curauit & curat sepulchra: ita S. Agathæ* ANGELI *hoc in sepulchro* posuerunt *Epitaphium in marmore incisum*; cap. 53.
MENTEM SANCTAM, SPONTANEAM, HONOREM
B DEO, ET PATRIÆ LIBERATIONEM; *quasi dicat, Agatha habuit Mentem sanctam, Spontaneam per martyrium se se offerens Deo; dedit honorem Deo, & Catanam liberabit ab incendijs ex Ætna eructantibus, quoties eius Velum illi ostenditur, &c.*

Nec desiderari hic debent quæ ad rem scripsit *Vincentius* lib. 11.
Beluacensis Episcopus, vir sua apud omnes commendatus vir- cap. 44.
tute, vt propter hoc testem dumtaxat laudasse sit satis. *Quod audientes*, Agathæ mortem intelligas, *fideles, & cum corpus condientes aromatibus in sarcophago collocarent: ecce subitò* ANGELVS ATTVLIT *Tabulam marmoream, &* POSVIT *ad caput eius: erat autem in ea scriptum*, MENTEM SANCTAM,
C SPONTANEAM, HONOREM DEO, ET PATRIÆ LIBERATIONEM, *quod sic exponitur; Mentem sanctam habuit, Spontaneam se obtulit, Honorem Deo dedit, & Patriæ Liberationem impetrauit.*

Addam & *Aloysium Lippomanum* Valguarneræ ducem ac tom. 4.
patronum hæc in fine Vitæ D. Agathæ promulgantem. *Vn-* fol. 156.
de non dubitandum, quoniam ANGELVS DEI *fuerit.* in 4. fol.

Idipsum obsignat S. *Methodius Episcopus Constantinop.* eximius Agathæ Enchomiastes, dignus sane qui inter huius causæ patronos honorarium ferat, hæc ad rem enarrans al-
D bo signanda lapillo. *Fecit dignissima huius Sponsæ suæ Christus* Apud
Sepulchrum gloriosum non per vnum, aut Duos Angelos cælitus Carrer.
missos, paucis mulieribus conspicuos, sicuti suam speluncham, vbi f. l. 29.
extra Hierosolymam ipse sponsus iacuerat, sed per CENTVM 30.
SPIRITVS COELESTES *humanam decoræ iuuentutis formam indutos, qui dum virginale corpus à* CHRISTIANIS CIVIBVS *decorè collocatur, conspicui omnibus cælestem Psalmodiam decantarunt. Quidam vero inter eos longè pulcherrimus adolescens ad Sepulchrum nõ dum opertum accessit, Cæloq; dolatam marmoreã*

A

Tabellam ad Virginis caput apposuit, in qua eius Encomia erant breuiter exarata, MENS SANCTA, SPONTANEA, HONOR DEO, ET PATRIÆ LIBERATIO.

Quid hoc vnum meum os, meaq; mortalis lingua audet amplius laudes Agatha celebrare, quas non centum Angelorum ora, nō totidem cælestes linguæ verbis attingere valuerunt? sed illas ipsas magno silentio COELESTIBVS DIGITIS *ille cæteris maior* ANGELVS *Virginis nuper custos*, DEO DICTANTE, *descripsit, admiratusq; Agathe Angelicas ac prope diuinas virtutes, protinus inde discessit.*

B

Nec præteriri debet hoc loco *Abbatis Pirri* censio in hac veritate obsignanda nobis subscribentis, cuius hęc verba: *Nō omiserim tamen ad Agatham commendandam à* COELO *demissam fuisse Panegyricam laudationem, breuem quidem, sed quæ multa paucis complecteretur:* COELESTES *enim* SPIRITVS *marmorea Tabula hæc inscripsere verba.* MENTEM SANCTAM, SPONTANEAM, HONOREM DEO, ET PATRIÆ LIBERATIONEM, *siue vt ex Græcis M. SS. legitur*, MENS SANCTA, SPONTANEA, HONOR DEO, ET PATRIÆ LIBERATIO. *Et fol.* 4. hæc iteratò subiungit. *De hoc* COELESTI *lapide* ANGELICA MANV ALLATO *hæc Gallicani Breuiarij sunt verba. Cum autem Agatha sepeliretur &c.*

Notit. Eccles. Catan. fol. 3.

C

Habes ea initio huius Excursus, ab illis hic exscribendis abstineo. Hęc igitur cum euanida sua lubentia conferat Inuegesi, & ipse suo se iudicet ore. *Rem manifestam negare irreuerentia est*, dicebat Aristoteles. *Negantis est crimen*, subdit Plinius Iun. lib. 4. *non piaculum diluentis.*

Rhetor. 2.

Satis tandem superque sit pro millibus vnus ipse *Inueges*, eorum, quæ iam dixerat, immemor, verissimum, quod hic negat Epitaphium Angelorum manibus delatum, vel inuitus affirmans, *fol.* 265. *nu.* 15. *L'ANGELO*, inquit, *ripone la Tabella nel Sepolchro di S. Agatha.* Tum subdit. *La schiera di questi Giouanetti non fu mai veduta, nè conosciuta in Catania, nè in Sicilia: laonde ogn'vno giudicò che ANGELI fussero.* Et infra. *Il Poeta Mantuano cantò che l'Angelo, che nella beata vrna lasciò il misterioso Epitaphio, si fu Christo. Ad tua cum centum Diuis in uestibus albis Funera descendit Christus, Titulumque reliquit. Ma il Passionario tradotto da Lascari afferma, che questo Giouanetto fu l'Angelo Custode della B. Martire, Probatusque fuit Angelus Virginis, qui in sepultura Tabulam imposuit.* Ita Inueges Tabellæ veritatem, Angelorum quoque ministerium

D

agno

A agnoſcens, comprobanſque. Magna eſt veritatis vis; premi poteſt, non opprimi: vulnera non mortem patitur.

Fit ex his, vt Theramenis cothurno viſus ſit inceſsiſſe *Fulgentius Arminius ab Auellino* Auguſtinenſis Familiæ Magiſter, diſertiſſimus aliàs verbi Dei Præco, & in dicendo facundiſſimus, quaſi quæ multis extruxiſſe gloriatur *Inueges*, ipſe deſtruat, dum vana ex vanis aſſerens, è ſuggeſtu, neſcio qua fide, ſolidos exquiſitoſq; Angelicæ Tabellæ characteres diſſimulans, eiſq; contraire audens, hæc dicebat in Panegyri, quam de *Sanctis Syluia & Agatha* feria tertia Reſurgenti Domino ſacra Panormi habuit hoc eodem anno 1656. B *Fermatevi (alcuno mi dice) non la decidete con ſi gran ſicurezza, perche vi è l'Angiolo, che portò la Tabella alla ſua morte, e co'l principio ſol delle lettre vn bell'alfabeto le fece: eh perche? perche dicono quelle lettre M. S. S. H. D. E. P. L.* MENTEM SANCTAM, SPONTANEAM, HONOREM DEO, ET PATRIÆ LIBERATIONEM. *Eh chi dice, che queſto vogliano dir quelle lettere? Tanti accuſatiui ſenza verbo? Queſto Epitaffio non l'ha dettato il Verbo diuino? dunque il Verbo non può mancarui. Non è ſtato fatto per ſua lode? Eh come volete che vi ſiano tanti accuſatiui, che dicuntur ab accuſando? Eh come dicono quelle lettere? Velo dirò.* C *MVLTI SANCTAM SVAM HANC DICVNT ESSE PANORMVS LÆTATVR.*

Hæc inquam fabella facile ex ſeipſa conuincitur vanitatis, qualem vetula rotans fuſum ſimplicibus ſolet, ne dormiant, narrare puellis ad lucernæ lumen. Liberum ſiquidē non eſt, imò nec licitum in re ne dum ſeria, verum etiam ſacra, pro libito ludere verbis, illudere hominibus, deludere veritati. Poſſem & ego ludere verbis, ſed malo ſilere à bonis cum Rego Pſalte. Dixerim cum *Beda lib. 3. cap. 48. in cap. 11. Lucæ*. Quæ negare Fulgentius nequiuerat, ſiniſtra interpretatione peruertere laborabat. Fabella, inquam, hæc reſponſionem non meretur: ecquis enim dubitat, quin D expoſitio laudata verborū M. S. S. H. D. E. P. L. ſcil. MENTEM SANCTAM, SPONTANEAM, HONOREM DEO, ET PATRIÆ LIBERATIONEM, à Spiritu Sancto ſit, vt ad rem omninò ſimilem dicebat *Vmbertus in Regulam Auguſtini*, in qua tot tantiq; Doctores, quos ſupra ex induſtria laudabam, quorum item verba fideliter exſcribebam, vno ore concordant? Quam ſi credimus, vt credere profitemur, reprehendi meritò non poſſumus, cum eis referen-

Pſal. 38. verſ. 3.

cap. 181

lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 18. tibus ad nos peruenerit (vt ait Augustinus) quos nobis non existimamus fuisse mentitos. Nec potest aut oportet literis explicari (verba sunt *Augustini epist. 9. ad Hieron.*) quanta & quam inexplicabilia mala consequantur, si hoc commentum, aut potius figmentum concesserimus. A

Quæ tandem Ecclesiastes iste Panormitanorum agens patronum ad coniiciendam Agathę ciuilitatem, coniecturarum subdit inuolucra, dispunctione non indigent, satis suo se produnt lumine; nihil etenim Opinionem aliquam magis infirmam conuincit, quàm vt prolea fulcienda non rationes, sed coniecturæ sistantur mera Scriptoris lubētia refocillatę. B

in Apolog. §. 1. n. 2. fol. 3. Iure dixerim cū eruditissimo P. Luca Vuadingo, *Sunt quædā opiniones adeò in se inanes, vt nec plurimo extra conquisito fundamento, vera, ne dicam credibiles, appareant, & ipsis, quibus fulciuntur, infirmis rationibus, si ad veritatis stateram ponderentur, sua imbecillitate euanescant.*

EXCVRSVS II.

Verba illa Patriæ Liberationem, de quibus in Angelico Elogio, Catanam enunciant, non Panormum. C

QVam negare *Inueges* non valuit Angelicæ Tabellæ verissimam è cœlo, per Angelorū ministerium, ad Agathæ funus demissionem; illius verba extortis glossulis, minimeq; germanis interpretamentis ad Panormum deflectere sus deque contendit, irrito tamen conatu, sic enim inquit fol. 195. *Secondo, che per Patria s'intende Palermo liberata: poiche dopò la morte della Beata, per suo merito fù liberata dalla persecutione di Quintiano, che subito colà causasò per fare straggi del nobil suo parentado: come dissime.* Eadem faisse videtur mens *Pirro in Notit. Catan. fol. 3.* verbis illis. *Panormitani vero & beneficia narrant suæ vrbi à D. Agatha collata ab excidio defendentia.* D

Euanidam hanc interpretationem *Inueges* ipse vel nolens euertit, impugnatque: scribit enim, vt vidisti, Quintianum audita Virginis nece Panormum maturasse, Agathæ affines ac consanguineos iniurijs, ac bonorum expoliatione insectaturum: igitur non Panormum vrbem, sed Panormitanos Agathæ cognatos à Quintiani insectationibus ereptos ac præseruatos vel inuitus affirmet necesse est.

Iam

A Iam si Panormum properare mens erat Quintiano, vt *Agathæ* facultates inuaderet, id quod *Inueges t. se fol.* 227. asseuerauerat, ita scribens. *Io son di parere, che l'auaro Tiranno dopò la morte della Beata non caualcò con tanta fretta per Palermo per impossessarsi de' suoi beni stabili, cioè Poderi, Giardini, Horti, e Palazzo, li quali non poteuan occultarsi, ma con tanta sollecitudine caualcò per impadronirsi del ricchissimo mobile, che S. Agatha hauea in Palermo; cioè vasi d'argento, e d'oro, gioie, vestiti, addrizzi, e forse gran contante, il quale saputa la sua morte, il suo Nobil Parentado potea facilmente ò ascondere, ò rubare*: ergo non ad vrbem deuastandam, vt *Inueges* confingit, Prætor
B Panormum contendebat, sed ad Agathæ bona diripienda inhiabat; igitur non ab vrbe periculum propulsatum est Agathæ meritis, sed suis ipsius affinibus, in quos impius Pretor minarum & cædis spirabat, est impertita protectio.

Age iam, liberationem ab ingruentibus malis Agathæ meritis in Angelico Elogio expromissam Panormo nunquã, nec aliquando impertitam (quamuis vrbs illa multiplices passa sit clades, nec ei vnquam defuerint malorum chiliades) Siculi Annales euincunt, Panormitani ipsi Scriptores fatentur: è contra verò Catanã semper incessanterque Diuæ Conciuis patrocinio ab Ætnæ incendijs, atris pestilentiæ
C nebulis, cœli inclementia, rei frumentariæ difficultate, hostium insidijs, Friderici Cesaris indignatione incolumem preseruatam antiqua miracula, quæue in præsenti seculo coruscare sentimus, vel me tacente, testantur: singula hæc pressius assequebar *hoc eodem libello*: laxius verò exhibuit eruditus *Carrera lib. 1 fol. 424. & seq; lib. & 3. per tot:* ab illis iterum exscribendis consultus abstineo, ne extra chorum saltasse redarguar. cap 8. & 14. xcurju 12.

Sed ne auctoribus destitutus videar scripsisse, sistam initiò Romanum ipsum Breuiarium, in quod nihil dicere pos-
D sit *Inueges*, expromissam hanc Patriæ liberationem experimento comprobatam edicens, quando reuoluto à cæde Virginis anno, ignita Ætnæ montis profluuia Catanæ vastitatem illatura Agathę precibus repressa sunt. *Paganorum multitudo*, inquit Breuiarium, *fugiens ad Sepulchrum Virginis tulerunt Velum eius contra ignem, VT COMPROBARET Dominus, quòd à periculis incendij meritis B. Agathæ Martyris suæ EOS LIBERARET*. Quos autem? planè Catanenses. Ergo Vrbs Catana fuit illa Patria B. Agathæ propter quam facta

fuit

fuit promiſſio de Patria à malis liberanda, ac poſt annum A
à Martyrio diuinitus confirmata. Per id namque miracu-
lum verè magnum, non per ambages, ſed per euidentiam
omnium ore ſcriptiſque celebratum Deus comprobatum
voluit Agathæ merita tanti apud ſe valere, vt ad ſolum Veli
conſpectum Ætnęa reprimerentur incendia. Tum, vt Pa-
gani Catanenſes, in ſuburbijs ſc. Catan. circa Ætnam degē-
tes, agnoſcerentur B. Agathæ ciues, quibus promiſſio facta
fuerat liberationis, qua illi freti, memoresq; Tabellæ Ange-
licæ, Diuinæ item fidei in promiſſis firmitatem in memo-
riam reuocantes, certè ſperabant Agathæ ciuis ſuæ meritis B
ſaluos ſe ſuaſq; res fore, nec eos ſpes fefellit & euidens mi-
raculum diuinam promiſſionem confirmauit.

Id quod appoſitiſſimo dicendi genere innuebat laudatus
fol. 115. *P. Colnagus* apud *Carreram*, hæc inquiens. *Aliud ſanè illuſtriſſi-
mum, Orbique penè vniuerſo celeberrimum ac notiſſimum magna*
ANGELORVM *cohors eius Sepulchro, in quo tunc primum mor-
tua condebatur, intulere, maximarum ac præclariſſimarum vir-
tutum ac meritorum Agathæ inſigne monumentum, quod in* TA-
BELLA *quadam his verbis, etiam* ANGELICA, *vt creditur,*
OPERA *inciſum legebatur,* MENTEM SANCTAM, SPON-
TANEAM, HONOREM DEO, ET PATRIÆ LIBE- C
RATIONEM. *Catana, inquam, Patria, non Panormi, quam
ab Ætnæo incendio toties, & eo tempore, ideſt ineunte anno ab eius
cæde, & noſtra quoque vel parentum noſtrorum memoria, ſiue
per ſe ipſam Agatha, ſiue ſacri Veli, quo viuens vtebatur, obie-
ctu liberauit. Qua de re Eccleſia publica precatione ad hunc modū
in Antiphona decantat.* Paganorum multitudo fugiens ad Se-
pulchrum Virginis tulerunt Velum eius contra ignem, vt
comprobaret Dominus, quòd à periculis incendij meritis B.
Agathæ Martyris ſuæ eos liberaret.

de laud. S. Aldelmus rem, quam vrgemus, obſignat ita ſcribens.
virgin. *Qui, cum Ætnæ montis incendia fauillis latè ſcintillantibus bul-* D
cap. 2. *lirent, ſulphureiſque flammarum globis feruida torrentum flumina
in præceps currentia crepitarent, ſacram Sarcophagi Cymbam,*
ſcil. Grympam, *qua Virginale corpuſculum claudebatur, quaſi
turris obſtaculum, & muri propugnaculum ruituris ignium im-*
par. 2. *bribus oppoſuerunt, & mox horrendos focorum ardores obuia quæ-*
tit. 7. *que crematuros, & liquefactas ſcopulorum congeries voraturos*
cap. 7. *dicto citius cum Virginis ſuffragio ſopierunt.*
§. 5. S. Antonius Florentinus Archipræſul vbi Agathæ marty-
rium

A rium enarrauit, hæc ad finem subiungit. *Reuoluto anno mar-*
tyrij eius, Mons maximus, qui est iuxta dictam Ciuitatem, Ca-
tanam, *emisit ignem: qui quasi torrens de monte descendens, &*
saxa & terram comburens, ad Ciuitatem appropinquabat; vn-
de multitudo paganorum omnis ad sepulchrum B. Agathæ tulit cor-
tinam, qua erat cooperta, & apposita igni protinus retinuit ipsũ.
S. Isidorus Episcopus Hispalensis in hymno D. Agathæ
hæc ad rem affert. *Mox namque clarus iuuenis Tabellam sa-*
cram deferens, Mente sacra pronuntians Defensionem Patriæ;
nam montis Ætnæ incendium cursu dum rapidissimo ad Vrbem
Catanam, *pronum flectitur, CLARET PVELLÆ MERITVM,*
B *tunc è Sepulchro Martyris plebs sacrum Velum deferens, cuius pia*
præsentia extinguit mox incendia. At longè clariùs in officio
Mozarabæ, sibi ex Toletani Concilij decreto anno 633. vt
illud aptius ordinaret, demandato, in Benedictionibus hęc
ait. *Vt quæ calesti Inscriptione libera ADVOCATA EST PA-*
TRIÆ, omnes in communi patrocinio indefesso conseruet: & quæ
eius meritis à finibus remouit, ac detraxit incendia, eius nunc o-
pitulatione flammam à nobis malæ cupiditatis retorqueat. Amen.
S. Methodius in Oratione, siue Panegyri, quam in no- apud
stræ Virginis honore euulgauit, hæc præ cæteris inquit. *Certa* Carrer.
enim est in cælesti eius Epitaphio descripta promissio de Patriæ fol. 35.
C *liberatione, neq; de tam magnæ Martyris efficacia meritorum*
apud Deum, neq; de propensa nostræ Virginis in Patriam volun-
tate ambigendum. Tum Ætnæ incendium Agathæ meritis re-
pressum subiungit; mox ita concludit. *In cuius præclari faci-* fol. 36.
noris monumentum fæuienta illa incendia in arduos montes hor- 37.
rentium saxorum, exustarumq; rupium conuersa, pro æterno
Virginalis victoriæ Trophæo erecta subsistunt, comprobantque
ORACVLI veritatem DE PATRIÆ LIBERATIONE de cælo
per Angelos delati.
Iacobus de Voragine Archipræsul Ianuēsis (floruit hic an-
no 1290) eadem Angelicæ Tabellę verba, MENTEM SAN-
D CTAM, SPONTANEAM, HONOREM DEO, ET PA-
TRIÆ LIBERATIONEM, interpetrando subdit hęc verba.
Agatha enim liberauit Patriam suam ab incendio ignis, & à cul
tura dæmonum, & liberat quotidie à periculis vniuersis.
Cornelius Mussus Archiepiscopus Bituntinus concinen-
tem Agatham sic inducit.

Mentem sanctam habui, Crucis *aspera sponte subiui;*
Rite Deum colui, Catanæa incendia pressi.

Petrus

Petrus Hieremias, idemq; Panormitanus, ex Illust. Dominicana familia, literis, moribus, sanctitate in primis cōspicuus, qui anno Dom. 1444. ferens sua manu velum *B. Agathę* contra Ætnæos ignes, quàm verum fuerit Oraculum Angelicum experimento didicit; ideoq; in sermone à se habito de B. Agatha sic ait. *Mentem sanctam habuit, Spontaneū martyrio se exhibuit, Honorem Deo* dedit, *& Patriæ Liberationem acquisiuit*; subditq; hæc verba: *Nota hic de eruptione ignis Montis Ætnai*. A

Cornelius à Lapide accuratissimus Scriptor, cuius censionem superiori Excursu exscribebam, hæc ad rem ait: *Agatha habuit Mentem Sanctam, spontaneam per martyrium se se offerens Deo, dedit honorem Deo, & Catanam liberauit ab incendijs ex Ætna eructantibus, quoties eius Velum illis ostenditur, aquâ ac morte sua persequutionem Decij Imper. & Quintiani Præsidis sitit ac sedauit*. Hæc ille. Vide quam aptè ductus interpres & accuratus loco Patriæ Catanam posuit. B

Blandinus Monachus Bened. cæteris antiquior Catanam Agathæ Patriam interpetratus est, sic scribens de Barbaris Catanā aggredi inhiātibus. *Reuoluto anno paucos āte dies susceptionis (trāslationis) gloriosæ Virginis superuenientes ab hispanis Pyratæ Siciliæ Insulam occupauerunt: patratis verò quamplurimis malis Cataniam à Gentilibus fraude arripiendam hilariter adeunt; sed fraus sanctissimæ Virginis meritis Christicolis non incognita mansit. Et quamuis tantæ multitudini minimè possēt resistere, ostendunt se tamen promptos, & agiles ad pugnandum, quibus visis gens Deo odibilis timore diuino perterriti longiùs recessere. Eodem autem die cum Syracusanis certamen ineūt, vrbem capiunt, alios secum ducunt, nil præter mænia, quæ secū ferre non poterant, relinquentes. Quod verò ita Cathanam prę- teriere, illius adscribitur glorię, QVÆ PROPRIÆ LIBERATIO EST PATRIÆ*. Propriæ inquit. Igitur omnis alia vrbs Agathæ non est Patria, igitur nulli alij Vrbi nisi Catanæ liberationis facta est repromissio. C D

Interponat se se hisce Scriptoribus *Ludouicus Siciliç Rex*, suiq; regij sensus promat oraculum. In concesso siquidem a se conciuibus Catan. Priuilegio ann. Dom. 1353. sic inquit. *Diuinę (vt credimus) natalis nostri auctrix AGATHA fuit Beata Cataniç, quia sicut nos IN SVA PATRIA nasci voluit, sic eam nostri disensitricem nominis impetrauit, vt eodem tempore Ciuitatem ipsam PRIVILEGIO suo à violentorum mucrone defenderet*

fenderet, & nostrum in ea refugium necessitatis tempore stabilis-
A *ret*. Hoc autem Agathæ priuilegium nullum aliud ten-
sendum est, nisi illud ex Angelicæ Tabellæ verbis imper-
titum, PATRIÆ LIBERATIONEM.

Seriem denique perficiat *Simeon Metaphrastes* innegabi-
lis apud Aduersarios auctoritatis, omnique maior excep-
tione, hæc in D. Agathæ Vita ad calcem scribens. *Vt autem*
incommutabile esset verbum, quippe Angelus erat, qui Tabulam
posuerat in Sepulchrum Martyris, factum est impleto anno à die
eius consummationis, mons Ætna ignem eructauit, & tanquam
fluuius valde mugiens sic descendit, lapides dissoluens tanquam
B *ceram, è vertice montis, combusturus & perditurus vniuersam*
Ciuitatem CATANENSIUM. *Qui verò circa Montem habita-*
bant, etsi essent gentiles, ignem fugientes, properarunt ad Tem-
plum Virginis, & auferentes amictum qui erat Arcæ impositus, ex
aduerso ignis eum posuerunt. Dei autem prouidentia ignis ille pro-
tinus est repressus: factum est verò miraculum quinto Februarij,
in quo etiam decertauit. Quidnam verò importet verbum il-
lud *Incommutabile*? respondebit Græcus Scriptor, promissio-
nem de Patriæ liberatione scriptam ipso anno post Agathæ
martyrium impletam fuisse: malorum igitur redemptio, ac
liberatio ex cœlesti Tabula Agathæ Patriæ promissa, ex
C Græco Scriptore Catanæ facta est, non autem Panormi.

Quin Metaphrastes ipse, expromissam hanc Patriæ libe-
rationem Panormo ne dum non agnoscit, verum conclude-
ter pernegasse visus est, dum Agatham Panormo profectam
à Panormitanis omnibus destitutam scribens, magno item
dolore affectam in hunc modum orasse subiungit. *Domine*
Deus omnipotens ostende magnũ miraculum hoc loco, & statim exar-
ta est Olea infertilis, quæ publica notabat ignominia mentes Pa-
normitanorum. Hæc Metaphrastes; non quòd commoueri,
inquit *P. Colnagus apud Carreram*, ac subirasci Sanctos Marty- fol. 157.
res putemus, qui Christo duce militantes contumelias, pro-
D bra, iniurias omnes sponte, & ex animo inimicis suis non
condonent solùm, sed preces etiam pro ijs Deo immortali
porrigant, & quanta possunt ope, iuxta Domini Iesu præ-
cepta prosequantur. Qui ergo fieri potuit, vt Panormitanis
à Deo Patriæ liberationem impetrauerit, quæ in illos ma-
gnum à Deo miraculum imprecata est ex Metaphraste?

Illud tandem coronidis vice subiungam, haud quidem v-
nicam aut solam hanc fuisse Agathæ meritis seruatã Catanę

ab Etnæis incendijs incolumitatem (quæ alioqui sufficiens foret ad conuincendam eiusdem D. Virginis priuilegio repromissam eius Patriæ liberationem) Innumera sane sunt, Illustria, Nobilia denique pro Catanæ salute patrata Miracula, quorum fama ad remotissimas quasque gentium nationes peruasit. Singula in Annalibus Catan. distinctis annorum epochis recensemus; illa hic nimietatis non attingimus tædio. A

EXCVRSVS III.

Catana Agathæ natalis est Patria, quia ibi Orta est, non quia ibi Martyrium consummauit. B

AD aliud Asylum perfugit Aduersarius, acutulam sane interpetrationem excogitasse ratus. *Ill. che Catania si dice Patria per il martirio. Patriam explicamus, ubi Cœlo Nata est, quemadmodum Natale Ecclesia pro mortis die accipere solet.* Patria scripsit Pirrus in *Cat. Eccles. Notit. fol. 3. Vel Oraculum intelligendum volunt de Patria, quæ, velut obstetricante Tyranno Romano, Cœlo Agatham peperit.*

x Asylum hoc, in quo tanquam in Refugij Ciuitate (vt olim in Lege præceptum erat) se recipit Aduersarius, pluribus euertebam supra cap. 21. Prestat tamen hic replicare P. Colnaghi censionem apud *Carreram*, quam aduertere debebat *Inuiges*, ne voluntarie scripsisse videretur. Ergo Colnagus. C

lib. 1. fol. 118. *Martyrij locus nunquam verè in Patriam Martyris computatur, quando nec Apostolus Petrus, nec Paulus Romam sibi patriã fecere, & alij permulti, idest cæteri omnes, qui non quo in loco extremum diem obiere, sed vbi nati, vbi diu versati, aut educati sunt, eam sibi vt Patriam nominarent, potestatem acceperes. Neque mos ille Ecclesiasticorum Scriptorum, qui Sanctorum obitus Natales appellant, de Terreno, sed de Cælesti ortu intelligũt, quo Cœlo ac Deo nasci dicuntur sempiternam vitam acturi.* D

Nec alienæ fuit mentis *Anonymus* ille, cuius dispersa ingenij monumenta ego ipse vltroneus obtuli *Petro Carreræ*, id quod ipsemet testatum dimisit, hæc ad rem inquiens. *Sed* lib. 1. fol. 178. ad finẽ. *Panormitani huiusmodi locutionibus Catanam quidem Agathæ Patriam dici, non vbi Terris, sed vbi Cœlo nata sit, obsistunt. Itaque Angelorum testimonium, Sanctorum, atque eruditorum hominum auctoritates, firmissimæ rationes eludunt, non tamen*

ener-

A *careuant, aut infirmant*. *Quis enim credat* ANGELOS *apud nos aliter loqui, atq; nos inter nos colloquimur? Iam verò nos, ac Scriptores omnes, cum Patriam nominamus, non vbi quis Cœlo, sed vbi Terris nascitur, intelligimus. Non eo tamen inficias, Sanctorum Patriam etiam appellari cœlestem Hyerusalem, quæ etiam est mater nostra. Pernegauerim verò in ipsa morte terrenā etiam acquiri Patriam. Quod si esset, duplex beatis hominibus Patria oboriretur in morte, vna ex immortalis vitæ principio Cœlestis, altera ex mortalis vitæ fine Terrena. Iam verò quoniam ea Patria est, vbi in vitam quis venit, qua ratione Catana Agatha esse possit, vnde moriendo proficiscitur?*

B *At, inquies, nonne, in ipso obitus momento B. Agatha æternæ vitæ gaudijs Deum intuendo perfruebatur? Illa sanè: sed tunc non terrenam vitam à terrena, sed cœlestem à cœlesti patria, diuinamq; per lumen gloriæ diuinitùs communicatum cœlestibus proprium hauriebat. Maneat igitur quoniam Patria nulla est, vbi mors contingit, hac tantùm ratione Catanam dici Patriam non potuisse*. Hæc auctores isti, quorum censiones eò libentius dedi, quò rem ineuitabiliter euincunt.

Addam ego quod in simili fere censuit D. Augustinus, *Nomina & verba Sacræ Scripturæ in propria veraque significatione intelligenda fore, nisi quid obstet*. Id quod optime etiam calluit

C *Franciscus Georgius Venetus*, sic inquiens. *Non enim Scriptura vtitur vocabulis improprijs, sed quammaxime proprijs: hinc sapissimè decipiuntur Interpetres, cum scil. volunt accommodatissima vocabula abducere à proprijs significatis, & ad libitum interpetrari*. Nec enim verba captiosè sunt intelligenda, vt monuit *Gloss. in can. erit autem dist. 4. in verb. in captionem*, & nouiter *Nauarrus consil. 6. nu. 8. de hereticis*. Aut accidentaliter, & ficte, sed vere, sed proprie, & naturaliter: fides sit *Augustino Barbosæ axiom. 222. n. 27.* plures ad id expendēti Doctorum idipsum firmantium censiones. Atqui Patria ea propriè dicitur, vbi quis mundo nascitur, non vbi Cœlo ac

in Genes. probl. 36

D Deo facit exortum.

Hos, quos laudauimus, Patres, Intepetres, ac Doctores consulat *Inueges* præuios, ac semitam commonstrantes, ne in eum cadant, quæ *Melchior Cano* dixerat. *Ad sacras literas sine doctore aggreditur, qui neglecto sensu antiquorum Patrum arcanam Scripturam ex suo interpetratur*. Id quod antea dixerat *D. Augustinus in lib. de Vtil. cred. ad Honoratum*, verbis illis. *Nulla imbutus poetica disciplina Terentium sine magistro*

loc. Theol. lib. 3. cap. 3. n. 13.

attingere non auderes: tu in sanctos libros sine duce irruis, & de his sine praeceptore audes ferre sententiam. A

EXCVRSVS IV.

Catana Agathæ Patria dicitur, quia ibi nata est, non quia ibi aliquando fuerit commorata.

QVartum subdit *Inueges* ad laudata Angelicæ Tabellæ verba commentum, hæc inquiens. *IV. che tui habit esse S. Agatha.* Catana igitur *Agathæ* patria dicta est ab Angelo, quia ibi aliquando Diua Virgo fuerit diuersata, non quia ibi lucis vsuram acceperit. B

Hæc tamen excogitata fabella satis superq; reijcitur ex ijs, quæ aliàs dicebam. Quin ex assutis ab eodem Inueges testimonijs euidentius, quam vt dici queat, exploditur. Scribit siquidem Assertor iste *fol.* 176. 228. & alibi passim, Agathā, decimo iam exacto suæ ætatis anno, Vetulæ cuiusdam artibus Christianæ fidei rudimentis edoctam Christo Sponso nomen dedisse: Tum parentes eius grauiter id ferentes sanctissimum Puellæ propositum deturbare conatos, quin vt à Christo ad Idola desflecteret, verbis ac verberibus diu illam sollicitasse; Tum *fol.* 241. Agatham Panormi degentem sistit, ibidemque toto illius anni spatio, qui martyrium præcessit, ad agonem se se præparasse, Panormo tandem raptā Catanæ de Tyranno fœliciter triumphasse Nonis Februarij anno 253. Quanam autem fide somnia isthæc & fabellas infarciat Inueges, opportunius expendam inferius. C

cap. 14. Exc. 3. fol. 74. & seq.

Atqui Agatha vix exacto XIII. ætatis suæ anno martyriū consummauit, si credimus *Paulo Æmilio Sanctorio*, vel anno ad summum XV. vt scriptum legimus apud M. S. C. in Vaticana Bibliotheca, de quo testatur eruditus *Carrera*. Fieri igitur non potest vt Catana *Agathæ* Patria dicatur, quia ibi degebat; cum aut nunquam, aut vix Catanam Agatha incoluerit ad mentem *Inueges*. Assidua namque debet esse habitatio, aut saltem per decennium, non autem breuis ac momentanea, vt inde Ciuilitatis nomen emanet, si credimus *Bartolo in l. Senatores nu. 1. C. vbi Senatores vel clariss.* & quæ ibidem cumulat *Apostil. in verb. Senatores.* D

lib. 12. fol. 269.

Quin Græcus ille Scriptor *Metaphrastis* nomine euulgatus, portentosam hanc responsionem funditus euertit, qui

Aga-

A Agatham Panormi jugiter commorantem scribit, Catanæ verò nonnisi Martyrij tempore degentem agnoscit: hanc tamen assertionem à vero quàm longissime deuiam pluribus refellebam. Quanti porrò facienda sit ab *Inueges* Græci istius Scriptoris censio, cui tanquam innixa fundamento Aduersariorum moles superextructa est, non est cur operosius cómonstrare sit necesse. fol. 74.

EXCVRSVS V.

B Patriæ nomine in Angelico Elogio Catana tantum venit, non autem Sicilia.

QVintam infarcit ad laudata verba expositionem *Inueges* cæteris non minus voluntariam, imò ridiculam. *V. Che Patria s'intenda tutta la Sicilia*. Paria scripserat laudatus Pirrus eod. fol. 3. *Placet alijs, vt Patriæ nomine non Vna tantum vrbs, sed vniuersa Sicilia significetur, nam ea sibi D. Agathæ patrocinium, atq; ab imminentibus malis defensionem gratulatur.*

Hæc tamen explicatio quàm dissona sit, & incondita; vel ipse idem *Inueges* sit arbiter; adeo namq; causæ nostræ C confido, vt non recusem illius subire iudicium: ecquis enim, vel elementarius, nedum sapiens quispiam vir, aut grauis, Prouinciam personæ alicuius patriam opinabitur, nedum assignabit? repugnat hoc Sacræ Scripturæ verbis, Scriptorum omnium sensui, verborum deniq; proprietati. Breuibus rem omnem complexus est doctissimus, quique in hoc argumenti genere magna cum laude versatus est, *P. Colnagus* apud *Carreram* hæc inquiens. *Quis vnquam totam aliquam* lib. 1. *Prouinciam, multarum, & nobilissimarum vrbium refertissimã* fol. 159. *certæ personæ patriam interpretetur?*

D Quæ tandem adijcit *Inueges*. *VI. che Mentem sanctam, Spõtaneam, Honorem Deo, & Patriæ liberationem, vol dir cosi. S. Agatha hebbe mente santa, spontanea, diede honore à Dio, & ò Catanesi impetrò la liberatione della vostra Patria Catania. VII. Il senso è questo: O Catanesi, se voi hauete Mente sancta spontanea, e darete honore à Dio, sarà liberata la vostra Patria.*

Hæc, inquam, vt sponte conficta, ita sponte casura nemo non viderit, qui cerebricosas hasce ac plane voluntarias expositiones è limine salutarit. Mirum certe quàm facile com-

commenta hæc adinuenerit *Inuges*, & contortis glossulis minimeq; germanis explicationibus clarissima Angelici Elo- A
gij verba conetur eludere, & in alienum sensum detrahere. Consulat suum *Simeonem Metaphrastem*; & dicet sibi, quid verba illa enunucient, quinam sit germanus illorum sensus: adeat *S. Antoninum*, *S. Isidorum*, *S. Methodium*, *Petrum Hieremiam*, *Blandinum Monachum*, *Cornelium à Lapide*, *Vincentium Bellouacensem*, ceterosue, quos, *Excurs.* 1. & 2. lau-
epist. 28. contra Donat. dabam, verba item exscribebam. Dicam cum Augustino. *Noli frater contra Diuina, contra tam multa, & tam clara testimonia colligere velle calumnias.* B

Agathę Luciam alloquentis verba Catanam suam ipsius Patriam euidentissime demonstrant.

CAPVT XXV.

EX Angelicæ Tabellę verbis ad ipsius Agathę sermonem transit *Inuges*; & qui Cœlestis Elogij testimonium extortis glossulis eneruare non potuit, ipsissimam Agathæ assertitationem euitare conatur. Ergò fol. 196. hęc subdit. *Riuerse*, Colnagum intelligas, *al secondo Celeste Oraculo, cioè à* C
quelle famose parole, che la B. Agatha in sonno disse à S. Lucia, Sicut per me Ciuitas Catanensium sublimatur à Christo, ita per te Syracusana Ciuitas decorabitur. *Ma qui, disse il Valguarnera, non si parla ne di Nascita, ne di Patria, ma di Città sublimata, ingrandita, e con beneficij, e miracoli Nobilitata, poiche all'hora essendo la Sicilia tutta Greca; per certo la B. Agatha queste parole le disse in Greco alla Greca Lucia: e la parola Latina, Decorabitur, nel Greco propriamente significa Beneficijs afficiatur. Et il literal senso di quelle si è, si come la Città di Catania, oue io sparsi il sangue, viene con miracoli nobilitata da Christo;* D
così la Città di Syracusa, oue tu patirai, dall'istesso Signore sarà con beneficij honorata.

Verùm explicatio hæc fuga est difficultatis, non euacuatio: pollicita siquidem Luciæ meritis Syracusanæ vrbis sublimatio per omnia compar est ei, quæ ad Catanenses Agathę intercessione cœlitus facta est liberationis repromissio; id quod non obscurè demonstrant verba illa, *Sicut per me Ciuitas Catanensium &c. ita per te Syracusana Ciuitas &c.* dictio namq; illa, *SICVT*, omnimodam importat similitudinem & iden-

A identitatem, vt monuit Summus Pont. *in cap. olim de verb.
signif. cap. cum in Eccl. sia de præbend. lib. 6. cap. parochianus de
sent. excom. & Iurisconf. in l. 1. ff. de ventre in poss. mittend. l. si
quis obrepserit. ff. de falsis*; notant *Antonius de Butrio consil. 59.
nu. 4. Romanus consil. 328. nu. 1. Honded. consil. 86. nu. 54. lib.
2. Tiraquel. de iure primog. quæst. 40. nu. 30.* latissime *August.
Barbosa diction. 366. nu. 1. & 2.* vbi subiungit idem importa-
re ac si diceretur *Eodem modo*. *Gozalin. cons. 8. nu. 18.* Sic &
dictio, *ITA*, similitudinē ac declarationem ad expressa desi-
gnat cum suis præfinitis qualitatibus ac circumstantijs, *l.
quæsitum §. peto & l. qui habebat §. finali ff. de leg.* 3. aduertunt
B *Gozadin d. cons. 8. nu. 19. Gratian. disc. ep. 175. nu. 34. tom. 3.
Barbos. diction. 179. nu. 2.* Vt igitur omnimoda sit similitudo
inter Agatham & Luciam, inter Catanenses item ac Syra-
cusanos tutelarium Virginum protectione prosperis succes-
sibus sublimatos, fateri necesse est symbola hæc per omnia
procedere, vt quemadmodum Syracusana Vrbs Luciæ me-
ritis à Christo sublimatur, beneficijs afficitur, quia Virgo
illa Syracusis nata est, ibidemq; donata Patriæ suæ sublima-
tionem promeruit; ita & Catanæ Vrbi Agatha suis ipsius
patrocinijs a malis omnibus liberationem, sospitatemq; im-
petrauit, quia ibi terris exorta est per natiuitatem, Cœlo
C per martyrium.

Aliunde stabilio quæ dicebam. *S. Aldelmus* notissimæ san-
ctitatis vir, Episcopus Schiriburgensis in Anglia, *Bellarmi-
no de Scriptor. Ecclesiast.* commendatus, quique res Siculas op-
time calluit, ob non vulgarem cum *D. Gregorio Magno Pont.*
necessitudinem, à quo fidei rudimentis imbutus Baptismi
gratiam percepit, *in libr. de Virginit.* hæc ad rem scribit. *Mi-
hi quoque operæ pretium videtur, vt S. Agathæ rumores castissi-
mæ Virginis Luciæ præconia subsequantur, quos præceptor & pæ-
dagogus noster Gregorius in Canone quotidiano, quando Missarũ
solemnia celebrantur, pariter copulasse cognoscitur, hoc modo Ca-
D talogo Martyrũ ponens, Felicitate, Anastasia, AGATHA, LVCIA,
quatenus nequaquam literarum serie sequestrentur, quæ CON-
TRIBVLI POPVLO apud Siciliam genitæ simul cœlesti gloria
gratulātur. Etenim sicut Catanense Municipium præ cæteris Tri-
nacriæ Vrbibus Agathæ martyrio coronatur, ita famosissimæ Chri-
sti Tyrunculæ Luciæ prærogatiua Syracusanorum oppidum Siciliæ
prosperis successibus sublimatur.* Hæc ille: cuius sane postre-
ma verba quamuis Martyrium expresserint, attamen quæ
initio

In Biblioth. Vet. Patrum tom. 3.

initio posuit, Patriam, vbi genitæ essent *Agatha*, ac *Luciæ*, A
liquido satis expresserunt. Genitas igitur cōstat ex *Aldelmo*
apud Siciliam contribuli populo. Liquet item Catanensium
Vrbem Agathæ meritis, Syracusiorum Luciæ prærogatiua
prosperis successibus sublimari. Quinam verò sit populus iste
lib. 1. fol. 102. Contribulis, erudite satis attingit *Anonymus apud Carreram*.
Eos scil. dici populos contribules, qui tributum Populo Romano
exsoluebant. Syracusios porro ac Catanenses Quæstori Syracusano
decumas exsoluisse, non autem Panormitanos (& quia liberi erant,
vt aliàs dicebam ex *Cicerone in Verrem*, & quia Lilybetano Quæstori
propiores) verissimum est & innegabile. B

Quòd si non à Tributis, sed à Tribu, ac natione contribules
nuncupari quispiam contendat; fieri non poterit, vt Panormus,
ac Syracusæ contribules dicantur, quarum altera à Phænicibus,
vt ait *Thucydides lib. 6.* vel à Damascenis & Phænicibus simul,
vt *Fazello* placet; altera à Doricis, ijsque Corinthijs cōstructa est,
& ædificata: erunt verò Catana & Syracusæ, vtraque ab eiusdem
nationis Græca gente restaurata, in ampliorem que formam
nobilitata; Ab Augusto item Cæsare nobiliùs restituta: fides sit
Strabon lib. 4. & *Philippo Clucrio*. Iam verò quoniam contribules C
Antique Sicil. lib. 1. cap. 9. fol. 119. Catanam & Syracusas fuisse constat; in eadem hæresi erit
qui Agatham Catanæ natam non dixerit, atque is qui *Luciam*
pernegarit Syracusis, quarum ope meritisq; vniuscuiusque Patria
prosperis successibus sublimatur.

Atque ex his confectum opinor, à veritatis semita Longius
aberrasse *Inueges*, qui laudata verba ad Sacræ Ecclesiasticæque
generationis sensum extorquens, inuertensque fol. 203. hæc inquit.
*La seconda Autorità latina di S. Aldelmo chiaramente fauella di
Generatione sacra & Ecclesiastica. Contribuli populo apud Siciliam
genitæ simul cœlesti Gloria coronatur: e molto più ciò confirmano
le seguenti parole, Catanense Municipium* D *præ cæteris Trinacriæ
Vrbibus Agatha Martyrio feliciter coronatur.*
Opportune in aduersarium cadunt, quę in Origenem scripsit
de locis Theolog. cap. 7. n. 11. *Vincentius Lyrinensis* apud *Melchiorem Canum*, verbis illis.
*Hic dum ingenio suo nimium indulget, sibique satis credit, dum
quędam Scripturarum capitula nouo more interpetratur, meruit
vt de se quoque diceretur, non audies verba Prophetę illius, aut
somniatoris.*

P. Col-

A P. Colnagus in testimonio, quod ad Agathę patriam adstruendam, adducit, haud recte ab Inueges expostulatur.

CAPVT XXVI.

His ita constitutis, laudatum P. Colnagum cælitus petita testimonia ad Agathæ patriam cuincēdam minus recte cumulantem criminatur *Inueges eodem fol.* 196. hæc inquiens. *Si valse pure il Colnago di quella famosa riuelatione fatta ad vn Prete per la translatione del suo sacro Corpo da Grecia*
B *in Sicilia. Ma ne meno questa riuelatione il fauori. Poiche S. Agatha, rispose l'erudito,* Valguarnera, *non disse al Francese Gisliberto, Portami alla Patria: ma li disse Portami oue hò patito il Martirio. Agatha semel, iterum, atque tertiò repræsentans præcepit, vt se ab Ecclesia, in qua iacebat, latenter ablatā, Catanam, vbi pro Christo fuerat coronata martyrio, reportaret.* Asseritationis istius auctores sistit in margine *Pirrum in Catan. Eccles. Notit. fol. 4. & Carrer. Mem. Catan. par. 2. fol. 78.*

C Verùm apud *Pirrum* tale quidpiam haud licuit offēdere, laudatum ab aduersario libellum ipsum appello. *Ad hæc:* Colnaghi verba aliò spectant alio sane fine conscripta. Ergo Colnagus apud Carreram fol. 163. *Decimò. Ipsa etiam B. Agatha cum in cœlo degens cum B. Lucia sermonem haberet, diceretq; parem Syracusis, quam B. Lucia patriam esse constat, splēdorem ex eius Martyrio accessurum, ac Catanensibus ex suo ipsa Martyrio attulisset, mira res fuit nullam de Panormo, si eius Patria fuisset, fecisse mentionem; nam quis loco opportunior? quã aptior occasio bene merendi de patria? Idem planè silentium illi fuit de Panormo, cum in Vrbe Constantinopolitana corpus suum per quietem duobus iis viris apparēs Catanam deferendū voluit.*

D Vides igitur quàm eneruis sit hæc *Inueges* Asseritatio, non tam pro rei veritate, quàm pro assertoris imaginatione gratis excogitata, & ad suas copias traducta, vt dicere possim cum Augustino. *Verba agnosco, sed quid de adiuuent, omnino non video.* *lib. 2. contra Petilianū cap. 40.*

Prisca de Cœlesti Oraculo ad Fridericum II. Imper. traditio ab Augustini Inueges criminationibus propugnatur. A

CAPVT XXVII.

HActenus si conatus omnis *Inueges* in irritum cessit; ex-
tremo hoc loco vires omnes aduocat, vt priscam,
eamq. verissimã de cælitus indicta ad *Fridericum II.* Imper.
hoc autem vocamine I. Siciliæ Regem comminatione Tra-
ditionem inter fabellas reijciat; quam si vanam esse semel B
ostenderit, Catanenses à tam excellentis prærogatiuæ prin-
cipatu deiecisse sibi ipsi blanditur. Sic igitur nauseabundus
delicatus iste Criticus scribit fol. 169.

*Finalmente addusse quel celebre Prodigio, che à Friderico II.
Imp. come dicono, accadde; cioè, che assediando egli la Città di Ca-
tania, vn giorno nel bel matino pigliando l'Officio nelle mani per
recitare alcune sue diuote Orationi; quante volte l'Officio aprì,
sempre nelle sue foglie ritrouò scritto,* Noli offendere Patriam
Agathæ, quoniam vltrix iniuriarum est. *Ma à questo famo-
so portento nel suo Memoriale diede cotal risposta il citato Valguar-
nera; Respondemus; Nondum vllum protulistis huius fabellæ au-* C
*ctorem: cum nec Calepinos quidem, cum opus est, reticere soleatis.
Quare penes illos esto fides. E questa semplice risposta l'abbracciò
si strettamente la sacra Congreg. che il Colnago atteristato, ò atter-
rito nella sua lettera del 1601. scrisse queste parole al Senato di
Catania; Hauendo allegato &c.* Paria fere scripsit Abbas Pir-
rus. *Cœlestis huius Oraculi mentio facta est à Catanensibus Romæ
in controuersia de Patria D. Agathæ, vt initio dixi; sed à Panor-
mitanis reijciebatur, quod nullus eius rei certus Auctor afferretur
qui per ea Friderici tempora scripsisset, & pleraque sæpe in vul-
gus spargi quæ incerta sunt, aiebant.* Ita Pirrus & Valguarne- D
ra Inueges anteambulones.

Quia tamen in hoc veluti Regno causæ nostræ robur ex
parte consistit, operæ pretium erit ex angulo ratiuncularũ
in apertum Traditionum campum proijcere aduersarium.
Ignoscet tamen æquus lector, si quæ ad probatissimæ huius
Historiæ, Traditionis item veritatem euincendam permul-
tis firmisq; rationibus, Scriptorum item suffragijs, conficie-
bam *Catan. Decach. tom. 1. Coord. 6. Mod. x. fol. 49. & seq.* ea-
dem versari, nec summo tantum, quod aiunt, pede, ceu ve-

ticas

A ticas extemporaneas protectore compellat, non eo quidem
animo, vt in quæstionem vocemus quæ nunquam voluisse-
mus esse controuersa, sed vt in simillimo prælio simillima
prorsus arma probemus, & spicula in speculatores retor-
queamus. Initio igitur quænam in priuatis Ecclesiarum tra-
ditionibus inspectanda sunt, commonebimus. Tum, nihil
officere Traditionis veritati, si de illa nulli proferantur Au-
ctores, Scriptoresue. Ad hæc, Traditionis nostræ testes nu-
mero & genere præcipuos compellabimus. Et tandem Pa-
rietum picturas, Inscriptiones, Experimenta tandem, qui-
bus Coelestem hanc animaduersionem comprobatam acce-
B pimus, subiungemus.

EXCVRSVS PRIMVS.

Actæ rei Historia breuibus recitatur.

GRegorius IX. Summus Romanæ Ecclesiæ Antistes vbi
Pontificatum inijt, illicò Fridericum Cæsarē hoc vo-
camine II. vrgere non destitit, ac sub diris etiam commone-
re, vt primo quoq; tempore in Asiam cum expeditione trai-
jceret, afflictis Christianæ Reipublicæ rebus opem laturus.
C Cum autem Fridericus eò insaniæ deuenisset, vt nedum Po-
tifici obtemperare renueret, verùm & Romanam Ecclesiā,
Ecclesiastica item iura nouis in dies factionibus temerare,
contenderet, & de facto temeraret, cum diu frustra admo-
nitum diris tandem deuouit, ac sacris interdictum Ecclesiæ
hostem declarat, Imperialibus item titulis priuat. Ægre id
tulit Fridericus, Pontificem ideo contumelijs lacessit, Ro-
manæ Ecclesia oppida inuadit, iram deniq; omnem in Præ-
latos effudit, quorum multos occidit, plures carceribus ad-
dixit, nonnullos exilio mulctauit, inter quos fuerunt Epi-
D copi Cephaludensis, & Catanensis, cuius ipse fuerat alum-
nus, qui omnes Romam profugi Pontificis aures rumoribus
impleuerunt, subsidiumq; implorarunt. Mox ille in Siciliam
aduolat, Messanam facili negotio recipit, Syracusas postea
& Nicoxiam ad officium reuocat, Centoripem quoq; vrbem
à fundamentis euertit, inde Catanam funditus delendam re-
dicit, solo statim adæquari iubet, ciues item ad vnum om-
nes, quippequi nouis rebus studuissent, gladio obtruncan-
dos decernit.

Cum verò tam crudeli Imperatoris decreto nemo intercedere auderet, eiusque nefarios conatus lenire omnes pertimescerent: ecce indicta internecionis die dum preces horarias B. M. V. persoluere ei mens erat, hęc ipsa verba in libello aureis exscripta characteribus versat. *NOLI OFFENDERE PATRIAM AGATHÆ, QVIA VLTRIX INIVRIARVM EST*. Et quia id humano artificio factum subueretur, claudit subiratus libellum, iterumque alias euoluit pagellas, inibi tamen iterum eadem verba stupens intuetur ac legit. Tertiò alibi apertus liber eamdem cælestem comminationem exhibet Imperatori. Capiti igitur suo imminentes cœlestis huius Animaduersionis ictus aduertit, quos vt euitaret, illicò indulgentior factus, impium Decretũ abrogat, Catanam reædificandam iubet, protinusq; a ciuium internecione abstinuit. Vt tamen Catanenses oculis inspectarent suis necem ceruicibus imminentem, sibiq; B. Agathæ meritis saluté redonatam, præcepit Imperator, vt à summo abside Portę in medio Vrbis sitę nudati enses propenderent, ac sub eo transeuntes liberi ac illæsi abirent. A B

Dignum porrò grati animi Catanensium specimen ibidem loci enituit, vbi nudati gladij pro veniæ beneficio coruscarunt. Eiusdẽ siquidẽ Portę ab iui Senatus Populusq; Catanensis superædificari voluit Pensile Sacellũ Deiparę à Gratijs Sacrum, ad cuius Arę dexteram B. Agathę Imago visebatur acceptam conseruatæ Patriæ gratiam referentis. Sacellum porrò hoc dirutum prorsus dolemus vt ne vestigia quidem cernere liceat, nisi solum sextæ vrbis partis nomen inditum, *Il Quartiere della Porta di Mezzo*. C

Acta huius rei seriem enarrant *P. Ferdinandus Paternò, Laurentius Bolanus, Anonymus, Io. Baptista Guarnerius*, ceterique patrij Scriptores, quorũ ctiones inferius exscribemus.

EXCVRSVS II. D

In priuatis Ecclesiarum Traditionibus quid potissimum attendendum sit, expenditur.

HAbet nostra hæc de Cœlestis huius animaduersionis veritate Traditio auream in fronte notam, quæ ad lydium lapidem velut aurum, examinata, sinceram ac probam sese manifestat. Illud tamen initio præmonendum ex

Sapi-

A Sapientum sententia, Traditionis nomen ea proprie in Ecclesia
apud Catholicos Scriptores obtinere, quæ extra sacras
Scripturas habentur, siue voce, siue etiam scripto à
maioribus, quasi per manus ad posteros deriuata, de quibus
*Apostolus Paulus in 2. ad Thessalonicenses epist. cap. 2. vers.
15. Tenete*, inquit, *Traditiones, quas didicistis, siue per sermonem,
siue per epistolam nostram*.

Porrò Traditio multiplex est, alia quę vim auctoritatemque
habet à Deo rerum omnium per Ecclesiam secundis
velut manibus traducta, & hæc extra omnem controuersiam
est. Alia ab homine. Rursus quæ ab homine, vel ea
B communi Catholicorum consensu recepta est, & de hac
dubitare temerarium est: vel in priuatis Ecclesijs Christiana
pietas religiosè veneratur, ac colit: de qua singulariter spectata,
quia aliqua suboriri potest difficultas, præsens nobis
sermo instituitur.

In priuatis igitur Ecclesiarum traditionibus singulatim,
vt dicebam, spectatis, duo potissimum spectanda sunt, &
attendenda, Res scil. & Auctor. Auctor, si non suspectæ aut
malæ sit fidei. Auctorem porrò illum intelligo, qui eiusmodi
traditiones refert. Traditio siquidem nullum alium a se
auctorem cognoscit, vt probè monuit *Tertullianus*: quòd si
C Traditiones istas Auctores doctrina, & pietate cōspicui suo
calculo comprobent, confecta res est, nec amplius de Auctorum
fide quærendum: eoque magis extra vulnus, & ictum
stare patabitur, quò numero plures, antiquitate item venerabiles
adstipulentur, vt ad rem obseruatum legimus per
Rotam Romanam in vna Cęsaraugustana Cathedralitatis coram
Mormanno die Lunæ 14. Februarij 1633. apud *Rubeum
decis. 177. n. 8. & seq.* cuius verba placuit exscribere.
*Huic traditioni deferendum esse suadet constans de ea Ecclesia in
Hispanijs professio, itaut in casu proposito applicari possint, quæ de
D obseruatione Traditionum Ecclesiasticarum Sacrorum Canonum,
ac Sanctorum Patrum sententijs & auctoritatibus*, vt S. Augustini,
S. Hieronymi, Nicolai Magni, *& aliorum, quos cumulat*
Gregorius Tholosanus *in Republ. lib. 12. cap. 9. sub num.
4.* ex Basilio Magno *docens, Traditiones à maioribus confirmatas
esse irrefragabiles. Quas etiam in Ecclesijs particularibus suā
habere auctoritatem, vt in Iure obtinent Consuetudines moribus
vtentium recepta*, *tradit* Azorius *Instit. Moral. lib. 8. cap.
4. quæst. 4.*

Res

Res; si vero similia contineat, nec secum, aut cum sacris A
Scripturis pugnantia inuoluat, nec contra pietatem, religio-
nem, aut bonos mores aliquid præseferat: quin & ipsa reli-
gionem ex fide, moresq; ex pietate profectos promoueat in
dies, augeatq; magis. Hinc auream pro examinandis Tradi-
tionibus regulam à *D. Augustino* traditam accepimus. *In his,*
inquit, *quæ varia per diuersa loca seruantur, vna hæc saluber-*
rima regula seruanda est: quæ non sunt contra fidem, neq; contra
bonos mores; & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris,
vbicumq; institui videmus, vel instituta cognoscimus, non solum
non improbemus, sed etiam laudando, & imitando sectemur. Et B
paulò infra subdit. *Priuatis verò constitutionibus, & proprijs*
informationibus vnaqueq; Ecclesia pro locorum varietate, prout
cuiq; visum est, subsistit, & regitur. Et tandem. *Illa autem quæ*
non scripta, sed tradita custodimus, quæue per loca terrarum re-
gionesq; variantur, totum hoc genus rerum liberas habet obser-
uationes. Quod si neq; contra Fidem, neq; contra bonos mores es-
se conuincetur, indifferenter est habendum, & pro eorum, inter
quos viuitur, societate seruandum est.

Epist. ad Ianuer. 118. cap. 12.

Scitum illud *Hieronymi Epist. 28.* Traditiones Ecclesiasti-
cas, præsertim quæ fidei non officiunt, ita obseruandas, vt
à maioribus traditæ sunt. Satis illud *Irenæi cap. 4.* qui in cō- C
trouersijs ad priuatas Ecclesiarum traditiones recurrendum
esse subiungit. Sic *Michael Singellus* in Magnum Dionysium
Areopagitam eximiam scripsit laudationem, *Quæcumq; per*
Traditionem, inquiens, *non scriptam, aut ex scripto accepimus,*
venimus vobis audiendi cupidis exposituri. Talis igitur ab anti-
quo tempore à patre filio traditus sermo ad nos peruenit, Magnū
hunc Dionysium salutiferæ passionis tempore &c.

Benè tandem *Martinus de Ayala lib. de Traditionib. assert.*
7. rem omnem confecisse videtur, hæc inquiens. Traditio-
nes consuetudine *fidelium obseruatas ad cultum Dei, & Pieta-* D
tem pertinentes necessario in Ecclesijs, vbi vigent, retinendas
esse; nec audiendos, qui eiusmodi priuatis Traditionibus peruica-
ci ingenio oppugnant. Eo vel maximè, quia ex priuatarum Ec-
clesiarum Traditionibus, plures sacras memorias propaga-
tas, plurimasue, quæ prius absconditæ erant, veritates in
vniuersam Ecclesiam communi Sapientium iudicio, fideli-
umque pietate acceptas, ratasque habitas exploratius est,
quam vt nostro indigeat examine. Vt tandem paucis plura
complectar, in Traditionibus examinandis, substantia cō-
fide-

A deranda est, non accidentia, quæ, vt cum Philosophis loquar, possunt adesse & abesse citra veritatis corruptionem, aut præiudicium.

Quæ cum ita sint: perspicuum euadit, quem in ordinem redigenda sit Traditio hæc, de qua nobis sermo: cum etenim nequeat esse Diuina, vel Apostolica, sed neq; Ecclesiastica vniuersim considerata, aut ad fidem moresque componendos à Concilijs vel inuenta, vel affirmata; consequens est Historicam esse, sed Sacram, Agathæ Scilicet in conciues suos pietatis ac protectionis antiquam narrationem, quæ & Ecclesiastica ex hac parte Traditio queat appellari,
B (id quod pluribus assecutus videtur *Melchior Incofer*) principio quidem scriptis acceptam, imò verò è scriptione Virginis natam, deinde, & si Scriptores defuissent, per manus in manus traditam, continuataq; religione ad hæc vsq; tempora propugnatam, experimentis demiq; nunquam non cōprobatam. *Coniect. Epistolæ B.M.V. ad Mes. cap. 42.*

EXCVRSVS TERTIVS.

Traditionis veritati nihil officit, si de illa nulli proferantur Auctores.

C NEmo tam perfractę mentis erit, opinor, qui Traditionem vel ex eo ausit conuellere, aut contradicendo vellicare, quia nulli proferantur *A*uctores, qui eam memorię prodiderint, scriptisue suis ad posteros deriuarint. Verùm ne solidissimam assertionis huiusce veritatem stylo exaggerasse potius, quam ratione, aut *A*uctorum suffragijs communisse videamur (quia pro dignitate velificandum est) capitales dabimus rationes, quibus pro nobis etiam totius penè rei cardo verti possit, Auctores item sistemus,
D quorum censionibus, albo veluti lapillo, sententia nostra signatur. Tuum deinde erit æquissime Lector sententiam ferre, quem ab initio Iudicem legere placuit.

Velle igitur ex Scripturis ac Scriptoribus Traditionem probare, est nescire quid sit Traditio. Frustra siquidem quærruntur testes, qui de Traditione testimonium perhibeant veritati, quando Traditio ipsa sibi sufficientissima est Auctrix, & testis, nullius indiga auxilio palmarem sibi conciliat auctoritatem, obtinet firmitudinem. Id quod inter alios

egre-

aduers. hæres. lib. 3. cap. 4.

egregiè docet *Irenæus*, qui in controuerſijs ad priuatas Ec-
cleſias ait recurrẽdum, quod de priuatis Traditionibus mul- A
tò magis ſentiendum. Nec enim Petri in Britanniam, Pau-
li in Galliam, Iacobi in Hiſpanias, Barnabæ in Italiam ad-
uentus conſtaret, niſi harum Eccleſiarum priuatis traditio-
nibus fides haberetur.

in lib. de corona militis cap. 3.

Tertullianus item, quamuis ipſe poſtea ab Eccleſiæ tradi-
tione diſceſſerit, eamdem habet ſententiam, cuius verba li-
bet exſcribere, nec enim ſolum quid ſentiat, tradit, ſed cur
etiam ſentiat. *Antiquas, ait, obſeruationes Eccleſiæ, ſi nulla ſcrip-
ta determinauit, certè conſuetudo corroborauit, quæ ſine dubio de* B
Traditione manauit. Et ſtatim, cum quarumdam traditionũ
meminiſſet, quarum in ſcripturis mentio nulla eſt, ait. *Au-
ctrix eſt conſuetudo*, ideſt Traditio, *conſi matrix, fidei ſeruatrix*.
Traditioni igitur fidem facit ipſamet Traditio, ſatis eſt ipſa
veneranda Antiquitas.

Sic Moyſes traditionis dumtaxat per manus maiorum ad
minores traductæ fretus ſanctitate Hiſtoriam ſacram literis
commendauit. Sic *Dauid pſal. 43.* nullam inducens hiſtoriæ
ſcriptæ aut Auctoris memoriam, ſcripſit, *Patres noſtri annun-
ciauerunt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, in diebus
antiquis*. Quod ſi poſteriora tempora ſpectes, exploratiſſi- C
mum erit in Euangelica lege, *S. Lucam*, qui ad ſugillanda
quæ de Chriſto *Cerinthus*, & *Merinthus*, alijq; eiuſdem fari-
næ homines impiè mentiti ſunt, vt ex *Origene*, *Epiphanio*, *Be-
da*, & alijs aduertit *Baron. ad ann. 53. nu. 14.* *Sicut tradiderũt
nobis, qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis*,
in Euangelium digeſſiſſe. Sic *D. Paulus Apoſtolus ad Corinthi-
os* ſcribens *epiſt. 1. cap. 15.* ait, *Notum facio vobis Euangelium,
quod prædicaui vobis, tradidi enim vobis in primis, quod & ac-
cepi*. A quonam autem acceperit, omninò prætermittit.

Sic Lucę ſilentiũ non officere traditioni de ſeipſa ſatis ab-
ſque auctore loquenti, de profectione Petri Antiochiam, de D
Romana Sede, de Pauli geſtis (quamuis eius peregrinatio-
nis indiuiduus fuerit comes) alijſque permultis ab eo præter-
miſſis aduertit *Baronius ad ann. 39. Io. Roffenſis in lib. Quod Pe-
trus fuit Romæ reſp. ad calum. 13. Gordonius in chronol. ad ann.*
34. 39. 47. 59. & ante omnes *D. Hieronymus in Com. epiſt. D. Pauli
ad Galatas cap. 2. D. Chryſoſtomus* dũ veſtib' & vmbra Pauli A-
poſtoli mortuos ad vitã reuocatos adſtruxit, nec auctorem
ſiſtit illa edocentem, luculenter ſatis oſtendit ſe non adeo

ad

A strictam gerere mentem, vt cuiusuis auctoritate non potiorem ducat Traditionem.

Franciscus Suarez vir vt eruditione sic pietate conspicuus, vbi contenta velitatione satagit pro aduentu Iacobi in Hispanias, parum referre diserte ait, quòd hispani Scriptores, *Damasus* in primis sanctiss. Pontifex, *Orosius*, & *Dorotheus* peregrinationis eiusmodi Iacobi non meminerint: rationes huiusce rei affert & copiosas, & appositas, quas, ne multus sim, lubens omitto. *de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 6. nu. 15.*

Franciscus Pisanus vir grauis & sapiens, in suo *de Fundatione Templi Cæsaraugustani libello* scite perstringit eos, qui Traditioni piæ sine causa impedimentum obijciunt, & pietatē B antiquam à testium fide volunt roboratam, quasi supra omnem auctoritatem non esset potior dignitas Traditionis, cuius radices egisset antiquissimā vniuersorum consensu in præsens vsq; religio. Tum Philippum II. Catholicum regē laudat, qui de fundatione Templi Cæsaraugustani, cum requisitos testes non inuenisset, sed dumtaxat Traditione veritatem sedere comperisset, *Et hæc sufficit, inquit* Rex sapientissimus, exemplo suo premens morositatem eorum, qui locorum traditiones Auctorum, Scriptorumue suffragijs cupiunt roboratas. *cap. 2.*

C Vt tandem paucis plura complectar, non negauerim ego fidem priuatis Traditionibus quam maximam facere Auctores, qui eas suis calculis comprobent: id dumtaxat in præsens contendo, non ideo imminutam esse Traditionis fidem auctoritatemue, quia nemo reperiatur qui illam suis inscriptam libellis euulgauerit, quasi scripto magis quàm verbo succrescat, ac radices altius agat, laxius extendat palmites libro, quàm sermone, propagines tandem dilatet stylo quàm sensu: quòd si antiquissima hæc à patribus nostris suscepta narratio pro libro esse non debet (id quod delicatus iste Criticus ac nauseabundus contendit) cur libris chal-D cographorum manu exaratis fidem adhibemus? quando & fieri potest, vt obscuri nominis scriptor, qui nesciat vnde, quod tradit, acceperit, illam euulget.

A

EXCVRSVS IV.

Auctores de cœlitus hac indicta comminatione probè testantes producuntur.

PRiuatas Ecclesiarum Traditiones ex seipsis solidissimè stantes, Scriptorum, qui illas referant, suffragijs veluti fulchris nequaquam indigere perspecta ex dictis res est: dixerim cum Augustino. *Quæ veritas instituit in nuda voluit veritate cõsistere, nec enim Deus aut Agatha nostro indigent mẽdacio, vt pro ea loquamur dolos, vt ait S. Iob.* Quòd si Auctores accedant doctrina & pietate conspicui suis ipsorum calculis subsignantes, honorificè item de illis loquentes, actum opinor de summa rei, nec amplius de illarum fide quærendum, aut de veritate hæsitandum: id quod grauiter, vt solet, aduertit *Bellarminus*. Ad credendum scil. quippiam ex Apostolica Traditione profectum, satis est nonnullos magni nominis patres expressè id asseritasse, nec ceteros, tametsi non meminerint, contradixisse: qui licèt de Apostolicis Traditionibus loquatur, vt vides: potiori tamen iure ad particulares aliarum Ecclesiarum Traditiones id spectasse nemo in dubium iure poterit reuocare; ad has siquidem firmandas haud copiosior suffragiorum desideratur apparatus, paucorumq; domi, si foris desint, sufficit antiquior auctoritas; alioqui (quod aliquando prætensum) vacillabit in Ecclesia fides *Ioannis* feruenti oleo corpus delibutum, quæ à *Tertulliano* dumtaxat famæ data est. B C

tom. 1. lib. 4. cap. 9.

S. Hierõ. contra Iouin. lib. 1.

Vt igitur liquidam ex seipsa sententiam testibus quà exteris, quà patrijs reddamus locupletiorem, ne in nos illud obijciatur, quod apud *S. Basilium lib. de Spiritu Sancto cap. 29.* scriptum animaduertimus. *Qui pro se rationem non habet, frustra obijcit veterem cõsuetudinem* (idest Traditionem) *sine qua nihil est vetustas consuetudinis*, idest Traditionis, *quàm vetustas erroris*. Omnes quotquot ad manus peruenerunt, in ordinem compellabimus, vt vel sic suis ipsorum suffragijs Traditio hæc (quàm vtpote commentitiam exsibilat *Inuges*) egregie tutata supra firmam petram ex seipsa stare conuincatur. D

Primus itaq; in ordinem venit *Nicolaus Specialis* (alius sanè ab illo, qui Siciliæ Proregem egit anno 1432. Alphonso Regni

A Regni sceptrum tenente) floruit hic anno 1334. ac Siculorum Regum historiam à cæde Gallorum ad Friderici huius nominis II. Siciliæ Regis obitum vsq; produxit, ac ad *Benedictum XII. Pontificem* iratum cum *Nicolao Lauria & Ogerio Vizolo* deprecator à laudato Friderico amandatus, si credimus *Maurolico*. Hic inquam accuratissimus Scriptor in Proœmio, quod ad Historiam præmisit, hæc habet. *Aspiret igitur, obsecro, meis captis Clemens Virgo Siculorum decus, quæ glorioso Martyrio coronata, & VLTRIX INIVRIARVM esse meruit, & LIBERATIONEM PATRIÆ impetrauit.* Quæ verba numero licèt pauca, pondere tamen plura sunt, quod B de Thymantis picturis prouerbium fecit, plura in ijs exprimi, quam pingi: plura inquam Auctor iste sensu tenet, quàm verbis affetat: quæ tametsi pro instituto opportuna possent esse capita rerum, ea tamen consultò hac vice non attingimus, ne extra scænam saltasse videamur. *hist. sicil. lib. 1.*

Proximus à Nicolao venit Fridericus hoc vocamine III. Siciliæ Rex literis, quas ad Nicolaum Abbati Drepani expræfectum exscripsit, quibus de reportata aduersus *Aloysium & Ioannam Neapolitanorum Reges* Agathæ precibus victoria anno 1356. certiorem illum efficit, apud *Sicilia Protbonot. ann. 1364. 1365. sub Asterisco Fridericus* (integras illas dede- C ram *Catan. Decach. Coord. 5. fol. 224.*) hæc inter alia ad rem opportunus eloquitur. *Sed non segnis gloriosa AGATHA INIVRIARVM VLTRIX, ET PATRIÆ LIBERATRIX hinc copiosam militiam equitum circa mille & ducentorum nostrorũ Procerum, Magnatum, & fidelium istarum partium, hincq; galearum classem inexcogitatam Catanæ cumulauit &c.* Quis igitur non videt ex recitatis iam verbis alludi ad verba, quibus B. Agatha priorem Fridericum absterruit ab excidio Catanensis Vrbis, cui à maiorum chiliade præseruandæ per Angelos facta fuerat repromissio?

D Accedit ad numerum *Melchior Incofer* Soc. Iesu Theologus omnium senio venerandus, quippe qui scriptam a Deipara ad Messanenses Epistolam à calumniantium impostu- *coniect. Epist. B. M. V. ad Messan. cap. 55. fol. 422.* ris acerrimè vindicauit. Nec enim video quid aduersus illius veritatem obijci possit, quam probat Traditio, fouet pietas, sacrat religio, concors Scriptorum sensus agnoscit (si vnum aut alterum superciliosum excipias) Virginalis tandem in Messanenses protectionis indicia ac miracula in dies contẽstantur. Ergo Incofer. *Vt quamquam pietas Matris omnium ex*

officio redundet in omnes, peculiari tamen fauoris prærogatiua sub inde gratiarum oculis in istos inflexi videantur, eamq; ob causam quod de Agathæ Patria dictum increbuit: NOLI OFFENDERE PATRIAM AGATHÆ, *QVIA* VLTRIX INIVRIARVM EST. *Præstantioris cuiusdam dignitatis titulo in Messanam conueniat. Noli offendere Ciuitatem Virginis, Propulsatrix enim iniuriarum ac malorum est.* A

Nec infra notam habendus est *Benedictus Saluagus*, idemq; Messanensis, vir græcè & latine doctus, qui in *sua Apologia pro Epist. B. M. V. ad Messan. §. 7.* cœleste hoc Oraculum catenus probat, vt ex eo Agatham Catanæ ortam concludat, affirmetq; sic enim ait. *Agatham præterea vel energumenorū confessione Catanensem accepit, & legit. Id si minimè sedet, boni Angeli testimonium quis repudiet?* MENTEM SANCTAM SPONTANEAM, HONOREM DEO, ET PATRIÆ LIBERATIONEM: *ita referunt Tabulæ ad Diuæ monumentum reperta. Cuius verò Patriæ liberatio hic intelligatur, non est multis disputandum. Huc facit & illud,* NOLI OFFENDERE PATRIAM AGATHÆ, VLTRIX ENIM INIVRIARVM EST. *Vbi, quando, & quam Patriam vlta Agatha quis non nouit? Breuiarium Gallicanum Catana illam adscripsit &c.* B

Quos hactenus produximus Testes, exteri sunt, vt vides, antiqua tamen fide scripsere; de quorum pietate, candido item scribendi genere dubitare nefas esset, & piaculum. Patrios modo dabimus numero & genere præstantes, quorum integritas adeò perspecta est, ac cunctis obuia, vt de ijs siniſter nunquam rumor obrepserit, aut alicuius aurem vellicarit, vt iure ad rem euocare possim quod ad *Eusgrium* scripsit *Hieronymus*. *Meum fuit recitare testes, tuum sit de fide testium iudicare.* C

Horum antesignanus est P. Ferdinandus Paternò è Societ. Iesu Theologus, vir grauis & sapiens, à literis non minus, quàm a moribus, muniis, natalibus tandem commendatus: hic in libello, quem *Le vite de' i Rè di Sicilia da Ruggiero I. Normanno fino à Filippo II. d'Austria* Italico conscripsit idiomate, morte tamen præuentus euulgare non potuit, *Annot. 2. fol. 38.* hæc ait. *Questo stesso Federigo fu da S. Agatha Compatriota, e patrona de' Catanesi miracolosamente, e con terrore, & spauento distolto dal pensiero, che haueua di far grande vendetta di loro: conciosia che essendosi ribellata da lui Catania, si come anco Messina, Saragosa, Nicosia, e Centorbe, dette legitimamente* D

A *namente Centuripe, l'anno della salute 1232. (se pur ribellione
chiamar si può quella, che si fà contro vn Rè, il quale sia stato
spogliato giuridicamente dal Papa de' Regni, e di tutti i titoli, e
che fù successor di Arrigo, che ingiustamente si fè Signore, come
di sopra si disse, di Sicilia) determinò passar tutti i Catanesi à fil
di spada: ma volendo vna mattina, molto à buon'hora, prima
di dar questa sì cruda sentenza, dir, come era suo costume, l'vfficio
della B. Vergine, trouò in ciascun foglio di quelle queste parole
scritte, cioè, NOLI OFFENDERE PATRIAM AGATHÆ,
QVIA VLTRIX INIVRIARVM EST. Per il quale miracolo
spaurito s'astenne da tanta vccisione, e strage. Rouinò pur la Cit-*
B *tà (come anco molto prima l'haueua Sesto Pompeio insieme con
altre Città di Sicilia rouinata, e poi fù da Cesare Augusto, come
nel 6. libro scriue Strabone, reddificata) e vi rizzò da' fondamenti
vna Fortezza, che in fin à hoggi sta in piede, per tenere i Catanesi
imbrigliati.* Ita candide, & absq; fuco Scriptor iste: cuius
ardens in Deum pietas, eruditio, sincerum integritatis
ad omnes exemplum, si vel cętera desint, inconcussam reddunt
Oraculi huius testationem.

Secundus accedit *Laurentius Bolanus*, antiquarius professor,
dignus sanè, qui inter huius causæ patronos, honorarium
ferat, famam habeat, is verò in eo libello, quem,
C pro excellēti in patriam studio. *De Antiquitate Vrbis Catanæ*
inscripsit, hæc inter alia scripsit. *Porta Media non ea prodijt
vetustate, qua cætera: sed non indigna est memoria, per quam in
Vrbis medio Friderici tempestate erectam ciues omnes Imperatoris
edicto ense transfigendi, locatis punctim ensibus vtrinq; duobus
(ne Cæsareo verbo derogaretur, atq; interim Imperatori in
quolibet officij folio pro Psalmis & Orationibus, præuijs astantiū
oculis, NOLI OFFENDERE PATRIAM AGATHÆ, QVIA
VLTRIX INIVRIARVM EST, offerenti Domino obtemperaretur)
illesi pertransiere. Sed hanc hodie Rhedarum gratia di-*
D *ruère prorsus, vt ne vestigium quidem inspicias, nisi solum sextæ
vrbis parti nomen inditum. Il Quartiere della Porta di Mezzo.*
Ita Bolanus, qui rem enarrat, non etiam argumentis in forum
agit, cum non dum essent sua ætate qui veritatē hanc
lacesserent, dubietate notarent.

Sed vero ad ordinem aduocandus Incertus Auctor, sed
grauis, & eruditus, à dicendi generē commendatus, cuius
schedas inter M.S. Codicis aduersaria ab *Horatio Manthia V.*
I. D. transcriptas accepi. Sic enim rem graphicè describit,
ac pene oculatus testis enarrat. LI-

LIBERATIO PATRIÆ
ab obsidione & oppressione Friderici II.

Anno post Christum natum 1232. cum propter impia ac nefaria Friderici II. Imper. facinora, quemadmodū aliquot Sicilienses Vrbes, nescio quid, Catana etiam vel fuisset mo- A
lita, vel omninò desciuisset ab Imperatore: hic quàm maximis itineribus Siciliam contendit, Messanam facili negotio recipit, inde Catanam funditus delendam edicit, subitoq; solo adæquat: ciues item ad vnum omnes, quippe nouis rebus studuissent, gladio obtruncandos decernit. Cum autem tam crudeli Imperatoris decreto nemo intercederet, nemo conatus eius nepharios leniret, nemo ferocientem rabiem mitigaret; ecce tibi indicta internecionis die, B
dum ad preces horarias B. V. Mariæ persoluendas libellum aperit Imperator, hæc ipsa verba aureis characteribus obsignata occurrunt. NOLI OFFENDERE PATRIAM AGATHÆ, QVIA VLTRIX INIVRIARVM EST. Claudit Imperator stupens libellum, iterumq; alio in loco aperit, atq; inibi eamdem cantilenam perterrefactus inuenit. Tertiò alibi apertus liber eamdem cœlestem comminationem Imperatori offert. Quas quidem Diuini furoris petitiones in se coniectas vt vitaret Fridericus, Catanam reædificandam iussit, protinusq; a ciuium internecione abstinuit. Ne vero C
Imperatorium decretum irritum omninò esset, fama est edixisse, vt Catanenses per medias gladiorum acies hinc inde districtas, illæsi tamen, transilirent. Puto equidem id captiuarum more legionum missarum sub iugum fuisse factitatū. Vidiq; cum puer essem id loci, vbi districti enses propendissent, in Ædiculam cessisse, cujus pauimentum per viam transmissum, Portam attingebat, eamque ob causam ad hodiernam vsq; lucem Vicus proximus Porta Media nuncupatur. Ædes verò illa Beatissimæ Virgini à Gratijs sacra erat: a cuius dextro latere B. Agathæ Imago visebatur, mo- D
numentum scil. gratiæ, quam a gratiarum parente liberalissima, patronaq; Agatha ciues sues seruandi auidissima Catanenses iniecerant.

Hęc Auctor iste, cuius auctoritate publica fides stare queat, vt hoc propter testem dumtaxat nominasse sit satis.

Posset hoc loco ad seriem præstantissimè ornandam vocari *Io. Baptista Guarnerius* editis iam ingenij monumentis commendatus, qui super Catanæ historiam omnem com-

pendio

A pendio velut amplexus in libello, quem *Le Zolle Historiche Catanee* nuncupatum voluit anno 1651. Historiam hanc, plurima item, quæ ad eam conferunt, eatenus refert, exscribitq; vt omnium ipse manibus scripsisse videri possit. Plures irē exceptione maiores accenseri possent testes, quorum dicta in sapientum subsellijs pro rei probitate sanctionem facere queant, eos tamen ex industria omittimus, aliorum industriæ quod superest nostræ libenter concedentes.

Narrat. 5. fol. 220. & narrat. 6. fol. 269. & seqq.

EXCVRSVS V.

B Inscriptiones Cœlestem hanc comminationem perbellè testantes recensentur.

Liquidum ex hactenus dictis euadit, opinor, quibus ac quantis Scriptorum testiumue contentionibus, pro rei genere, prædita sit Cœlestis istius comminitationis disceptatio, imò patentissima veritas, & innegabilis: quòd si duriùs nobiscum agere contendat *Inuegés* exactiores requirēs comprobationes; firmitatis pondus quammaximè dabunt, omnemq; prorsus amandabunt dubitationem Inscriptiones plurimæ, *Friderici* ipsius Statua, parietum deniq; Picturæ, C rei, quam premimus, testes sempiternæ, suisq; ipsarum cōformitatibus veluti linguis (vel si Scriptores omnes tacuerint) veritatem hanc apertissimè testantes, innegabiliter euincentes. Antiquissimè siquidem parietum Picturæ, ac lapidum Sculpturæ linguas suas habent, quibus litem dirimāt, controuersiam omnem expellant.

Sic argumentum ex Picturis, Imaginibus, ac Simulachris efficacissimum esse, & scripto instrumento validius perbellè testatur eruditissimus *D. Salazar de Mendza Canonicus Toletanus in vita S. Ildephonsi cap. 13. §. 6. fol. 123.* hæc inquiens. *Las Pinturas son muy fuerte argumento, y mayor que el* D *que se toma de la escritura* (ideſt ex instrumentis scriptis) *si vano conformes con la Tradition, ò con las Historias*. Idipsum pluribus assecutus est *M. Herrera* Augustinensis Familiæ ornamentum, vir grauis & erudiuts in *Respons. pacific. resp. 4. ad §. 3. Apologetici §. 2. fol. 75.* Gabrielem Pennotum contraria sentientem grauiter vrgens. Ad eum accurras, ne actum agere videar, & in re frustra laborare, à qua me aliorum labores exemerunt.

Nobi-

Nobilissimam igitur hanc Cœlestis animaduersionis Cã- A
tilenam, singulare ac plane eximium Agathæ erga conci-
ues suos protectionis monumentum, ne consequentium
annorum decursu obliteraretur, aureis characteribus expri-
mendam curauit antiqua Catanẽsium pietas in peruetusto
Senatorio Prythanæo, in quo prisca Catan. decora queque,
Ciuium item facinora, eorumdemq; Icones graphice signa-
ta prominent. Ibi ergo marmoreum erat Agathæ Simula-
chrum coram Christo Domino, eius item Genitrice
manus ad coronationem protendentibus, in genua prouo-
lutæ, ac procumbentis, his circumquaq; palmaribus auro
illinitis characteribus designatis, *NOLI OFFENDERE PA-* B
TRIAM AGATHÆ, QVIA VLTRIX INIVRIARVM EST.
Simulachra porrò hæc, vt Senatorij, quod dicebam, Palatij
princeps Ianua affabre constructa (in cuius cornice verba
hæc aureis exscripta characteribus legere est) in medio cõ-
sisteret, demolita vidimus anno 1643. characterum tamen,
qui superfuere, reliquiæ adhuc extantes propriam antiqui-
tatem testantur.

Verba eadem in summo Cathedralis Basilicæ Tecto ab
anno 1296. exarata licet aspicere: quo tempore ad Catan.
Ecclesiæ puppim sedebat Andreas (cognomentum annorũ C
iniuria incompertum est) *NOLI OFFENDERE PATRIAM*
AGATHÆ, QVIA VLTRIX INIVRIARVM EST. Id factũ
conijcere licet, ne tanti momenti miraculo confirmando
vulgandoq; publicum Episcopi eiusq; Monachorum ibidem
Deo Agathæq; famulantium deesset testimonium, tantò ve-
riùs quantò vetustius, eò tandem sanctius & irrefragabile,
quò magis proximum temporibus quibus hæc facta sunt, an
norum 64. vix excedens curricula, quando Cœlestis hæc A-
nimaduersio in Friderici caput indicta est.

Eamdem hanc comminationem, verbis isdem in fronte
exaratis proloquitur prægrande illud, totoq; orbe celeber- D
rimum ex purissimo ac pusulato argento cõflatum Ferculũ,
quod sacro *D. Agathæ Deposito* onustum à Catan. populo hu-
meros confertim supponente, nudis item pedibus incedẽn-
te, circa Patriæ mœnia circumfertur toto pridie nonas Fe-
bruarij, ipso Agathæ peruigilio, concurrentibus deuotionis
ergo Siculis exterisque gentibus. In hoc inquam Ferculo
verba hæc, *NOLI OFFENDERE PATRIAM AGATHÆ QVIA*
VLTRIX INIVRIARVM EST, aureis characteribus expres-
sa pro coronide circumscripta legere est. Fi-

A Fidem quoq, adstruunt verba eadem ipsis 228. ab hinc an-
nis exsculpta in Orario Regij Conuentus S. Francisci Sera-
phici huius Vrbis, quod venerãdam redolet antiquitatem,
affabrè, vt temporum illorum conditio ferebat, excitum. In
huius inquam Orarij coronamento hæc prius legere est ver
ba. *Mentem Sanctam, Spontaneam, Honorem Deo, & Patriæ Li-
berationem*. Tum. *NOLI OFFENDERE PATRIAM AGA-
THÆ, QVIA VLTRIX INIVRIARVM EST*.

Haud minorem huic veritati fidem conciliat eiusdem A-
gathæ Fridericum ab impio decreto deterrẽtis Imago, quã
in nostræ Cathedralis Basilicæ Odeo, in eo, quod ad maio-
B ris Aræ dexteram, pro Canonicorum agmine laudes Deo
persoluentium propiùs attingit stallo, graphicè sculptam
cernere est. Ibi etenim Agatham Friderico, vt ab impio de-
creto abstineat, minitantem, ipsum verò Regem Agatham
veritum, eiusq; imperium maius suo agnoscentem, Cœlesti
Oraculo tremebundum obtemperantem inspicias licet, hac
inferiùs adiecta Inscriptione. *FRIDERICVS ÆNOBARBVS
VLTRICEM AGATHAM VERITVS COPIAS CATANA IV-
BET EXCEDERE*.

Verba eadem aureis item characteribus expressa, vel in-
uitis, occurrunt supremum eiusdem Odei fastigium anagly-
C pticè effigiatum inspectantibus: duo siquidem Angeli alter
hinc à dexteris, alter inde à sinistris Odeum extime conclu-
dunt, ornantque. Tabellam vterq; eorum manu gestat,
in altera verba hæc exprimuntur cœlitus intimata. *NOLI
OFFENDERE PATRIAM AGATHÆ, QVIA VLTRIX INI
VRIARVM EST*. In altera verba illa etiam cœlitus indicta,
MENTEM SANCTAM, SPONTANEAM, HONOREM
DEO, ET PATRIÆ LIBERATIONEM.

EXCVRSVS VI.

D Ipsissima Friderici II. Statua Traditionem contestatur.

SEd quid egemus testibus vndequaq; accersitis, quando
cœlitus indictam, de qua loquimur, Comminationem
commendat non modo publicæ a parentibus ad filios famę
dimanatio, sed etiam insignis illa, & spectatæ antiquitatis
Statua (actæ rei testis sẽpiterna) ad duos circiter palmos ex
marmore haud affabre sculpta, *Fridericum* Regio insidentẽ

throno, Imperiali redimitum corona, facie terribili, prolixa tãdem ad pectus barba prçeferens, exprimensque. Est simulacrum illud non in angulo positum, sed publicè expositum, ipsi Maioris Basilicæ Ianuæ propiùs adhærens, exterioris columnæ, quæ Ianuam illam exornat, epystilio superimpositum, omnibus obuium, Templum adeuntibus vel inuitis occurrens. Id quod pluribus assequebar *Chor. 6. Mod. x. fol. 57.* & nouissimè renarrat eruditus *Guarnerius*, vt nonnisi in Solis lumine cæcus hæc non viderit, mentis acie perstrictus non animaduerterit. Antiquæ Imagines, Picturę, Statuæ, Inscriptiones, & cetera huiusmodi non ex pictorum aut sculptorum voluntate, sed ex veterum pietate ac religione manarunt, quibus id studij inerat, vt cœlestis hæc Cantilena non alio quàm eo, quo vulgabatur sermone, verbis, ac characteribus exprimeretur. A B

narratiua. 6. fol. 271.

EXCVRSVS VI.

Scriptorum incuria comminationis istius veritati iniuriam non infert.

PAtentissima adeo apud omnes audijt veritas ista, quam in angulo delitescentem exoptaret *Inueges*, vt minimè negotium facessere videatur altum de Cœlesti hac animaduersione silentium apud nostrates Siculatum rerum per ea tempora Scriptores, sed Catanenses in primis, apud quos pro suo in res proprias, ac Patriã affectu, nobile hoc Prodigium æternis erat perennandum monumentis, mille signãdum lapillis, ne dum calamis exarandum. Non etenim indiligentiæ, aut incuria reos Maiores nostros culpandos dicebam *Catan. Decach. chord. 6. Modulo x. fol.* 50. remis magis intentos quàm pennis, quando difficillimis illis temporibus foris vrgebant pugnæ, intus angebant timores: Illustria agere potiùs quàm scribere satiùs habẽtes; generosam potius mortem fortiter obire, quam nefario Principi turpiter assentiri. Contigit sanè nobis quod Ferdinandus Aragonius Regij sanguinis germen, & Archiepiscopus Terraconensis dicere solitus erat Aragoniæ euenisse, *Que se sabio poco en el mundo de las grandezas de Aragon, y de los triumphos, y victorias antiguas, por auer sido siempre los Aragones mas aficionados à la empresa de heroicas obras, y à la conclusion de memorables hazen-* C D

A *zennas, que al escriuirlas, y ponerlas en annales authenticas, y en bien compuestas Chronicas.* Ita Vincentius Blascus de Lanuza.

Id quod Lusitaniæ Regno accidisse obseruauit *Antonius Vasconcell. in Anacephalæosi Reg. Lusitan. fol. 4.* vbi agens de Henrico Comite Portugalliæ, hæc inquit. *Ceterum caliginosa est eorum temporum Historia, cum maioribus nostris Maurorum bello intentis, impensior fuerit cura gladij, quàm calami, & illustria gerere, quàm scribere maluerint.*

Histor. Eccles. tom. 1. in Prologo.

Idem Venetorum fortunis infortunium euenisse dolet *Bernardus Iustinianus Histor. Venet. lib. 5.* hæc scribens. *Omnis per eos annos rerũ Venetarum cursus, qui ab Athila ad Nar-*
B *setem eunuchum defluxit, nullis Venetorum exterorumq; monumentis satis est exploratus. Neq; id mirum. Quis enim ex Venetis, siue tenuem eorum inspicias conditionem, siue assiduos rerum vndiq; perstrepentium terrores, recentibus adhuc nouisq; rebus, animum possit appellere ad memorias conficiendas?*

Paria Hispanis euenisse dolet *Melchior Incofer* aliàs laudatus, cuius hæc verba. *Penuria Historicorum laborante Hispania, vel potius distractis ad belli curas ingenijs, iacturam fecere Iacobi, aliorumq; Apostolorum gesta.* Idem (potiori iure) dixerim ego Catanensium rebus accidisse, quando impij Cęsaris dominatu Vrbe oppressa, bellis vexata, tyrannico tandem iugo
C exercitata, res adeò nobilis in acta publica commodè referri non potuit, vel si aliquando in tabulas relata, mox iterũ sæuiente odio, direptioni tradita est, ac compressa, Traditione potius & religione maiorum, quàm posterorum scriptis commendata.

coniect. Epist. B. M. V. cap. 28. fol. 204. lit. D.

EXCVRSVS VIII.

Corollarium ex dictis ad Catanam *Agathæ* Patriam euincendam infertur, ac refertur.

D His ergo verbis (siue Deus ipse vltionum Dominus illa edixerit, siue Deipara Virgo; quippe in laudum suarum libello exarata apparuerunt) habent Catanenses in manu vehementissimum ineluctabilis testimonij fulmen, quod sicuti Imperatoris animum perculsit, ne in *Agathæ* ciues, Patriamq; sæuiret; ita in re præsenti Catanam *Agathæ* natalem Patriam ineuitabiliter declarauit. Non etenim summa ipsa Veritas, aut increatæ veritatis Mater potuit falsitatis

esse testis; nec pati debuit, vt in sacro Laudum suarum libello reperiretur non vera *Agathæ* Patriæ asseueratio: nec enim decens erat, aut expediens, in re adeo graui, quando scil. de sūma rei agebatur, & imminēti Catanensiū ad vnum internecionis periculo erat occurrendum, omittere propriæ Catanæ Vrbis nomen, pro eaque obscuram siue dubiam supponere *Agathæ* Patriæ circumscriptionem, vt vel sic furentis Imperatoris animo pararetur occasio de veritate Patriæ *Agathæ* ambigendi, seq; excusandi, quòd in strepitu armorum ac militum puluere, certum Oraculi sensum non liquido dignosceret, perciperetque. Si enim plures sensus pati potuisset, ab eius manu districtum gladium vtique non extorsisset. Consequens igitur fit ex pœnæ remissione Catanensibus facta, non aliam quàm Catanam fuisse Patriam *Agathæ*, quā sibi ne infensam faceret *Fridericus*, iussit in eius honorem, quasi de tholo, suspendi enses innocuos.

Accedat prædictis: si *Agathæ* natalis Patria non vrbs Catana, sed Panormus fuisset, vel certè non liqueret *Catanam* omnino esse: vtiq; Diuinum illud Oraculum nullius fuisset virtutis, efficaciam nullam habuisset; atque adeò Imperatoris furor multò potius accendendus, quàm mitigandus, aut à supplicijs inferendis absterrēdus, quasi minarum scriptor illudere sibi voluisset, falsum pro vero, dubium pro certo obtrudendo, perq; speciem pietatis sanctā filiam Catanę supponendo à Panormo ablatam: à Panormo inquam ipsius *Friderici* natali Patria, vnde suauissimum *Agathæ* nomē ad Catanam sibi inuisam transferri perquàm ægrè tulisset, iustissimè ideo Oraculo reluctasset.

Hanc deniq; cœlitus indictam Cantilenam ineuitabiliter euincunt innumera sanè beneficia, imò illustrissima exempla, quibus persæpe versata est Vltricis Virginis protectio, obuersata in Catanensium hostes vltionis experimēto comprobata comminatio, illatæ Catanensibus iniuriæ nunquam impunè dimissæ, Principes tandem, quotquot Catanæ vrbis ruinam meditati sunt, exitialibus temeritatis suæ pœnis obstricti. Quia tamen omnia hæc ac singula in nostris *Annalibus*, quos molimur iam, & fere absolutos habemus, expāsis annis recentamus, nimietatis illa in præsens non attingimus tædio.

A S. Isidorus Hispalensis Episcopus, ac Aldelmus Schiributfgensis Antistes pro Catana stare conuincuntur.

CAPVT XXVIII.

Fatigatus iam lacertis contentionum Inueges, vt vel sic fesso iam calamo ferias daret & inducias, Sacræ Congregationis Senatū, Senatores omnes, causę item patronos, quorum iudicio pugnacissima hæc *De natali D.Agathæ Patria* stetit disceptatio Romæ anno 1601. exscribit, describitq; vt B his ita constitutis, patentiorem solito campum nactus videatur, quo stantes pro Catanensibus auctorum phalanges nouus Goliath ipse dispiciat, despiciatq; *Colnagum* in primis; notissimæ famę virum, *Carreram*, ceterosue solidissimę huius, quam premimus, veritatis (*Agatham* inquam *Catanatam*) coassertores, tum malam illorum fidem incusat, fascias imprudenter affluentes obiectat, obgannit. Sed vereor ne suis ipse hæreat lacinijs, qui, quod aiunt, male paratus à pallio transierit ad togam, patronum acturus causæ longè tutioris, si ab illa se abstinuisset, nec venali calamo illam coinquinasset.

C Ait ergo Inueges *fol.* 203. *Le Latine, & antiche auttorità addotte dal Carrera sono due: la prima, dice egli, è del Breuiario Mozarabe, ò Mosarabico: così detto, poiche in Spagna erano mesculati co'i Mori, detto Toletano di S. Isidoro, nel 612. in Hymno S. Agathæ, Tabellam scriptam deferens, Mentem sacram pronūtians, Defensionem Patriæ. Quæ olim conciues tuos magno abigne eruit.* Tum responsionem subiungit. *Ma questa auttorità, ancor che antichissima, pure à mio parere non hà maggior peso, e forza, ch'hebbe la Tabella Angelica dal Colnago addotta in giudicio in Roma, & iui lunga, & attentamente discussa, esaminata, e bilanciata: poiche S. Isidoro chiaramente dice.* Tabellam scrip-D tam. *Se dunque la Tabella Angelica, ne da Clemente VIII. ne da i tre Giudici Cardinali Baronio, Bellarmino, & Antoniani fu stimata tale, che potesse dar tutta la figlianza à Catania, ne meno li può dar L'Hinno di S. Isidoro; poi che non si sà se iui si fauelli di Patria di Nascita, e di culla, ò pur di Martirio, e di sangue.*

Tum ab Isidoro transit ad Aldelmum, & quem euitare omnino nō valuit, violenter interpetrari contendit: ait enim aduersarius

fol. 203. Aduersarius. *La seconda Autorità Latina di S. Aldelmo chiara-* A
mente fauella di Generatione sacra, & Ecclesiastica. Contribuli
populo apud Siciliam Genitæ simul Cœlesti gloria coronantur: e mol-
to piu ciò confirmano le sequenti parole. Catanense municipiũ præ
cæteris Trinacriæ Vrbibus Agathæ Martyrio feliciter coronatur.

Hæc tamen effugia impugnatore non indigent, satis suo
seipsa signant lapillo: quæ siquidem ad Isidorum eiusq; cen-
sionem eneruandam Assertor iste infarcit interpretramenta,
Patriæ verbum, *Conciues* item dictionis vim perpendens, ex-
pendensque, male assuta, & sibi nequaquam cohærentia in
bullas euanuisse, dissipata iam ac profligata prudens lector B
aduertet ex ijs, quæ accersita narratione dicebam *cap.* 14.
Excur. 2. 3. 4. & 5. *ferè per to*. Anglicæ Tabellæ ad Agathæ
funus illustrandum cœlitus demissæ verba veritatemq; ab
aduersariorum imposturis ex professo vindicans. Ea iterum
replicare labor esset cassus & crassus.

Quam verò ad *Aldelmi* testimonium repetitis veluti plu-
mis exornat aptatque responsionem, non est cur operosius
diluere sit necesse: qua siquidem facilitate opposuit Aduer-
sarius, eadem libertate veritatis reijciebam cap. 25. laudata
Aldelmi verba versans, *Catanam ac Syracusis Contribules Vr-* C
bes, quà à Tribu & Natione, quà à Tributis iure nuncupa-
tas contendens.

Ne tamen in hoc genere quid æquus lector exoptet ad
verba illa *CONTRIBVLI POPVLO* versanda, quibus Aldel-
mus Agatham Catanæ natam expressit, dabo luculentissimũ
Anonymi testimonium, cui non assentiri nefas erit, & pia-
culum. Hic inquam Auctor laudata Aldelmi verba perpen-
dens, hæc ait apud C*æteram fol.* 208.

*A*nthelmus igitur cum in luculento sanè Elogio a se in A-
gatham præscripto nihil de eius natali patria meminisset,
inuoluntariam iniuriam resarciendam ratus, in D. Luciæ vi- D
ta ibidem protinus conscripta sic ait. *Mihi quoq; operæ preti-*
um videtur, vt S. Agathæ rumores castissimæ Virginis Luciæ præ-
conia subsequantur, quas præceptor, & pedagogus noster Grego-
rius in Canone quotidiano, quando Missarum solennia celebran-
tur, pariter copulasse cognoscitur, hoc modo in Catalogo Martyrũ
ponens, Felicitate, Anastasia, Agatha, Lucia, quatenus nequa-
quam literarum serie sequestrentur, quæ CONTRIBVLI PO-
PVLO apud Siciliam genitæ simul cœlesti gloria gratulantur. E-
tenim licet Catanense Municipium præ cæteris Trinacriæ Vrbi-
bus

A *bur Agathæ martyrio coronatur, ita famosissima Christi Tyruncula Lucia prærogatiua Syracusarum oppidum Siciliæ prosperis successibus sublimatur.* Quorum sanè verborum postrema quamquam de martyrio meminerunt, tamẽ quæ in principio posita sunt, Patriam, vbi genitæ essent Agatha, ac Lucia, minimè subticuerunt. Genitas igitur constat ex Anselmo apud Siciliam contribuli populo. Quis verò iste populus contribulis? id quoniam Romanam eruditionem exoptat, vt intelligatur, operepretium me facturum putaui, si contribules populos, vel vrbes, apud quas Lucia, atq; Agatha genitę sunt, non Panormum, & Syracusas esse potuisse, sed Syracusas, & B Catanam necessariò extitisse grauissimis comprobem testimonijs. Et verò is Tribulis dicebatur prima natione ciuis Romanus ex tribu, qui domicilium Romæ habebat, Contribulis verò, qui ex eadem tribu. Quoniam autem eas tribus a Tributo dictas censet Plinius c. p. dec. 1. agens de Seruio Tullio. Quadrifariam enim vrbe diuisa regionibus, collibusq, quæ habitabantur partes, Tribus eas appellauit, vt ego arbitror ab tributo. Si igitur in Plinij sententiam descẽdamus, per analogiam quamdam eos dixerimus populos Contribules, qui idem tributum pensitabant. Iam verò qua C ratione Panormum Syracusis contribulem fuisse fingam, quam liberam Cicero testatur in Verrem. *Fœderata*, inquit, *ac libera, Alesina, Segestana, Halyciensis, Panormitana. Præterea omnis ager Siciliæ ciuitatum decumanus est.* Panormus igitur decumas, vectigalia, ac tributa populo Romano non exsoluebat. quod si quid exsoluisse aliquãdo contẽdas (quod mihi non quidem constat) at certè non eidem quęstori probaueris, cui Syracusæ. Numquid igitur in vna Siciliensi Prouincia plures quæstores? quid ni? equidem rectè. *Sigonius l. 2. cap. 3. de Antiquo iure Prou.* in singulas prouincias singuli quæstores mittebantur, præterquàm in Siciliam, quæ cum D duplex fuisset, vetus, & noua, duos etiam habuit Quæstores, vt dixi, vnum, qui Lilybæi curabat, alterum, qui Syracusis; hæc *Sigonius*: recitatq; sub finem cap. verba Cic. in Verr. *Quæstores vtriusq; Prouinciæ, qui sub Prætore fuerant, cum fascibus mihi præsto fuerunt.* Panormitanus ergo, etiam si vectigalis fuisset, Lilybætano propiori potius, quàm Quęstori Syracusano, prope quem Catana, decumas exsoluisset.

Si verò quispiam fuerit, cui arrideat haud quaquam a Tribubus, sed a Tribu, ac natione nuncupari Contribules, quo

certè

certè pacto Panormũ(quę a Phęnicibus,vt Thucydides lib. A
6. vel ab Hębręis,Damascenis,ac Phęnicibus simul,vt Fazzel-
lo placet) ac Syracusas cõtribules asseueres? Syracusas verò
potius,quã à Doricis,iisq; Corinthijs,& Catanã à Chalciden-
sibus constructã,Græcis vtriusq; & eiusdẽ nationis iure opti-
mo contribules dixerim Ciuitates. Quid quod etiam idem
S. Aldelmus paulo post Catanam, & Syracusas appellat,
quarum antea populos contribules appellarat? verũ tamen
ẽt in superioribus verbis de generatione, in posterioribus
de martyrio fieri mentionem. *Iam verò*, quoniam contri-
bules Catanam, & Syracusas fuisse constat; in eadem igitur B
hæresi erit, qui Agatham *Catanæ* genitam, atque is, qui
Luciam pernegauerit Syracusis. Ita *Anonymus*, verè, & so-
lidè non minus, quàm grauiter & eruditè.

S. Methodius Patriarcha Constantinopol. Agathæ Pane-
gyrista ab Inueges criminationibus vindicatur.

CAPVT XXIX.

ANimosè sanè, nec minus strenuè omnem mouet lapi-
dem *Inueges*, vt Catanẽsium causam euertat, aut è suo C
saltem statu deturbet; & qui Angelicæ Tabellæ veritatem,
Traditionis vim, Cœlestis tandem Oraculi pietatem dubie-
tate notauit, Sacros modò Auctores Agatham Catanæ na-
tam sanctissimè affirmantes, suppositities, ac sponte confi-
ctos contendit, *Methodium* in primis sanctitate & eruditio-
ne Præsulem spectatissimum, quem vtpotè Syracusis natum
Conciuis nostræ Acta omnia, sed Patriam in primis, optimè
calluisse, certoq; certius, quàm Græculum illum Scriptorem
Metaphrastis nomine personatum, exterum hominem, &
in longinquis agentem verissimum est, & innegabile. Hunc
igitur arietate sus deque nititur Aduersarius, huic in tanta D
serenitatis luce tenebras offundere gestit; sed quam solide
id præstet, hoc præstat expendere.

Ergo Aduersarius hæc iniurius inquit fol. 204. *Le Greche &
Antiche Autorità citate sono due. La prima è di S. Methodio Pa-
triarcha di Constantinopoli, che anco Arciuescouo vien detto, per
lettere segnalato, e fiorì nell'anno 844. Questo nell'Oratione Gre-
ca di S. Agata, la quale intiera riporta il Carrera, VII. volte la
Patria Catanese fauorisce &c.* L'ORIGINALE di questa Anti-

ca Greca

A ca Greca Autorità di quanto gran peso e forza sia, dicalo il medesimo Carrera. *Quest'opera di S. Metodio comparue quasi 40. anni sono: della quale il P. Bernardo Colnago ne fà ricordo: però doue essa si fu ritrouata, no'l dice. Bensì nella Libraria de' i PP. dell'Oratorio di S. Maria in Vallicella (in Roma) si serba poca parte scritta à penna, & in Greco; e fu tradotta da D. Leonardo Patè. L'intiera che nel lib. 1. si reca, l'hebbi Io in Messina dal P. Vincenzo Raimondo della Compag. di Giesù, il qual mi disse, hauerla hauuta in Roma. Questa medesma Operetta ritrouo citata da F. Nicolò Riccardi detto il Mostro dell'ordine di S. Domenico. Hor questa istessa Authentica, che il Carrera apporta di Co-*
B *tal'Oratione Greca, à mio parere, la rende da piu parti sospetta, & apocrifa.*

Verùm vt ijsdem insistamus, singula quæq; erunt obseruanda, suisq; veluti fibris aperienda. Initiò igitur quanam fide *Petrus Carrera* laudatã S. Methodij Panegyrim exscripserit, expendemus. Mox primigenium illius exemplar vbinam extet, aperiemus. Tum, quid de hac *Methodij* oratione eruditi quique sentiant, explorabimus. Postremò quam mala fide *Methodium* in suspicionem vocet *Inueges*, subijciemus. Tuum deinde erit amice Lector iudicium ferre, quis
C nostrum pro veritate pugnet, quis illam impugnet.

EXCVRSVS PRIMVS.

Petrus Carrera quanam fide S. Methodij Orationem exscripserit, demonstratur.

SI Carrera viueret seipsum defenderet; at mortuus corã viuentibus causam dicere non potest: quare pium erit impotentem defendere, atq; mortuũ ab iniuria vindicare.

Quia tamen *Socratis*, inquit eruditus ille, *parua cura agenda est, veritatis autem maxima*: monitum initiò velim, ha-
D ud fideliter Inueges *Carrera* censionem transcripsisse; ea siquidem dedit, quæ rei suæ summum aut fucum factura putauit, detruncatis ex industria quæ Panegyris testimonium, ineuitabiliter euincunt, vt iure in aduersarium dicere possim, quæ in Petilianum dicebat Augustinus. *Hæc re vera captiosè facis. Proponis enim tibi quod vis, in quod inueharis quan-* *lib. 2.*
tum vis. Ergo Carrera fol. 224. post exscripta ab Inueges *cap. 33.*
verba, hæc immediatè subiungit.

Laonde mi gioua di prender sospetto, che questa intiera sia ca- A
uata dal medesimo libro di S. Maria in Vallicella di Roma, tron-
cata forse à studio dopoi da persona, che non fosse mica affettiona-
ta alla Città di Catania, togliendosi via di peso tutto ciò, che al-
la causa de' Catanesi giouar potea, e lasciandouisi quello, che al-
trui non facea pregiudicio. Questa medesima operetta ritrouo ci-
tata da F. Nicolò Ricchardi, detto il Mostro, dell'Ordine di S. Do-
menico, Regente della Minerua in Roma, nella prima parte de
Raggionamenti fatti sopra le Litanie di nostra Signora, stampata
in Genua l'anno 1626. nel raggionamento decimoterzo à fol. 206.
oi nel margine così dice. Questo concetto trouai accennato in B
vn Sermone di S. Metodio Constantinopolitano in S. Agatham Martyrem, doue dice, che B. Agatha præmota est, vt esset Martyr, sicut Beata Virgo, vt esset Mater Dei, il quale sta tuttauia in Greco, e si ritroua nella Libraria della Vallicella in Roma.

Dalla sudetta autorità mi confermo in quel, che adesso ho detto, ciò, che questa Oratione di S. Metodio sia stata intiera nella medesima Libraria, però la maluaggia industria dell'huomo niente può contra il diuin consiglio, poiche la gloriosa S. Agata, perche si giustasse la verità della sua Cittadinanza, volle, che essa Scrittura
ne somministrasse la copia, voltandosi in Latino assai prima, che C
da quel libro fosse tolta, e dissipata. Hactenus Carrera.

Confer itaq; exscripta iam verba, & illicò malam fidem *Inueges* magna ex parte illa supprimentis agnosces. Orationis istius assertores, & dei item sponsores habet, sistitq; Carrera *Vincentium Raymundum*, & *Nicolaum Riccardium*, quorũ eruditio, virtus, pietas, religiosi deniq; mores nostro non indigent enchomio. Plures tamen alios dabimus verissimæ Orationis huius astipulatores suis quosq; censionibus calculum dantes, & pondus.

Pergit Inueges. *Hor questa istessa Autentica, che il Carrera* D
apporta di cotal Oratione Greca, à mio parere, la rende da piu parti sospetta, & apocrifa. Prima, perche dice, che fu ritrouata quasi 40. anni sono. Il Carrera questa sua seconda Parte delle Memorie Historiche di Catania la publicò nella stamparia di Giouanni Rossi l'anno 1641. Se dunque questa Operetta Greca fu ritrouata 40. anni innanzi alla sua stampa, cioè nell'istesso anno 1601. che come disse il Pirri, in Roma si diede principio all'erudita Disputa fra il Colnaga, e'l Valguarnera, De Patria S. Agathæ diu disceptatum est Romæ anno 1601. & anche il P. Colnago di lei ne fa ri-

A *cordo: come di lei non si valse nella famosa contesa? come non impugnò arma tanto forbita, e cotanto atta à riportar la Vittoria? poiche era Autorità greca, e che nell'Antichità superaua le Greche, & antiche Autorità del Valguarnera.*

Duo itaq; in *Carreram* spicula retorquet *Inueges*, alterum ex tempore, quo Panegyris ista fertur ad illius notitiam peruenisse, alterum ex *Colnaghi* silentio expetitum. Singula quæsò versemus. Ait ergo Carrera. *Quest'opera di S. Metodio comparue quasi 40. anni sono, della quale il P. Bernardo Colnago ne fa ricordo.* Sed vtinam antiquissima hæc æquè ac grauissima Methodij & Petri siculi Siciliensium rerum spe-
B ctatorum potiùs, quàm scriptorum monumenta ad *Colnaghi* notitiam peruenissent, nec in tenebris per ea tempora, cum de Agathæ Patria Romæ disceptaretur, delituissent, certè nil nouitatis antiquissima Breuiaria vidissent.

Sed ad rem. Verba illa. *Huc etiam maximè spectare videbuntur &c.* quæ post decantata à Colnago Carmina exscribit *Carrera fol.* 130 ab ipso Colnago scripta putauit Auctor ille, eaq; nescio quo fato *Colnaghi* nomine euulgauit. Non etenim *Colnaghi* sunt censiones, aut verba, sed Auctarij instar ab *Andrea Mandalà* Philosophiæ ac Medicinæ candidato, sacræ item antiquitatis omnis professore, ex proprio ge-
C nio ingenioq; proprio item charactere *Colnaghi* schedis (quas ego lustrandas illi communicaueram) ad fidem adaugendam adiecta, ac superaddita, quæ *Carreræ* illa exscribendi ansam tribuerunt. Testes appello ipsissimos a *Mandalà* Auctarij istius auctore, actoreq; scriptos characteres, Exemplari, quod penes me habeo, quodue *Carreræ* à me id sciscitanti communicaueram, super exscriptos ac congeminatos. Ad ipsa prouoco primigenia Exemplaria ab *Horatio Mantù* primitus exscripta, quibus sua manet dignitas incorrupta. Detinet ea hodie custoditq; *D. Ioannes Raynerius & Bel-*
D *lutus* Cathedralis nostræ Magister Capellanus, ac Ill. D. Episcopi Ceræmoniarius, ad purissimos istorũ Exemplarium latices accurrat quisquis ex certis, quę scribimus, certiora studet explicari.

Singula hęc manifestario ipsius *Andreæ Mandalà* testimonio iurisiurandi religione vallato, in publicas item tabulas redacto (me pro rei veritate è tenebris in lucem euocanda enixius instante) vtq; res ab ipso gesta est enarrante, proprioq; charactere sanctè rem omnem explicante placuit re-

 plicare

plicare, ne precaria suspiceris quæ verissimus scribo. A

Aßertio Andreæ Mandalà A. & M. D. facta cum iuramento super sacrosanctis Dei Euangelijs, talis est.

Io il Dottor in Medicina Andrea Mandalà per la presente scritta, e sottoscritta di mia propria mano affermo, e testifico, *Et in verbo veritatis* solemni iureiurando vallato, faccio publica fede, e vera testimonianza à chi spetta, e leggerà questo mio scritto, qualmente nell'anno 1640. hauendo discorso con il dottor D. Gio: Battista Grossi, hoggi Canonico della Regia & Insigne Chiesa Collegiata di questa Città di Catania, intorno alla pretensione, che tengono alcuni Panormitani della Cittadinanza di S. Agata, & anco esaminate le ragioni, & Autorità addotte da D. Mariano Valguarnera à fauore di Palermo, e le risposte, e confutationi date, & assignate dal P. Bernardo Colnago della Cōpagnia di Giesù di santa Memoria à fauore di Catania, nel tempo che la causa di detta Cittadinanza si agitò in Roma essendo Pontefice Clemēte 8. di f. m. mi disse detto di Grossi, che di tutte queste ragioni, coniecture, & autorità ne teneua scrittura fedelmente copiata da vn libro M. S. accōmodatoli dal dottor Horatio Manthia in tempo di sua vita, qual libro hoggi si conserua in potere di D. Giouanne Raineri mastro Cappellano della Chiesa Catedrale di questa predetta Città: soggiongendo nel discorso, che se in tempo di detta lite il P. Bernardo hauesse hauuta notitia di quelle due Autorità à fauore di Catania, vna del P. S. Metod o Patriarcha Constantinopolitano, altra di Pietro Siculo Vescouo delli Argiui, ritrouate molti anni dopò che nel Breuiario Romano fu fatta innouatione nell'historia della Vita di S. Agata & in loco di quelle Parole, *Agatha Virgo Catana In Sicilia nobilibus parentibus nata*, si riposero quelle, *Agatha Virgo Sicula, quam Panormitani, & Catanenses ciuem suam esse dicunt*, senza dubio alcuno non si sarebbe fatta tale innouatione. Onde io spinto dal desiderio e curiosità di leggere tal scrittura del P. Bernardo, domandai al detto di Grossi di considerarla, si come in effetto l'hebbi accommodata, & hauendo considerato attentamente il tutto, e ritrouato esser vero quanto mi era stato significato dal detto, nel fine nel discorso, che fa detto P. Bernardo, che incomincia *Breuis expositio rationum, quibus Illustrissimis, & Reuerendissimis Cardinalibus ostenditur Beatam Agatham & ortam & passam*

cata-

A *Catanæ fuiſſe, atq; id quod nunc in Romano Breuiario habetur eſ-*
ſe relinquendum, neque vlla ratione ambiguum ponendum eſſe,
ſinilce detto M. S. foglio 17. di detto libro, con queſti verſi.

En hic paſſa & nata, Hac non tibi facta Panorme
Gratia, ſed Catanæ, quid petis ergo? ſile.

Io per aggiungere quelle Authorità, che mancano nel
detto M. S. & per corroboratione del fatto di mio proprio
pugno nel foglio 18. ſcriſſi queſte parole ſequenti.

Huc etiam maxime ſpectare videbuntur, Primo quidquid di-
uus Ambroſius in Præfatione de S. Agatha diuine protulerit, cum
etiam Angelicum elogium commemorans Patriæ liberationem te-
B *tigerit. Diuus item Anthelmus in libro de laude Virginitatis cap.*
2. Agathæ patriam haud obſcure inſinuare videtur, eſt in biblio-
theca Patrum. Petrus Siculus Argiuorum Epiſcopus in oratione Sā-
cti Athanaſij ciuis Catanenſis, ſed Epiſcopi Methonenſis lucidiſſi-
mis verbis Beatam Agatham Catanæ ortam affirmat, licet oratio
nem Græco idiomate conſcriptam in Meſſanenſi Monaſterio San-
cti Saluatoris ad Portum aſſeruari ſciamus. Extat adhuc nouiſſi-
me inuentum luculentiſſimum Sancti Methodij Archiepiſcopi Con
ſtantinopolitani teſtimonium in Oratione quam græce habuit ad po
pulum, in qua apertiſſime Sanctam Magnamque Chriſti Martyrē
Agatham Catanæ natam aſſeuerat. Habemus etiam alia teſtimonia
C *nuper excogitata, quæ in aliud tempus reponentur, præſertim ta-*
men magnifaciendum eſt M. SS. ex Theſauro Meſſanenſi excerp-
tum, in quo expreſſe habetur Catanam fuiſſe diuæ Agathæ patriū
ſolum, quamuis Virginem Panormi ſe continuiſſe commemoret.

Fin qui dunque ſi terminorno le mie ſopraſcritte parole,
come euidentiſſimamente fa fede detta ſcrittura notata di
mia mano diuerſa dal carattere, col quale è ſcritto tutto
quello libro fino al foglio 118. incluſiue, quale ſcrittura fat-
ta di mia mano ho riconoſciuto da nouo, ad effetto di teſti-
ficare quanto ho detto di ſopra. Onde queſte mie iſteſſe
annotationi ſcritte da me di mio proprio carattere, come
D ho detto, ſtimando il Sacerdote don Pietro Carrera, che ſia
in cielo, a cui fu anco data la ſopradetta ſcrittura del P. col-
nago con la detta mia poſtilla dal ſopradetto di Groſſi, ad
effetto di inſerirla nel ſuo libro, che ſtaua appenſando per
difeſa della verità Iſtorica della naſcita di Santa Agata in
Catania, che fuſſero parole e ſentimenti del P. Bernardo, nō
auuertendo alla diuerſità del carattere, ſtile diuerſo, par-
lare, e conneſſione del diſcorſo, quelle ſtampò di peſo, co-

me ſta-

me stauano nel detto Manuscritto.

Il tutto anco viene comprobato dalla euidenza del fatto, non solo per la diuersità del mio carattere, come ho detto, ma anco perche nell'originale scritto di propria mano del detto di Manthia, hoggi serbato in potere del detto di Raineri, non si leggono tali mie parole aggiunte, ma immediatamente, dopo li versi sopra recitati seguono quelle altre parole. A

Responsio ad eos, qui Beatam Agatham Panormi ortum duxisse contendunt &c.

La doue hauēdomi io accorto dell'errore scrissi nel margine del foglio predetto 18. queste altre parole. B

Hæc addita sunt ab Andrea Mandàla pro uberiori confirmatione de Sanctæ Agathæ Patria pro Catanensibus, sicut idem scriptionis meus character ostendit.

Onde in fede del vero, e per dilucidatione del fatto, hò fatta la presente dichiaratione scritta di mia propria mano, e così con giuramento dichiaro, confirmo, e testifico quanto nella presente si contiene hoggi 20. di Febraro quinta Inditione 1652.

Io il dottor Andrea Mandàla confirmo quanto in questa si contiene, e così con Giuramento dichiaro ad futuram rei memoriam. C

Idipsum veritati huic, quam vrgemus, perhibet testimoniū *Raynerius*, de cuius legalitate nefas est dubitare. En illud.

Ego Don Ioannes Raynerius, & Bellutus Magister Capellanus Cathedralis Ecclesiæ huius Clarissimæ Vrbis Catanæ, ac Illustrissimi & Reuerēdissimi Domini Episcopi Cęremoniarum Præfectus, Vniuersis, ac singulis, ad quos hæ peruenerint, indubiè testor, ac fidem facio penès me asseruari Codicem quemdam manu V.I. D. Horatij Manthia, dū viueret, exaratum, Folijs, siue pagellis n. 325. qui scriptis, quà non scriptis obsignatum, hac in eius fronte adiecta Inscriptione: *Varie, e diuerse Curiosità in questo libro raccolte da me Horatio Manthia dell'una, e l'altra legge Professore nell'Anno* 1608. Atque ex eo fideliter excerptum, ac exemplatum fuisse illum, qui penès D. Ioannem Baptistam de Grossis S. T. & V. I. D. ac Regiæ, & Insignis Collegiatæ Catan. Ecclesiæ Canonicum reperitur, quemadmodum collatione D

facta

A facta, Verba verbis, periodos periodis adamussim respondere compertum est. In Codice igitur isto, inter alia à fol. 71. & sequentib. continetur *Breuis expositio rationum, quibus Illustrissimis & Reuerendissimis Cardinalibus ostenditur B. Agatham & ortam, & passam Catanæ fuisse, atque id, quod nunc in Rom. Breuiario habetur, esse relinquendum, neque vlla ratione ambiguè ponendum esse*, à Patre Bernardo Colnago piæ recordationis Viro, Inclytæ Soc. Iesu Theologo cum paucis adscribendo, dum Romæ pro Catanensibus causam ageret Anno 1601. adlaborata, & explicuit fol. 77. à tergo post Anagramma: *Agatha Catanensis. En Hic Passa, & Nata*, &
B Hexastichon ad idem alludens, cuius postremum Carmen his concluditur metris, *Gratia, sed Catanæ, quid petis ergo? sile*. nulla alia leguntur verba, sed immediatè sequuntur duo folia alba, nempe 78. & 79. & illicò fol. 80. sequitur *Responsio ad eos, qui B. Agatham Panormi ortam duxisse contendunt, aduersus ea, quæ Nos de vero eius Catanæ Ortu demonstrauimus priore Commentario*. Quò fit, vt Verba illa, *Huc etiam maximè spectant &c.* quæ ad Calcem prioris Commentarij in Codice, qui penès eumdem de Grossis reperitur, quæue *Don Petrus Carrera* in suis aduersarijs exscripsit, ac prælo edidit
C fol. 130. non à laudato P. Bernardo, sed ab *Andrea Mandàla Art. & Med. Doctore* Naturalis Philosophiæ in almo Catan. Gymnasio primario Cathedratico adiecta sunt, & ex proprio ingenio auctarij instar apposita, proprio itè Charactere exarata, pro vt Character ipse omnibus notissimus nos docet, & ipsemet testatum dimisit: vt vel sic eiusdem *Carrera* lapsus emendaretur, & actæ rei veritas ad posteros dimanaret, verbis illis in Margine folio decimo octauo adiectis, *Hæc addita sunt ab Andrea Mandàla pro vberrima confirmatione de Sancta Agathæ Patria pro Catanensibus*, sicut idem scriptionis Character ostendit. In quorum omnium
D fidem, & eiusdem Don Ioannis Baptistæ de Grossis instantiam, Præsentes Manu mea propria scripsi, ac subscripsi, meoque solito sigillo signaui hodie Vigesimo quinto Maij, Anno salutis reparatæ millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo secundo.

Ego D. Ioannes Raynerius & Bellutus Magister Capellanus, ac Illustrissimi Cæremoniarius, qui supra.

Locus ✝ Sigilli

His

His pro veritate illustranda ita compositis, tacuit *Colna-* A
gus nobilissimam hanc *Methodij Panegyrim*, siluit *Anthelmi*
testimonium, præterijt *Petri Siculi* in D. Athanasij funere o-
rationem, nunquam illorum testimonijs vsus est, nec illa in
suos intulit libellos, quia ea ignorauit omninò, nec dum è te-
nebris ad lucem prosilierant; non etenim Catanensium cau-
sa è suo deturbata fuisset gradu, si quo tempore de *Agathæ*
Patria Romæ disceptabatur, tam illustria intelligentissimo-
rum Patrum testimonia *Colnagus* calluisset: futurum tamen
speramus, vt horum suffragijs Catanensium causa veluti de-
artuata in suum quantocius restituenda sit locum, profliga- B
tis iam quæ nullo idoneo auctore, sed mera aduersariorum
lubentia vulgata sunt, & ad veritati nigrorem offundendum
excogitata.

Nec palpum lectoribus obtrudent, quæ dicebam; nouum
non est, insolens, aut à vero alienum, multa temporis de-
cursu ad nostram in dies notitiam deuenire, quæ patres no-
stros latuere, foreq; ad posteros demanatura, quæ à nobis
nostra hac ætate abscondita sunt; noua siquidem in dies suc-
cedente rerum, temporum, ingeniorum deniq; conuersio-
ne, non habent præsentia secula quid prioribus inuideant,
quin ipsa huic seculo inuidere possit antiquitas. C

Sic splendent nostra hæc secula SS. Iosephi, Ioachimi,
& Annæ celebri memoria, notitia, commendatione, imò
& veneratione, quorum vel nomina, vel facinora sacræ lite-
ræ tacuerunt. Idem in Virgine præstitum, cuius sanctitas,
& Immaculatæ Conceptionis candor orbi per quosdam ve-
luti gradus innotuit, eiusq; celebritas nouissimis seculis reser-
uata est. Singula hæc, pie & docte versat ocellus erudito-
rum *Aloysius Nouarinus* grande seculi nostri miraculum, in li-
bello, cui *Vmbra Virginea* nomen fecit lib. *4. cap. 33.* cuius
verba fidem dictis factura libet exscribere. *Rapiunt ad se ca-*
lamum Ioachim, & Anna, quorum nomina fors diuinæ literæ D
tacuerunt, ne nos deinceps taceremus, sed vt suo tempore ea de
Mariæ parentibus exsculperentur, quæ apud omnes illos commë-
darent, & paulatim illorum nobis virtus, & splendor illucesceret,
qui si statim in iustis affulsisset, omnium mentium aciem tanta lu-
cis magnitudine perstrinxisset. Idem in Virgine præstitum, cuius
sanctitas, ac immaculatus candor Orbi non totus simul est prodi-
tus, sed per partes, & velut per quosdam gradus. Sic & Ioseph
non statim, nec repente inclaruit mundo, sed post aliqua secula;

diu

A *diis quodammodo latuit, quà ne tanto lumine fidelium oculi nimis premerentur, quà vt mundo ſeneſcenti aliquid ſemper relinqueretur, quo recrearetur, reficeretur, & ſenectutem ſuam regeret, ac ſuſtentaret, ſuamq; nouis velut ferculis deuotionem fideles alerent, ac nutrirent. Id factum & in Sanctis hiſce Coniugibus, quorum celebritas, præcipuè Ioachimi, nouiſſimis ſeculis eſt reſeruata, vt aliquid haberent præſentia ſecula, quo primis illis omnia nō inuiderent, proprio quodā lumine apparerent conſpicua, quodam decore, quadam dignitate exornata, vt non penitus à priſcis illis degenerarent*. Sed de his hactenus.

B ## EXCVRSVS II.

Primigenium S. Methodij Panegyris exemplar in Vallicellana Bibliotheca Romæ extare conuincitur.

NVſquam acrius egiſſe ſibi blanditur *Inueges*, nunquam ſibi adeò placet, quàm de *Methodij* Oratione agens, (qua veluti proprio ac peculiari armamētario cauſa noſtra gloriatur) eam exſibilet, apocripham, ac nuper excogitatā contendens, *Carreram* item mendacij reum expoſtulet, nugacem ſiſtat, qua in concertatione omnia permiſcet, teſti-
C um fidem eleuat, nullum non mouet lapidem, nec latentes mendaciorum ſcorpios timet, vt iure in Aduerſarium cadat, quod querebatur Nazianzenus. *Nihil hominibus adeò ſuaue eſt, vt de rebus alienis ſermonem habere, idq; præſertim ſi beneuolentia quadam vel odio trahantur, à quibus plerumq; veritas ſurripi ſolet*. Ergo Inueges fol. 204. ad finem, & fol. 205. hæc ait. *Secondo egli teſtifica, che l'Oratione intiera, e lunga da lui apportata hauerla hauuta in Meſſina dal P. Vincenzo Raimondo della Compagnia di Gieſù; e di più fa teſtimonianza, che il P. Raimondo li diſſe hauerla hauuta in Roma, ma da qual libraria*
D *Romana, hoc opus, hic labor eſt...... La verita ſi è, che com'egli dice, nella Libraria della Vallicella in Roma ſi conſerua poca parte ſcritta à penna, & in Greco d'vna Oratione di S. Metodio in lode di S. Agata, e ſi come m'accerta vn P. de' Chierici Minori, queſto è il ſol principio dell'Oratione, & vn picciolo frāmento, quanto ſarebbe vna facciata, ò poco più...... Ond'egli, & altri eruditi PP. della Cōpagnia di Gieſù leggendo hoggi dietro queſto picciolo, e pouero frammento, vn'ampia e ricca Diceria da circa 10. Pagelle: ſono di parere, che il lungo componimento Greco aggiunto à*

questo Principio d'Oratione mostri gran varietà d'arte, stile, frase, e parole, e che vi sia gran mistura di penna Greca Moderna. A

Atqui ex recitatis Aduersarij verbis vbinam loci existat S. Methodij oratio facilè quiuis intelliget: extat, inquam, Romæ in Bibliotheca S. Mariæ in Vallicella, teste cum Carrera, *P. Riccardo*, cuius censionem placuit iterum replicare. *Questo Concetto trouai accennato in vn sermone di S. Metodio Constantinopolitano in S. Agatham Martyrem, doue dice, che B. Agatha pramota est vt esset Martyr, sicut B. Virgo vt esset mater Dei; il quale sta tutta via in Greco, e si ritroua nella libraria della Vallicella in Roma.*

Luculentiùs illam descripsit, ac penes se habuisse testatur *Neophitus Rodinus* Græcę eruditionis callentissimus, hic datis B serio literis ad *Carolum della Monacha* haud obscuri nominis virum, ipsiq; Inueges vsquequaq; notissimum, ab eodemque Carolo ad me transmissis, hæc ait. *In quanto alla Oratione di S. Metodio, questo dico. Questa Oratione hò hauuta io manoscritta, ma li giorni passati (credo l'hauerà saputo VS.) mandando li miei libri di Lecce a Napoli 210. pezzi 45. solamente Greco Latini, e li altri, Greci soli, & altri mei scritti, e fatiche, & anco Maximo Planude in Metamorfosi di Ouidio Man. Greco, libro raro di trouarsi, per la inusitata & horrenda fortuna, C che si eccitò, i cacodemoni marinari insieme con assai altre robbe del vasello li gettorono nel mare, in questi fu anco la Oratione di S. Metodio; l'orationi era di otto fogli in quarto, questa l'ho letta io.*

Intorno alla libraria di S. Stefano dico à VS. che non hò cognitione veruna di essa, poiche in quelle parti di Calabria io non sono mai stato; e per fine bagio la mano di VS. offerendomi al suo comãdo. Tricase 19. luglio 1651.

Di VS. M. R.

Humil Seruidore

D. Neofito Rodino.

Validiori sane, nec minus lõgiori syrmate laudatę Orationis D augustissimam veritatem eloquitur testaturque *Leo Allatius* vir clarissimus, Gręca non minus quàm latina eruditione cõspicuus, vrbi & orbi notissimus, quem magnum literatum, & Scriptorem fęcundissimum, eruditissimum iuxta, ac disertissimum appellat *Iacobus Gaddius de Scriptoribus tom. 2. in Scaligero. fol. 359.* Ergo Allatius rescriptis ad me literis (cum de singulis aduersarij machinamentis, quibus Methodij orationem arietare, irrito tamen labore, conatus consultum

volui

A volui) hæc ad rem, aureis exſcribenda characteribus, ſcriptitauit.

Quello che ſia della Patria di S. Agata, ancora che mi pare hauer letto non sò che, non l'ho adeſſo in pronto. Queſto meſe d'auuenire che s'accominciaranno à ripigliar le fatiche, vedrò qualche coſa nelli manoſcritti Greci, e del tutto ne farò parte à V. S. Per hora li dico ſolo, che ſi vuole altre machine per buttar giù L'AVTORITA di S. METODIO Patriarcha Conſtantinopolitano, al quale, e per la ſua Santità e dottrina, non meno che per l'antichità, e per eſſer ſtato Siracuſano, al ſicuro ſi deue credere. l'Oratione non ſi può dire che ſia ſuppoſititia, perche nel Codice Vallicellano,
B *doue è ſcritta, è antiquiſſimo, e ſcritto al ſicuro ſopra il mille; è bene vero, che in quella parte doue tratta della Patria non vi è, eſſendo ſtate ſtrappatte le carte: e m'arricordo che diſcorrendo io di ciò co'l P. Ceſare Bacilli Padre molto accorto dell'Oratorio, e che haueа in poter ſuo la cura di detta libraria, detto buon vecchio mi diſſe, che eſſendoſi impreſtato detto libro ad vn Religioſo, ritornaſſe poi così mutilo. Ma di queſto ſene potrebbe hauer certezza dal Signor Patè, dal quale mi fu moſtrata vna Traditione in latino di TVTTA L'ORATIONE INTIERA, QVALE IO AL PRESENTE HO. Perche detto Signore potrebbe dire, come l'ha hauuta. Io in Greco non hò ſe non quelli pochi fogli rimaſti nel Codi-*
C *ce Vallicellano, che precedeno alla narratione della Patria.*

E poi mera ſciocchezza il negare che quella Oratione ſia di S. Metodio, poiche l'andare, lo ſtile, il portar della materia è tutto di quel Santo, come ſi conoſce da alcune altre coſuccie di detto Padre, che inſin adeſſo ſi legono. Ne vedo raggione per laquale s'habbia da reiettare Petro Siculo, che ſe s'ha da far ſimile ſtrapazzo degli Autori, l'Autorità de' Scrittori andarebbe à ſpaſſo.

Non era poi di meſtieri che il Baronio citaſſe detta Oratione, perche puol'eſſere che non li ſia paſſata per le mani, ò l'haueſſe traſcorata; tanto più che negli Annali non regiſtra tutte le coſe, che ſi
D *trouano nella Vallicellana, e queſto è quanto per hora mi occorre. Non ſi ſdegni lei di comandarmi, e li bagio la mano, di Roma li 20. di Settembre 1652. di VS. M. Illuſtre.*

Affetionatiſſimo Seruidore
Leone Allatio.

Vides igitur æquiſſime Lector quam diſertè, quam verè, quàm ſolidè *Leo Allatius* vir ſane eruditiſſimus, quiue ad adiuuandam rem literariam plurima propria induſtria contulit, idemq; oculatus teſtis affirmet, quod *Auguſtinus Inueges*

contradicendi libidine, meraq; lubentia vel negat, vel in dubium reuocare contendit. A

Sed demus alterum, & ipsum oculatissimum testem *Leonardum Patè*, propria virtute conspicuum, grecæ latinæque eruditionis caduceatorem, cuius laudes nostro non indigēt enchomio. Hic inquam laudatæ Orationis Methodij è Greco in latinum traductor, siue mauis interpres, hæc verissimus ait, scriptis etiam ad me literis Messanæ 12. Decembris 1651. *Signor mio non mi ricordo di hauer trasl.ato la vita di S. Agata dall'Idioma Greco, se non quella del Metaphraste trascritta dal M. S. del Saluatore ad instantia di certi Caualieri Catanesi, e la feci in colonna all'incontro del testo greco. Toltone tal traduzione, non mi si ricorda hauerne fatta altra, se non di vn Sermone di S. Metodio, quale mi portò vn P. Gesuita vecchio, che viddi pochi giorni fà in Messina, con l'occasione della Congregatione Prouinciale, che quà fecero detti Padri &c.* Benè igitur res se habet, & quod ad euertendam Methodij orationem solus commentus est aduersarius, longè plures conuellunt Scriptores numero, doctrina, virtute tandem præcipui. Quorum censionibus non acquiescere nefas est, & piaculum. Nec miserrimum illius superextat fragmentum pagellæ vnius seriē vix explens, vt Aduersarius temerè iactabat, sed luculentissimum omniq; ex sui parte integerrimum inspectatur, ac legitur exemplar, & exemplum, non in angulo positum, aut cymmerijs antris delitescens, sed in proparulo expositum, publicis item Bibliothecis perspectum, eruditissimis tandē viris exploratum ac notissimum. B C

EXCVRSVS III.

Eruditi quique de Methodij Oratione quid sentiant, expenditur.

PErspectum ex dictis euadit, opinor, quid de Methodij Oratione senserint sentiantq; eruditi: quia tamen nouus iste Dissertator nouis illam impetere nisus est telis, hæc in postrema assumpti Discursus parte fol. 205. consarcinat. *Ond'egli* (vn Padre de' Chierici Minori) *& altri eruditi Padri della Compag. di Giesù leggendo hoggi dietro questo picciolo e pouero frammento vn'àpia e ricca Diceria di circa 10. Pagelle, sono di parere, che il lungo componimento Greco aggiunto à questo principio d'* D

Ora-

A *Oratione mostri gran varietà d'arte, stile, frase, e parole, e che*
vi sia gran mistura di penna Greca Moderna. Hæc Inueges.
Spicula tamen ista nõ sempre simplici clypeo repellam sed le-
uissima inficiatione refutabo illa in speculatorem intorquẽs.
Quàm nulla igitur veri diligentia hæc scripserit *Inueges*,
nemo non dixerit, cui testium (quos ipse vocat contestes)
perspecta est eruditio, ac modestia. Falsum itaq; dixerim,
Patres Soc. Iesu viros alias doctissimos, & in ferendis senten-
tijs oculatissimos, tam effræni mentiendi libidine abreptos,
vt hæc dixerint, aut dicenti subscripserint: nec eorum mo-
destia patitur eorum nomine nobis maledici, Catanensium
B causam impugnari, veritati tandem periculum fieri: eo vel
maxime quando apud eos (modo vnum aut alterum super-
ciliosum vix excipias) adeo explorata est *Methodij* Oratio,
sic comperta illius veritas, ita perspicua illius, vnde, quan-
do, à quo deniq; ad nos deriuatio, vt nec relatore indigeat,
innuisse dumtaxat satis est, sciẽtibus loquor, & audiẽtibus.
Quod si vera essent, quæ iactat *Inueges*, non debebat te-
stium nomina reticere, silentioq; inuoluere, *testimonijs certis*
in rebus incertis vtendum monuit *Aristoteles mag. moral. lib.* 1.
tacuit autem ex industria, ne mendacij reus redarguatur;
non tacuisset profectò, si à Iesuitis haberet quæ præstantio-
C ra locutus est, vt in simili dicebat *Ambrosius epist.* 3. *ad Simpli-*
cianum.
Et vt verba verbis, dicta dictis, sententias sententijs op-
ponamus. *Vn Padre*, scribit Aduersarius, *de' Chierici Minori*,
& altri eruditi Padri della Compag. di Giesù &c. eorum nomi-
na prorsus omittens ac conticescens qui paulò antea in Car-
reram insurgens, hæc exprobrabat eodem fol. 205. *Di più fa*
testimonianza che'l P. Raimondo disse hauerla hauuta da Roma;
ma da qual Libraria Romana? hoc opus, hic labor. Non così fu-
rono le Greche Autorità del Valguarnera in giuditio prodotte; poi-
D *che le Librarie, oue le loro Originali vissero, egli le diceua, e le*
additaua, e le predicaua.
Sic igitur ex Aduersarij dictis sentẽtiaq; rẽ conficio & ar-
gumentum: non est deferendum Auctori, qui incertis vtitur
testibus, nec eorum dicta transcribit, locum deniq; vbi eo-
rum censiones legere est, non designat: atqui *Inueges* de
Methodij oratione dubius testes, quos laudat, non exprimit,
tacet illorum nomina, quid ex professo testentur, non ape-
rit: Nos ex aduerso testes sistimus oculatos, superstites iam,

& in humanis agentes, *Leonem Allatium*, *Neophitum Rodinũ*, *Leonardum Patè* notissimæ famæ viros, Grecæ latineq; eruditionis professores, eorũ censionibus *Methodij Orationem* verissimam attestantes, eiq, subscribentes, referimus, ac fideliter exscribimus. Quibus igitur standum, nobis ne, an *Inueges?* Lectoris esto iudicium. A

Quòd si patrum plurali locutione vnum intelligat Inueges *Petrum Salernum* opinationis istius auctorem faberrimũ quiue pro Panormitanis Panormitanus aduersus Catanenses aperto marte pugnare visus est; manum ego dabo & calamum. Oportuerat sanè grauioribus vti testimonijs, quam domesticis, aut testes aduocare propriam causam affectantes. Sed, valeat Salerni testimonium, sit legale; vni huic tot nos ex aduerso obijcimus, quot hactenus produximus testes; soli ac solitario assertori stipatam opponimus Scriptorum phalangem: huic tandem amore aut odio hæc inquieti (si credimus *Inueges*) repugnant *Allatius*, *Rodinus*, *Patè*, partium affectu vacui, liuoris expertes, omni tandem exceptione maiores. B

Petrus Siculus Agatham Catanæ ortam edicens ab Aduersariorum imposturis propugnatur. C

CAPVT XXX.

POst D. *Methodium* Siculum, vt dicebam, eumdemque Syracusanum Scriptorem, quiue Catanæ cum Syracusis contribulis ac confæderatæ vrbis res, fortunas, euentus, ciues tandem peroptimè callutt, sequitur *Petrus Siculus* Catanensium & ipse fortunarum scientissimus, Siciliensium rerum potius inspectator, quàm scriptor eorum, quæ solo rumore percepisset; de cuius eruditione, doctrina, pietate tandem præclarum iactatur elogium apud *Baronium ad An.* 563. *n.* 7. Hic ergo spectatæ virtutis antiquissimus Præsul in Oratione, quam in D. Athanasij Catanensis ciuis, sed Methones Episcopi funere, aut potius solemnijs habuit, Agathã Catanæ natam, educatamq; adeò luculenter differteq; testatur, vt apertiorẽ non inueniant omnes Aristarchi sententiã. D

Quia tamen familiare est *Augustino Inueges* Auctores omnes, Codices, Traditiones, Prodigia, Angelica tandem testimonia Catanensium causæ deferentia vel pro libito infi-

ciari

A ciari, vel in diuersum flectere extorquereq; vnico hoc verbo Reijcio, Nego, ex antiqua formula ratus exarmasse: post expunctam *D. Methodij Orationem*, in *Petrum Siculum* insurgit. Quia tamen solida ex se veritas, quò magis repercussa splendescit magis, scintillasq; eminus eiaculatur: ad iudicium veritatis Aduersarium prouoco securus, si rationi dederit aures, daturum etiam manus. Id vt ordine agamus, *Petri Siculi* verba ad rem, quam premimus, opportuna, Agatham inquam Catanæ natam ineuitabiliter euincentia initiò exscribemus. Tum, quinam sit Petrus iste Siculus præscribemus. Mox, illius censionem malè ab *Inueges, Petro Salerno,*
B *& Andrea Perziualle* explicatam demonstrabimus.

EXCVRSVS PRIMVS.

Petri Siculi testimonium Agatham Catanæ natam apertissimè contestantis exscribitur.

INtegram *Petri Siculi* Orationem ex traductione *Leonardi Patè* viri græcè docti, quiue eruditione sua Messan. Academiam nobiliorem reddit in dies, ex magno SS. Saluatoris apud Messanam Cænobio desumptam, publicisq; firma-
C tam tabulis refert eruditus *Carrera*: verba ego ad rem facientia dumtaxat integra fide subjciam, vt collatis mutuò tesseris æquus Lector agnoscat, quis veritati nigrorem offundere gestiat, quis illam pro virili denotare contendat. *lib.1.fol. 38. & lib.2.fol. 351. & seq.*

Ergo Petrus Siculus. *Patria igitur celeberrima Patris nostri Athanasij prima quidem, ac vera illa fuit Cælestis, ad quam à pueritia intentus, quod iam inde ab æternitate sanctis ciuium ordinibus adscriptus esset, per studiosas actiones à proposito nunquã aberrauit. Altera vero Patria tantum a prima distans, quantum à veritatis luce caligo tenebrarum, vanaq; simulacra rerum, vrbs quidem fuit præclara CATANA, in Sicilia longè Inclyta, cuius*
D *quidem nunc, si vellem, liceret eximia recensere, situm, pulchritudinem, magnitudinem, aëris temperiem, saluberrimam aquarum naturam, ingentes feracium, & sterilium arborum syluas, frequentem virorum sapientia, prudentia, fortitudine, iustitiaq; illustrium multitudinẽ, quos inter multò celeberrima AGATHA Christi Martyr HAC IN VRBE NATA, ATQVE EDVCATA, nec non cruciatibus affecta, Sponso suo Christo graue testimonium impertiens Martyrij palma donata est. Eaq; quod sacrosanctæ sui*

cor-

corporis reliquiæ in charitatis PATRIÆ sinu conquiescunt, gratum, acceptumq; habuit, quæ liquidis ignibus ex multiplici super impendentis Ætnæ fauce fluminum ritu defluentibus, ac longè, lateq; diuagantibus arcanam quamdam attulit necessitatem suas Reliquias venerandi. A

Verba eadem quantum habent ponderis ad causam coniìce ex his, quę luculentissimo sanè testimonio, edixit *D. Franciscus lo Rè* eiusdem Cœnobij SS. Saluatoris Antistes, hæc ad exscriptæ Orationis calcem contestans, obsignansq; *Nos D. Franciscus lo Rè S. T. D. Abbas magni Monasterij Sanctissimi Saluatoris Messanæ Linguæ Fari ordinis Sancti Patris nostri Basilij Magni, in hac prouincia Siciliæ Diffinitor Generalis fidem facimus in Bibliotheca huius Præfati nostri magni Monasterij inueniri Vitam B. P. nostri Athanasij Episcopi Methones in quodam Codice membranaceo antiquissimo, atq; Græco idiomate manuscripto, cuius Auctor est inscriptus Petrus Siculus Argiuorum Episcopus, atq; ex ea hanc ipsam fuisse exscriptam, quemadmodũ nos collatione facta inuenimus, atq; in ea legi hæc ipsa verba (vbi Auctor egisset de prima S. Athanasij Patria)...... quæ quidem Græca verba non solum eleganter, sed etiam perquam propriè in latinum expressa sunt.* B

Altera verò est Patria tantum ab illa distans, quantum à veritatis luce tenebrarum caligo, vanaq; rerum simulachra, Catana quidem vrbs nunquam satis celebrata in Sicilia excellens. Igitur in præsenti si omnia illustria laudare vellem, liceret quidem, idest sitũ, pulchritudinem, magnitudinem, aëris temperiem, saluberrimam aquarum naturam, ingentes feracium arborum, atq, infructuosarum syluas, frequẽtem virorum sapientia, prudentia, fortitudine, iustitiaq; illustrium multitudinem, quemadmodum etiam longè celeberrimam Virginem AGATHAM Martyrem, quæ HAC IN VRBE NATA, ATQVE EDVCATA, nec non cruciatibus affecta est propter Christum &c. C D

In quarum rerum omnium fidem Præsentes literas manu nostra scriptas, & subscriptas, Sigilloq; nostro munitas dedimus: Messanæ die 9. Martij 1619.

D. Franciscus lo Rè Abbas, ac Diffinitor Generalis, qui supra.

Locus ✠ Sigilli:

Ita

A Ita Præsul iste grauissimo sanè testimonio rem omnem obsignat, cuius item censioni subscribit *Petrus Celi Basiliani eiusdem Cœtus Generalis Antistes*, verba eadem ex Græco in latinum versans, paucis dumtaxat exceptis, quę rei substātiam non attingunt.

Nos D. Petrus Celi Abbas Generalis totius Ordinis S. Basilij Magni fidem facimus, in Græco quodā antiquissimo Codice membranaceo, qui asseruatur in Monasterio lingua Fari, inueniri vitam S. P. N. Athanasij nati in Vrbe Catana Episcopi Methones in Peloponneso, cuius vitæ Auctor est inscriptus Petrus Siculus Argiuorum Episcopus, atq; superiorem Græcam scripturam fuisse exscriptam ex illa vita. Præterea in ea inueniri hæc ipsa verba ad S. B *Agathæ Patriam natalem spectantia.*

Patria igitur huius, idest Athanasij Patris, qui nunc laudū materiam nobis suggerit, prima quidem, ac vera, cœlestis, in quam à teneris vnguiculis cum beatis mētibus adscriptus, adeptus est repromissionem. Altera verò Patria tantum ab illa distans quantum à veritatis luce caligo vanaq; rerum simulacra, Catana quidem vrbs nunquam satis laudata in Sicilia longè celebris. Igitur in præsenti si omnia illustria laudare vellem, situm & pulchritudinem, & magnitudinem, aëris temperiem, saluberrimam aquarum naturam, ingen-C tes feracium arborum, atq; infructuosarum Siluas, virorum multitudinem sapientia, prudentia, fortitudine, iustitiaq; Illustrium, quemadmodum etiā longè celeberrimam Virginem AGATHAM Martyrem, quæ HAC IN VRBE NATA, ATQVE EDVCATA, nec non & cruciatibus affecta est propter Christum &c.

Quibus quidem verbis maxime per orbem vniuersum ab omnibus Græcæ linguæ studiosis, atq; ab alijs fides haberi debet propter grauissimum, antiquissimumq; testimonium Petri Argiuorum Episcopi. In quorum rerum fidem præsentes literas manu nostra D *subscriptas, nostroq; Generali Sigillo munitas dedimus. Messanæ in nostro Magno Monasterio Sanctissimi Saluatoris die 29. Iunij 1619.*

Ego D. Petrus, qui supra, manu propria subscripsi.

Locus ✠ Sigilli

Senatus Nobilis vrbis Messanæ vniuersis testatur, qualiter supradicti D. Petrus Celi, & D. Franciscus lo Rè, qui in supradictis fidibus se subscripserunt, fuerunt, & sunt, videlicet dictus de Celi Abbas Generalis, & dictus de lo Rè Abbas & Diffinitor Ordinis S. Basilij Magni, vnde supradictis fidibus tamquam autheticis, & fide dignis indubitatam poteritis præstare fidem. In cui us rei testimonium solito Vrbis Sigillo in pede munitur. Messanæ die 27. Augusti 1619. A

Martinus de Petro Paulo Prosecretarius &c.

Locus ✝ Sigilli.

Eadem ipsissima verba *Hac in vrbe nata, atq; educata*, in B
quibus totius difficultatis cardo versatur, agnoscit *Neophitus Diamantius* Methonensis Episcopus, natione Græcus, græci idiomatis scientissimus. Fides sit laudato Carreræ fol. 325. hæc inquienti. *Questo anno, nel quale io scriuo 1641. del mese di Maggio ritrouandosi in Catania Neophito Diamante, Greco di Natione, e Vescouo di Methone, intendentissimo della lingua Greca diede la medesima intelligenza alle medesime sudette Parole. HAC IN VRBE NATA, ATQVE EDVCATA.*

Magnum, vt vides, ex laudatis patribus veritati præsidium accedit & munimen: quia tamen suspecta sunt Aduer- C
sario in editis istius Orationis *Petri Siculi* exemplaribus verba illa *HAC IN VRBE*, ne aërem verberare, & clausis oculis Andabatarum more pugnare videamur, obiectionum momenta solide expendamus.

EXCVRSVS II.

Petrus Siculus Orationis istius germanus Auctor expenditur.

ILlustrissimū hoc *Petri Siculi* testimoniū, si eam apud om- D
nes fidem inueniat, quam apud *Marianum Valguarnerā* tenuit, nihil amplius esset disceptandum: cum etenim illud inopinè adinuentum inaudisset, verba item perpendisset à *P. Antonio Mammelli Soc. Iesu Theologo* oblata, adeò fecit, vt quampluribus coram, ceu testibus assertæ veritatis, sanctè grauiterq; affirmarit, quod si illud in tempore resciuisset, Rom. Breuiarij verba, Agatham Catanæ natam apertissime testantia, immutanda minimè instituisset; quin & ipse

Petro

A Petro ceterorum primus subscripsisset, subscripturus sanè
veritati; dicta hæc pluribus extrita sunt *Inueges* in primis &
Panormitanis. Hunc igitur irrefragabilis auctoritatis virum,
cuius in Manichæos editi libelli, ad Armenos publica Eccle-
siæ causa susceptæ legationes, Historia tandem ab eo græ-
ce scripta à Scriptoribus passim commendantur, solus In-
ueges alium à seipso ac planè diuersum coniectatur, ex vno
duos affingens, confingensq; fol. 207. sic inquiens.

*Io son di parere, che difficilmente si possa dimostrare, che questo
Pietro Siciliano Vescoua degli Argiui, che orò nella morte di S. Ata-
nagio Catanese Vescoua di Metona, sia quell'altro antichissimo Pie*
B *tro, pur Siciliano, & Ambasciatore in Armenia, che fiorì nell'an-
no 868. e scrisse contro i Manichei.* Tum suæ ipsius opinatio-
nis rationes sistit ac coniecturas. *Vò questa mia credenza ap-
poggiando. Prima. Perche l'istesso P. Blanditio Catanese suo Tra-
duttore non è chiaramente certo, e costantemente securo di cotal
Identità de'i due Pietri Siciliani, ma, e la crede, e se la imagina,
Ma per concludere una gloriosa Figliolanza gagliardamente con-
tradetta in Roma, non basta dire mi pare, videtur esse.*

Sed certè labitur Inueges; laudata siquidem verba non
sunt Blanditij, (cuius patronum agere nolo, superstes est,
causam ipse suam agat, se metipsum saluum faciat) sed *Ioã-*
C *nis Bollandi* in suis Actis Sanctorum tom. 2. ad diem 31. Ia-
nuar. in præfatione, quam ad S. Athanasij Methonensis E-
piscopi vitam præmisit, fol. 1125. cuius verba placuit exscri-
bere. *Methone clarissima Messeniorum in Peloponneso Ciuitas,
insignem sanctitate Episcopum seculo Christiano nono Athanasium
habuit. Is Catanæ in Sicilia natus, Insula à Sarracenis, Michae-
le Balbo imperante, circiter annum Christi 827. occupata, in Pe-
loponnesum cum parentibus adolescens profugit. De eo Octauius
Caietanus noster in Idea operis de SS. Siciliæ 29. Iulij ita scribit.
Catanæ commemoratio S. Athanasij Catanensis, Methones Epis-
copi & confessoris. Caietanum sequitur Ferrarius, nec alio die*
D *eius meminerunt. Agi Catanæ illius natalem pridie Kal. Februa-
rij significauit nobis Franciscus Blanditius noster, qui & illius vi-
tam à Petro Siculo Argiuorum Episcopo scriptam, è MSS. Codici-
bus magni Monasterij SS. Saluatoris ordinis S. Basilij Messanæ,
Latinè à se versam nobis transmisit: monuitq; hunc illum videri
Petrum Siculum esse, qui anno 2. Basilij Macedonis, Christi 868.
Tibricam Armeniæ Ciuitatem pro captiuorum permutatione le-
gatus, nouemq; isthic menses moratus, scripsit de Manichæorum,*

quos isthic didicit, erroribus librum, qui à Matthæo Rudero nostro Latinè versus extat tom. 9. Bibliothecæ Patrum. Meminit huius Petri Baronius ad ann. 870. n. 62. A

Vides igitur nõ *Blanditium* de Petro Siculo anxie ac scrupulose hæc scriptitasse, sed *Bollandum* sermonis huius scriptionisue formulam vsurpasse. Quin verbum *Videtur* ipsissimam veritatem sæpissimè importare monet I. C. *in l. quid tamen 25. §. si arbiter ff. de Receptis arbitr.* In verbis siquidem non cortex, sed nucleus, non sonus sed effectus spectandus est, vt docuit Iurisconsultorum facile princeps *Bartolus in l. quibus diebus §. Termin. liue n. 5. ff. de cond. & dem. in 2. lr.* quem secuti sunt *Alexander, Ruinus, Decius, Crauetta*, ceterique, B
quos probat *Menoch. consil. 131. n. 3. lib. 2.*

Sed iam reliquas Inueges circumuentiones percurramus. Ait ergo fol. 207. ad finem. *Ma appo à me è così, come la luce del Sole chiara, che l'antichissimo Greco Pietro Siciliano Ambasciatore nell'Armenia nell'868. non sia questo Greco Pietro Siciliano Vescouo degli Argiui. Primo; perche nel Tomo 9. della Bibliotheca de' Padri, ò pur nel Tomo 2. del supplimento della noua Bibliotheca Patrum è inserito il libro dell'Antico Petro Siciliano dal Rudero nel latino tradotto, à cui è affisso il nome dell'Autore ornato della Patria*; Petri Siculi Historia de vana & stolida Mani- C
chæorum hæresi, tanquam Archiepiscopo Bulgarorum nuncupata. *Ma questa Oratione funerale riportata dal Bollando, e dal Carrera ha il nome dello Scrittore arrichito, e della patria, e della Dignità*, Petri Siculi humillimi Argiuorum Episcopi, funebris Oratio in B. Athanasium Methones Episcopum. *Come dunque Pietro il Sacro e Vescouale Titolo*, Episcopi Argiuorum, *l'affisse in un picciol componimento, & Oratione funerale; e non in un libro dottrinale, morale, ò historico, che li douea partorire più immortal nome?* Hactenus Inueges in splendidissima veritatis luce cæcutiens, aut cæcutire dissimulans.

Verum nubeculæ huius vim, quæ aduersario in ipso so- D
lis lumine nigrorem offundere visa est, ex seipsa ditilacam euanescere nemo non dixerit, qui purgatiori perspicillo rem obuersauerit: eo siquidem tempore, quo Petrus iste apud Armenos aduersus Manichæos eruditissimum edidit commentarium, non dum sacras Episcopatus Argiuorum capesserat infulas; dum etenim virtutis excellentia augeretur, augetur & dignitas, & ad Argiuorum Ecclesiam euocatur, nec quia in altero auctoris nomen & dignitas exprimitur,

A in altero solum nomen absq; dignitate recensetur, ideo ali-
us audire debet, ac diuersus. Sic *Cesar Cardinalis Baronius*
refertissimas ad Rom. Martyrologiū dedit notas, Annales itē
Ecclesiasticos scripsit, antequam Cardinalitię dignitatis splē
dore conspicuus præfulsisset anno 1605. qui biennio post è
viuis excessit; nemo tamen dixerit non eundem esse qui re-
liquis ante id tempus editis voluminibus nomen absq; digni-
tate præmisit. *Augustinus Barbosa* vir editis ingenij monu-
mentis vrbi & orbi notissimus, plures edidit libellos ante-
quam ad Episcopatum Vgentinum fuisset assumptus; in ijs
solum nomen legere est; Episcopalis honoris epigraphe vni
B dumtaxat *de Potestate Episcopi* libello, in suprema lugdunen-
si editione anno 1650. qui & Auctoris vitę supremus extitit,
appositum obseruamus: nemo tamen dixerit Barbosam In-
fulatum alium fore à Barbosa Vimaran. Ecclesię Thesau-
rario, ac priuatæ olim sortis viro.

Sed quid egemus testibus, quando ipsissimus laudati Au-
ctoris stylus, eadem sermonis elocutionisq; paratura, par in
omnibus eruditio, solida tandem scribendi methodus, quā
in funebri hac oratione ceterisue opellis tenet Auctor iste,
altè inclamant eundem esse *Petrum Siculum*, qui has & illā
composuit: ipsos appello libellos verissimos assertionis no-
C stræ coassertores, testesque. Valeat ad seipsam persuadēdam
ipsa euidentia; *Qui enim huic contradicit*, vt ad rem ferè si- lib. 2. de
milem dicebat Augustinus, *mauult defensare quod sentit, quam* peccator.
quid sentiendum sit inuenire. meritis

Nec quę dicebā euertere aut inuertere potis est eiusdē *In-* cap. 10.
ueges asseritatio, *I periti della lingua Greca m'assicurano che que*
ste due Greche cōpositioni, Il Libro degli Errori de' Manichei di Pietro
Siciliano, e l'Oratione Funerale di Pietro Siciliano Vescouo de gli
Argiui han diuersi stile, e differente frase. Debebat etenim Ad-
uersarius Græcæ eruditionis peritos, quos ipse consuluit,
proprijs nominibus arcessere, ne precariam faceret eius fi-
D dem, & qua ille facilitate scripsit, eadem quiuis negaret.
Debebat vetustissimi facti speciem recentioribus Scriptorū
calculis adstruere, qui eius opinationi manum darent &
pretium. Debebat beneficio tenacioris memoriæ Perito-
rum nomina comminisci, quos ita facilè adinuenisse gloria-
tur. Sua igitur narratio, dum testes tacet, quos albo signa-
re debebat lapillo, testimonium infirmat, vt proinde facile
sit purpuram iuxta purpuram iudicare.

Quæ

Quæ tandem ad eneruandam Petri Siculi auctoritatem bellissimè excogitauit aduersarius hæc inquiens fol. 203. *Baronio, Rudero, e Possevino, come dissimo, fan mentione dell' antichissimo Pietro Siciliano, ma niuno l'intitola Argiuorum Episcopus.* Impugnatore non indigent. Innuisse dumtaxat proderit, *Baronium*, tametsi Romæ scripserit, innumeras item pro munere lustrauerit Bibliothecas, Vallicellanam in primis, & Vaticanam, plura tamen missa fecisse, quæ posteris probata in lucem cognitionis nuper euocata sunt, ac velut in publicas recensionis tabulas illata, vel quia non putauit ad suã historiam pertinere, vel quia dum insigniora dumtaxat intendebat, alia ceu leuia visus est contemnere, ac penitus omittere, aut vix vno aut altero verbo perstringere. Quò fit vt leuis admodum ac nullius ponderis sit Aduersarij argumentum, *Baronius* Orationis istius famam historiæ suæ minimè commendauit, ergo non est à *Petro Siculo* conscripta, aut germanus illius ingenij fœtus. Peculiaris est nostrorum temporum nouatoribus hæc inficiandi formula, vt dolet *Baronius ad ann.* 39 qui in promptu habent, vt negent quidquid in Scripturis non reperitur expressum.

Silentium itaq; Baronij non officit Petri Siculi Orationi altè de seipsâ loquenti. Valeat ad veritatem hanc euincendam eruditissimi *Leonis Allatij* testimonium, quod iam alibi insinuatum non pigebit hoc loco de integro referre. *Ne vedo raggione per la quale s'habbia da rigettare Petro Siculo, che se s'ha da far simile strapazzo de gli Autori, l'autorità de' scrittori anderebbe à spasso: Non era poi di mestieri che il Baronio citasse detta Oratione, perche puol'essere che non li sia passata per le mani, ò l'hauesse trascorata: tanto più che negli Annali non registra tutte le cose, che si trouano nella Vallicellana &c.*

EXCVRSVS III.

Petri Siculi verba Agatham Catanæ natam perhibentia male ab aduersarijs interpetrata demonstrantur.

POterat hæc disputatio conquiescere, ni Aduersarius certum sibi ex *Petri Siculi* testimonio pertimescens naufragium ad *Petri Salerni* testimonium, tanquam ad sacram anchoram confugisset, adducto itẽ *Andreæ Perziualij*, qui idip-

sum

A fum affirmet, auctoramento, quorum dictis opinationem suam aduersus omnes procellas solidasse gloriatur. Ait ergo fol. 209. *Dice dunque il P. Salerno, che di quelle parole della versione,* In ea vrbe nata &c. *la parola* vrbe *non vi è nel Testo; e per chiarezza della verità mi mostrò sei Copie Greche di questa oratione Greca di Pietro in diversi tempi, per varie diligenze del P. Ottauio Gaetano dal Monasterio del Saluatore di Messina ricauate; Due delle quali sono authentiche co'l Sigillo del detto Monasterio, & in niuna di queste addotte copie vi è la parola* vrbe.

Verùm neq; anchora hæc tam sacra, cui nauigij salus tutò committi possit, neq; rudentes tam firmi, vt securè subsistat.
B *Salernus* namq, & *Perziuallius* viri aliàs eruditi, & quos *Inueges* miris & emeritis laudibus iure extollit, in propria causa testimonium edixere, alter Panormitanus, alter Panormitanorum lacte enutritus, quamuis natione Græcus; imdonei igitur, nullaq; fide digni, quos vnica hac responsione in re adeò seria sufficit exauctorasse.

Sed ne vnico hoc effugio Aduersarij argumentum videar declinasse, dabo maiora certiorem absdubie fidem factura: *Franciscus lo Re, & Antonius Celi* Basilianæ familiæ Antistites græcæ elocutionis longè peritissimi, partium affectu vacui, omni tandem exceptione maiores, verba illa *IN EA VRBE*
C *NATA*, in primigenio Orationis exemplari nedum agnoscunt, verùm è Græco fonte latinè reddita suis ipsissimis attestationibus profitentur, quas Integras exscribebam Excur. 1. fol. 239. haud etenim Præsules illi incorrupti iudicis testimonium dedissent, si laudata verba in protographo instrumento non legissent, aut versionem non satis fidam existimassent. Nec dubitauerim *Salernum & Perziuallium*, quos in contrariam hactenus iuisse sententiam testatur *Inueges*, nobiscum contensuros, & veritati, si ergo Panormum affectus ab ipsorum scriptis exularet.

D Quod denique subiungit expetitum à P. *Octauij Caietani* schedis argumentum in quo tantam vim posuit aduersarius, vt tanquam ex Areopago testem aduocet *Salernum* sex laudatæ orationis exempla sibi sistentem. *Mi mostrò sei Copie Greche di questa Oratione Greca di Pietro in diversi tempi, per varie diligenze del P. Ottauio Gaetano dal Monast. del Saluatore di Messina ricauate.* Ex eo si vel cetera desint, reijciendum venit, vel certè non admittendum, quia exempla sunt publicæ fidei nequaquam vallata testimonijs; facile etenim fuit

fuit Scriptorum vitio, Orationis huius præloquia, clausulas,
verba, vel omninò, vel aliqua ex parte, vt alia omnia viti- A
ari, aut proprio sensu demutari potuisse: ex eo tandem suspecta,
quia nouitatem redolent, diuersitatem præseferunt.
Stat pro nobis ipsissimum exemplar, quod in Messan. Basiliano
Cænobio omnibus in promptu est, & obuium, verba
hęc *In ea vrbe nata* prodens exhibensq; Stant pro nobis laudati
Præsules sanctissimè rem obsignantes. Stat deniq; pro
nobis incorruptum Orationis istius exemplum publica fide
exscriptum, & ad nos deriuatum. Cuinam igitur præstanda
veniat fides, exemplis ne, an potius exemplari? lectoris
esto iudicium. B

Sed iam reliqua Inueges crepitacula præstat audire. *Il P.
Andrea attesta nella copia Greca, che hauea di detta Oratione il
P. Blanditio, non esserui stata tal parola; che perciò francamente
all'hora disse al Blanditio, che Pietro Siciliano non dice in quella
Oratione che S. Agata fusse nata in Catania.* Verùm Perziuallius,
quem suæ asseritationis testem appellat Aduersarius,
nihil habet cui acquiescam, quando non *Blanditius* dumtaxat,
sed Basiliani illi Præsules, sed *Leonardus Patè, Neophitus*
tandem *Diamantius*, viri præcipui, Græca elocutione eruditioneq;
præstantes oppositum asseuerant, ipsa tandem primigeniæ
orationis lectio innegabiliter euincit: tot ergo tā- C
torumq; Patrum censiones in *Perziuallium* conspirantes, illius
censionem longiùs extra lineam abiuisse conuincunt.

Tum Inueges. *Aggiunge di più il P. Salerno, che quel Relatiuo*
In ea *non si riferisce à Catania, ma à Sicilia: onde il senso dell'
Autore è questo. La Prima e principale Patria di S. Atanaggio è
il Cielo, per lo quale fu eletto dal Signore; la seconda Patria, se si
parli della Prossima, è Catania, se della Remota è Sicilia.* Egregiè
dein totius causæ robur ac firmamentum in solius Salerni
interpetratione sistit, eaq; velut clauo nixus difficiliorem
æquo se præbet, ita concludens. *Dal che finalmente si caua,
che quando dice l'Oratore IN EA NATA; quel pronome, In ea, si* D
*debba riferire à Sicilia; non vi essendo raggione, che richiami Catania,
ch'era stata posta dall'autore in luogo piu remoto e discosto.*
Hactenus Inueges exardescens sicut ignis in spinis, strepitus
excitans ac fragores.

Verùm quis adeò hebes sit, & è latinitate, vt cum
Tacito loquar, adeò in barbarum corruptus, vt in versiones
tam dissonas diffluat? quis interpetrationes hasce

tam

A tam longis quæsitas ambagibus, tam voluntarijs extortas glossulis non stomachetur? In sententijs astruendis non quod ex se solum in aliqua re opinando quis dixerit attendendum est, sed quod maior pars Scriptorum sensit tradiditque. Actum esset de Historijs, si cerebricosis expositionibus, aut callidis sophismatibus Auctorum verba in alienum sensum deflectere, peruertereque libera cuique esset facultas, & modico fermento ab alijs scripta corrumpere, & reddere infecta. Dixerim quod in re ferè simili dixit S. *Hieronymus in Epistola ad Domnionem*. Voluit homo peritissimus vno rotatu gladij vtrumq; peruertere, & ostendere populis quod quidquid ille vellet, hoc Scriptura sentiret.
B Sed ad rem. *Petri Siculi* oratio (tædet iterum replicare) nō ex vnius Blanditij versione, vt non rectè supponit *Inueges*, ad nos deriuauit è Græco latinè reddita, sed *Petri Celi, Frācisci lo Rè, & Leonardi Patè* solidis interpetramentis munita ad nostram peruenit notitiam. Germanæ igitur laudatorū Patrum versiones dissitis temporum spatijs habitæ, rectè sibi cohærentes, omnes in vnam eamdemque conuenientes sententiam, singulæ in verba illa *IN EA VRBE NATA* conspirantes, aduersarij interpetrationem voluntariam planè redarguunt, ac cerebricosam, vt dicere iure possim, *aut hoc*
C *testium satis est, aut nescio quid sit satis*.

Ne tamen vnica eademq, fidelia singulos Excursus nostri parietes dealbasse videamur, vrgentiora dabimus rationum momenta precarium hoc *Inuges* commentum refellentia. Audi, *Petri Siculi* mens in laudatis verbis eò collimat, vt Athanasij laudes efferret, à Patriæ in primis commendatione ciuis commendationem auspicatus: & benè: Patriæ siquidem claritudinem nonnihil ad ciuium nobilitatem, gloriam, honoremue facere monet *Vlpianus I. C. qui in* illustri vrbe se genitum gloriatur *in l. 1 ff. de cēsibus*, hæc inquiens. *Syria Phœnice splendidissima Tyriorum colonia (vnde mihi origo*
D *est) nobilis regionibus, serie seculorum antiquissima, armipotens, fœderis, quod cum Romanis percussit, tenacissima*. Notat *Glossa in leg. 1. C. de Alexan. primat. lib. 11.* vbi etiam Baldus inquit, *melius est quem esse mediocrem ciuem vnius notabilis Ciuitatis, & honorabilis, quàm esse maiorem ciuem vnius mediocris Ciuitatis*, tradit *Lucas de Penna in l. mulieres col. 3. vers. 8. ex loco C. de dignit. lib. 10.* Omnium appositissimè *tex. l. si quis naturalem C. de naturalibus liberis*, ibi. *Indignum est, vt qui sura-*

tissimæ vrbis vbere gloriatur, naturales suos non illustris ordine A
Ciuitatis illuminet. Ex quo Albericus notat, *quempiam gloria-*
ri ob id, quod est ciuis nobilis Ciuitatis. Ex philosophis, *Plato*
inter cætera magnæ suę fęlicitatis Patrię claritudinem ad-
scribebat. *M. T. C. lib. 3. Rhetor. ad Herennium*, vbi de gene-
re demõstratiuo loquitur, laudem dicit esse rerum externa-
rum, & corporis, & animi. Inter ea verò quæ sunt rerum
externarum Ciuitates quoq. ponit, quasi laus etiam ex Ci-
uitatibus sit hominibus. *Alexander Seuerus*, teste *Lampridio*,
cũ Syrus esset, volebat tamen videri traxisse originem è Ro-
manorum gente, eumq, pudebat Syrum dici. *Simonidis* poe- B
tę lyrici sententia est, oportere eum, qui beatè vult viuere,
Patriam habere gloriosam. *Aristoxenus in varia historia*, eius-
que auctoritate *Laertius* tradit *Mysonem* illum, quem viro-
rum omnium sapientissimum Apollinem prędicasse *Hippo-*
nax tradidit, ex hoc habitum fuisse inglorium, quod non ex
vrbe, sed ex vico, & eo quidem obscuro, natus esset.

Ergo Petrus Athanasij patriam duplicem statuit (ciuem
à Ciuitatis gloria laudaturus) alteram Cœlestem illã Hie-
rusalem, quę est mater nostra, ad quam à pueritia inten-
tus Athanasius per studiosas actiones tandem peruenit: al-
teram Terrestrem in qua natus est, Catanam scil. vrbem in C
Sicilia Inclytam, longeq; celeberrimam, vt legisti. Si igitur
à Patria commendationis sedem desumit orator, quid hic
Sicilia? quis vnquã Sicilię Regnum amplissimum cuiuspiã
patriam dixit, eritq; dicturus vel proximam, vel remotam?
Si à Patria, & quidem proxima, *Catana*, desumitur laus,
prout remotę, scil. Empyreo opponitur, vndenam alia, ea-
que remota, Sicilia scil. patria statuenda venit, ęquiparãda,
vel laudanda? ergo non vna erit patria remota Athanasij,
sed duę; Cęlum, & Sicilia, quod nemo vnquam dixerit,
nec *Inueges* ipse, si sibi ipsi redditus ad cor redierit.

Iam, rectę locutionis series exigit, Rhetoricę orationis D
ordo expostulat, vt ęquiparatio laudisq; materia non à re-
motis, sed benè à proximis desumatur, tum ne lectoris mẽs
aurisq; fatiget, tum ne orationis clausula disiungatur, cum
deniq; quia remota proximis succedere debent, non autem
pręcedere. Si itaq; proxima D. Athanasij patria Catana
est, vt *Inueges* ipse fatetur, in Catanam igitur aptè & con-
grue ferri debet ęquiparatio, non in Siciliam longè dissitã
ac remotã, & quę non nisi per violentã interpretationẽ pa-

tria

A tria dici poteſt, & abuſiuè: ne aliàs Athanaſij laus non cohærenter ex Patria deduci videatur: quinimò minus rectè, imò contra Rhetorices precepta de Agatha meminiſſet Orator, Catanam vt *Agathæ*, ſic *Athanaſij* patriam edicens, cum laus iſta ex *Lucia Syracuſana*, Antia Meſſanenſi &c. rectius potuiſſet deduci, vel ſaltem æque benè. Sua igitur ſe confuſione confundit *Inueges*, qui tam facilè hæc adinuenit commenta, aut potius figmenta.

EXCVRSVS IV.

B **Petrus Siculus oratoriæ artis coloramentis nequaquam vſus, vera dumtaxat expreſſit.**

DVo quędam ad extremum animaduertit *Inueges*, ex quibus *Petri Siculi* pro Catana cenſionem exaudicatam contendit: Alterum, vnicam Scriptoris iſtius auctoritatem ceteris Grecorum Codicum teſtimonijs nedum nō preferendam, imò longiùs poſthabendam. Alterum exſcriptā Panegyrim oratoriè potius ac rethoricè expreſſam, quam hiſtoricè enarratam; fictis ideò exemplis ac meretricijs amplificationbus commendatam. Sic enim ait fol. 211. *E per*

C *finirla, qui ſi diſputa della Glarioſa Naſcita di S. Agata; poiche Greca era la Sicilia, e Greca fu la B. Agata. A chi dunq; ſi deue preſtar maggior credenza al Greco Menologio, Greco Martirologio, Greco Breuiario, Greca Hiſtoria, & à tutta la Greca Chieſa; che con ſolenne & interrotta traditione la ſua felicisſima Naſcita ripone in Palermo; ò al detto d'vn ſol Greco Oratore Pietro, che la nobil ſua culla, al parere del Blanditio, e del Carrera, dà à Catania? A cui per licenza d'arte Oratoria, ſi Greca, come Latina, era lecito da coſe vere, veriſimili, & anche incerte rubbar ragioni, e comprar ornamenti per ingrandire vn Santo Catanese t Oratoribus, diſſe Manutio, & Poetis conceſſum eſt vti fi-*

D *ctis exemplis: & ita muta facere loquentia, & mortuos ab inferis excitare.* Ita Aduerſarius.

Iam, quod de Grecis Codicibus obuertitur argumentum, quàm pro inſtituto ſit fragile, & infirmum, non ſemel ad nauſeam extritum eſt ſupra in ſuſcepta cum eodem inſtituto diſputatione à *cap. 5. vſq; cap. 10.* vnàq; confectum, vel ex eiuſcemodi Codicum, Menologij, Breuiarij tandem combinatione nihil contra nos redundare, vel ijs fidei minus in-

 eſſe

esse, vel in re adeò seria minime deferendum. Non est igitur vt in his euertendis nostra iterum desudet industria, aut validiori iterum ferro non semel replicati argumenti neruus incidatur. A

Sed neq; negauerim nihil antiquius apud Siculos, etiam rudiores, (eruditis sat literarum monumenta loquuntur) quàm Siciliam Grecis habitatam mores quoq; & artes Grecorum calluisse, nec solum cum Orientis dominatu ipsa exerceretur, sed etiam cum antea Romanis societate iuncta esset; facundiam nihilominus Græcam Latinæ coniunxisse, quin Templa quoq; & Aras cum Græcis habuisse communes; popularem deniq; linguam perinde apud vniuersos obtinuisse, nisi fortasse Græca magis ad vsum verteretur: B
vecors sanè esset, qui vel hoc negare ausit, vel perperam plura requirat. Quod tamen inde deducit *Inuges*, Græcos scil. Codices, quos pro se stare putabat, Anonymos, & absq; Auctoris nomine iacentes, hyperbatis, ac solæcismis exuberantes, omnes tandem ex vno eodemq; exemplari dimanatos, exscriptosque, vt alibi dicebam, plus habere ponderis, ac pretij, ad Agathæ patriam statuendam, quàm *D. Methodium*, aut *Petrum Siculum* magni nominis viros, vt doctrina sic sanctitate conspicuos, domesticos sanè testes, ac planè triarios, Sicularum rerum, sed Catanentium in primis, vtpote finitimarum, callentissimos, suis quosque testimonijs *Agatham Catanæ natam* innegabiliter attestātes; C
hoc mordicus negauerim. Horum etenim censiones, vel si cetera non suppeterent argumenta, satis superq; essent ad fidem faciendam. Itaq; Græcis istis Anonymis Codicibus, *Menologio, Metaphrasti*, ceterisue græcæ fidei exteris Scriptoribus credendum esse magis, quam *Methodio, ac Petro Siculo*, vbi alter alterum contra sentit, nemo sapiens dixerit: *de alicuius gentis antiquitate & origine magis creden lum est ipsi genti, atq; Vicinis, quàm remotis & exteris*, dicebat, & rectè, Marsilius Lesbicus, cuius verba alibi recitabam. D

cap. 19. fol. 156.

Opportune ad rem, quam premimus, faciunt, quæ aliò spectans scripsit *Ioseph Bonfilius* solertissimus Siculensium fortunarum explorator, cui Sicilia ipsa plurimum debet, in *Apologia ad Typographum Insulæ Siciliæ* fol. 7. hæc inquiens.

Or venghiamo à Santi, de'quali si tralasciano gl'accennati dal Typografo per Panormitani, perche s'intende l'opra essere d'vn Religioso, & dotto Padre, e non sua, & a colui

tocca

A tocca l'approbatione della Cittadinanza di quegli, bastando dire in qual forma, & modo veriteuole Agata cosi seccamente detta sia Panormitana, almeno se creder si dè, che ò il Padre, ò la madre, ò ambi tutti stati fossero Panormitani, prosupponiamo che ella nata fosse in Catania, & la ragione è in pronto, poiche questa Santa eccede il tempo del migliaro de gl'anni, che nacque, & trionfò del martirio, & mai in cotanta serie di secoli niuno strepitò, ne contradisse, & mai Metaphraste fù autenticato in questa sua scrittura, peroche i Siciliani vicini meglio sapeuano la verità veduta, che quel Greco in Constantinopoli per relatione, B onde à i Santi contradir non si può nelle cose toccanti alla fede, ma nell'altre cose si può, che come huomini hanno potuto errare, peroche il Menologio Greco dice che Agata fù presa, & per cinque giorni detenuta prigione in Palermo, ma poi condotta in Catania, & quiui martirizata, onde l'Angelo nomata hauendola, Honorem Deo, & Patriæ liberationem, & sapendosi che Catania per il merito di questa Santa stata sia più volte liberata, & da fuochi, & da altri frangenti, & mai Palermo, creder più si deue all'Angelo, che a Metaphraste, odasi questo Tetrastico parto d'vn dotto, & diuoto Padre.

C Cum de Agathæ certent Siculæ natalibus Vrbes,
Displicere in promptu est, cui sit habenda fides.
Annales profert, monumentaque græca Panhormus,
At Catana Angelica Saxa notata manu.

Da che indotto il Rom. Pontefice accenna la gara, & in nulla diffinisce, dicendo, che i Catanesi, & i Panormitani gareggiando d'esser sua, la noma Sicula: or se mi s'opponga che nomata l'habbi per la natiuità, & Catania la tenghi Cittadina per il martirio, non distinguendo, che non l'habbi D potuto senza manifesta contradittione del Papa, & dell'Angelo parimente, & per manifestar l'errore noma Placido, Eutichio, Vittorino, & Flauia Messinesi, quai per fino à fanciulli sanno essere stati il fiore della nobiltà Romana, si come accenna Gregorio il Santo, consanguinei di Giustiniano Imperatore, figlioli di Tertullo gran Patricio Romano: or quante volte costui dirrà essere fatti Messinesi per il martirio, tante volte si contradirà per hauerla dinegata ad Agata; ma se ben si crede, che la maggior parte di compagni di

Placido

Placido foſſero ſtati Meſſineſi,come tace de gl'altri della ſe- A
conda, & terza claſſe, pur martirizzati in Meſſina al nu-
mero di più di cento canonizati dal Rom. Pontefice, per la
dimoſtratione di miracoli, & per ciò auttorizati, & hono-
rati di proprio officio, & ottaua, & non hauendo dichia-
rato la cittadinanza d'Eleuterio, & della coſtui madre An-
thia, ſe per la natiuità, ò per martirio, tante volte per Aga-
ta ſi dona dell'aſcia nelle gambe, perochè coſtoro furono
di Conſtantinopoli. *Ita Bonfilius*.

Quòd verò pars altera argumenti poſcebat: conſtitutum
eſſe oportet,haud parum decorè de *Petro Siculo* viro in pau- B
cis eximio, *Baronio*, ceteriſq; Scriptoribus grauiſſimis iuxta
ac doctiſſimis per ſecula commendato locutum *Inueges*, rup
tiſq; repagulis immerenti auctori probroſam mendacij notá
inuſſiſſe. Legant *Petri Orationem*, illius penetralia luſtrent,
obſeruent, obuerſentque,non iam viri docti & integri, ſed
vel rudes & fidei corruptioris, & tam opimum & adipa-
le commentum, quod Aduerſarius confingit, nunquam in-
uenient. Quis vnquam talia dixit de Petro? quis aliquando
talia cogitauit? quis hæc audiendo temperet ab ira? nihil ſa
nè indignius Hiſtorico, Scriptores pretio & doctrina cóſpi
cuos pro libito carpere, euanida lubentia redarguere, ac C
mendacij reos inſimulare: mentiri ſiquidem vel viles & na-
uci homelli nefas ducunt.

Iam quod in Petrum ex *Manutio* declamat *Inueges*, in
Declamatorem quadrat, non in Oratorem. *Audi*. Rhe-
tor, Orator, & Declamator longè inter ſe differunt, quan-
tumuis phalerato dicendi genere eorum quiſque Orationě
exerceat: Adeundi *Seneca in Prologo declamation. Fabius Quin-
tilian lib. 1. cap. 12. & lib. 4 cap. 2. Roder. Agricol. in Prolog. Se-
nec.* Orator ſiquidem in Iudicijs vel cenſionibus causã agit.
Rhetor Rhetoricam profitetur. Declamator tandem qui
aut docendi alios, aut exercendi ſe gratia fictam cauſam a- D
git, vt in veris poſtea cauſis poſſit orare, quod Declamare
dicitur. Quare declamare erit ficto themate componere
concludit *Dominicus Nanius in Poliăthea nouis. In verb. Orator.*

Appoſitiſſimè rem omnem edixit *M.T.C. in Oratore*, hæc in
quiens. *Non Declamatorem eludo, non tabulã de foro, ſed perfectiſ-
ſimum & doctiſſimum Oratorem quærimus*. Nec ſuo nobis deeſt
ſuffragio *B. Rhenanus in Platone*, rem ita enarrans. *Decla-
matio eſt domeſtica & vmbratilis exercitatio, quæ fit intra dome-*

ſticos

A *ſticos parietes, quo in genere pueri etiã num apud ſtudiorũ ſuorum moderatores exercentur*. Vt proinde ſuperuacuis ad tantum laborem hauriendum impendijs vacauerit Inueges, qui ad eneruanda Scriptorum teſtimonia tam cerebricoſa excogitauit commenta.

Quæ tandem ad euertendam Græci Codicis è Meſſan. Tabulario eruti, atq; à *Constantino Laſcari* latinè redditi momẽtum pariter ac monumentum excogitauit *Inueges*, ſtrepitus excitans et fragores, falſitate tandem notans, inſimulanſq; fol. 211. ex ijs, quæ ſine fuco, nec oblique dicebam cap. 6. fol. 27. confecta reor, et demolita; nec enim ſententia eſt
B alibi dicta caſſo iterum labore replicare, aut recoctam ſcãbrem apponere: nec refert lucem, vt ille aiebat, è tecto, an è latere domus haurire, dummodo ſani ſint oculi, quibus aſpicias.

Frequentes Agathæ Apparitiones Catanam eius Patriam conteſtantes ab Inueges criminationibus vindicantur.

CAPVT XXXI.

C **P**ræclara admodum ſunt, eaq; quamplurima, quæ nullo non tempore præſtitit, præſtatq; Patriæ ſuæ Diua Catanenſis Virgo cælitus repromiſſæ protectionis argumenta. Repete vrbis annales ſiue belli, ſiue famis, aut peſtilentiæ, Ætnæorum ignium, aliorumue impendentium cladium tẽpore, videbis in præſentaneis Catanæ periculis præſentiſſima expromiſſæ patronæ ac Conciuis ope liberationis monumenta, vt de eius Natali Patria nefas ſit dubitare: ipſa tandem Diua Virgo per apertiſſimum teſtimonium veritatem hanc, *Catanæ ſcil. ſe natam*, conteſtari dignata eſt.

Quia tamen Cæleſtem hanc admonitionem Diuæ Vir-
D ginis apparitionibus conteſtatam inter fabellas reijcit *Inueges*, ridetq; mulierc ularum oracula præ ludibrio illa laceſſans fol. 214. 215. operę pretium erit Aduerſarij artes detegere, ſic. n. ait. *Il Carrera nel. lib. 2. al foglio 257. apporta i teſtimonij riceuuti nella Patritiale Corte di Catania: come il P. M. Deſiderio Placha Fundatore de' i PP. Riformati del Carmine di quella Città diſſe, che ad una Monicha Tertiaria del ſuo Ordine, il cui nome era Sor Franceſa Contarelli del Villagio di S. Filippo nell'*

nell'aurora apparue la S. Martire, e li disse: ch'era nata in Catania nel Quartiero della Ciuita, oue habitaua D. Giuseppe Abbatelli, e che il suo Palazzo tiraua dal cortile detto di Librijno, e si terminaua alle mura della Città; e nel foglio 258. confirma l'istesso co'l detto di suor Agata Bolani, e di suor Francesca Colnago sorella del P. Colnago. Rispondo che il Valguarnera quando in giudicio si vidde dal P. Bernardo addurre la Tabella Angelica, la riuelatione di S. Agata à S. Lucia, & altre Visioni, disse à Clemente VIII Beatissime P. confugiunt ad Oracula, & io adesso direi, il Carrera confugit ad Oracula Mulierculárum. A

Verùm quę laudatus *Carrera* sistit probatissima testimonia, indubiam sanè fidem probationemq; ampliorem dubio procul factura vel ijs, qui maculã in sole, vel nodũ in scirpo quærere solent, non est cur irrideantur ab *Inueges*. Non fingit eruditus ille testimonia, non figmentat mendacia, non molitur ostenta, vt vel sic collabẽti causæ statumen sufficiat, & fulcimentum; sed publica fide, auctoritate, iurisiurandi religione communita producit monumenta, fideliter tandem exscribit. Testes aduocat non anonymos & ignotos, vel nundinarios, non stipe mendicatos, non veritatis illusores potius quàm assertores, sed viros sistit moribus eximios, religione conspicuos, professione venerabiles, quorũ virtus nostro non indiget enchomio. B C

Porro nec nuperas nec inauditas fuisse esseq; Sanctorum apparitiones ad Dei magnalia, quando, & vbi opus fuit, referanda sacræ testantur historiæ. S. *Ambrosius* D. Pauli apparitione confortatus traditur à *Ioanne Damasceno*. Anastasia senatorij ordinis fæmina à *Chrysogono* fortissimo Christi martyre per visum roborata memoratur *à Baronio*. Petrum & Paulum Apostolos Constantino magno, Attilæ, ac Neroni: Ioannem & Philippum Apostolos Theodosio magno: Nicolaum Myrensem Constantino: Basiliscum martyrem S. Joanni Chrysostomo: Chrysogonum marc. Anastasiæ: Agnetem Virginem Constantiæ filiæ Constantini, per visiones apparuisse testatur *Baron. in suis Annalibus passim*. S. Anastasiũ persam mulieri à via aberranti decora monachi specie apparuisse, arreptaq; eius manu vsq; ad villam, in qua comites eius erant, associatum refert *Ioannes Bollandus*. Euagrium philosophum Christianum post mortem apparuisse Sinesio memorat *Baron. ad an. 411. n. 12.* Agatham deniq; ipsam S. *Digna Virg.* (vt illustrẽ illam ad *Luciam* apparitionem scitus omit- D

anno 303. nu. 13.

in eius vita 22 Ianuar. fol. 439.

A omittam).rosas & lilia per somnium porrigentem ad Mar-
tyrij palmam confortasse, post *S. Eulogium*, *& Baronium*, te- *in cap. 12. Danielis*
statur *Cornelius à Lapide*.
Quòd si nedum sanctitate præcipuis, sed & scelestis viris
Attilæ, Neroni, Deo ita permittente, Sanctos quosque per
visum apparuisse verissimum est: quid sanè falsitatis aut in-
uerisimilitudinis in hac, de qua nobis sermo, versari possit
apparitione, sane non video, eò vel maxime cum suis nu-
meris omnia aptè respondeant. Quanti porrò faciendum sit
Desiderij Placha testimonium, conijce ex his, quæ de eo pas-
sim circumferuntur, quæue carbone ruditer ego ipse adūbra
B ueram *Catan. Decach. tom. 1. Chord. 2. mod. x. fol.* 160. Sanctos
tandem mores Franciscæ Contarelli, impollutæ vitę cando
rem plurimas, quibus à Domino dignata est, reuelationes,
vitæ deniq; agonem fæliciter consummatum probè descrip-
sit laudatus *Carrera*, ad quem beneuolum delego lectorem, *lib. 2. fol. 260.*
ne actum casso iterum labore agere videar.
Quin Dæmones ipsi fabertimi alias mendaciorum archi-
tecti veritatem hanc, *Agatham scil. Catanæ ortam*, verissimè
comprobarunt. Solet quandoq; *Deus ab ipso mendacij pa-
rente* in veritatis confirmationem veritatem extorquere,
quod a sanctis viris non semel factum scimus, & ipsis expro-
C brabat *Antonius* egregius Christi miles apud *Bollandum in ei-
us vita ad diē 17. Ianuar. cap. 9.* ijs verbis. *Cum fallacia caput sis,
hoc sine mendacio coactus es confiteri.* Scriptęā Deipara ad Mes-
sanenses Epistolæ certitudinem (quam & nos omnium mi-
nimi ingenuè profitemur & agnoscimus) Dæmonem qua-
ter contestatum, est, est, est, est, testantur Archiepiscop.
Messanensis Curiæ tabularia, & nouissimè *Paulus Belli* haud
obscuri nominis aut vulgaris eruditionis è Societ. Iesu Theo
logus in edito à se libello, cui *Gloria Messanensium* nomen fe-
cit, *lib. 1. cap. 18. fol.* 92. quod & pariter agnoscit *Auctor Cē-
suræ aduersus scripta à Rocche Pirro in Epistolam B. M. V. ad*
D *Messan. fol.* 39.
Ergo dæmon exorcismis adactus, sed leuconio in primis,
quod Agathę reliquiarū cōtactu sacrū erat, vt ab energumena
nō amplius reuersurus abscederet, in hęc verba prorupit. *Nō
potis fuit seruus ille niger*, D. Philippum Argyrensem intelli-
gens, *hinc me expellere, & mulier hæc Catanensis* (diuam Aga-
tham innuens) *deturbabit?* rem ex ordine narrat *Fazellus de-
cad. 1. lib. x. cap. 2.* Agnoscit quoq; *Melchior Incofer in Notis*

ad Coniect. pro Epist. B. V. ad Messan. §. 96. Replicat *Benedictus* A
Saluogo in Apologia pro pietate Messan. §. 7. hęc inquiens. *Agatham praterea vel energumenorum confessione Catanensem accepit, & legit.* Hæc igitur de multis adduxisse sit satis: quãdo & boni Angeli testimonio, & cælitus indicto ad *Fridericum* ostento, quę vrgemus, viris pijs & doctis credibilia facta sunt nimis.

Panormi appellatione apud Metaphrastem venire Panormum oppidulum nullam continet improbabilitatem. B

CAPVT XXXII.

NOn minori contentione vertit in dubium simul & admirationem *Inueges* Carrerę iudicium, quasi peregrinè dixerit, Panormi nomine non vrbem modo fælicissimam oblongo 120. milliarium spatio à Catana dissitam, sed oppidulum quoddã in Ætnæ appendicijs ad 4. circiter p. m. Aquilonem versus ab vrbe distans, *Galermo* vulgo dictũ, apud Metaphrastem irrepsisse, ac proinde orbiliano potius plectendum flagello, quàm sapientium pectoribus dignum vi- C
branti oratione perstringit fol. 215. & 216. qui vbi Carreræ censionem exscripsit, hæc plus æquo seuerior animaduertit. *Io per certo non possa persuadermi che questa fosse spiegatura inuētata dall'erudita & historica penna del Carrera . . . Poiche se mai vn simil sogno burlesco fusse stato rappresentato alla presenza di Clemente VIII. e de' i tre dottissimi Cardinali Baronio, Bellarmino, & Antoniani; cioè se io hauessi detto in Giuditio, che quante volte nelle Greche Scritture si dice, che S. Agata fu di Palermo, e Palermitana, si deue intendere, che fu di Galermo, e Galermitana, non di quello vicino di Siracusa, di cui scrissero Fazello, e Mirabella; ma del Galermo vicino di Catania, à mio credere, io* D
e dal Papa, e da' i Cardinali hauerei riportato, ò vna bocca ridēte, & vn lieto cachinno, ò vn ciglio seuero, & vn graue ribusso. . . . . . . così chi lege che S. Agata nacque ò habitò non in Palermo, ma in Galermo, e che non fu Palermitana, ma Galermitana, gl' historici, e gli Eruditi abborriscono la fauola, & altri del bel capriccio si ridono e fanno alti cachinni.

Verùm qua fide id scripserit eruditus *Carrera* præstat expendere, non etenim gratis, & ex proprio ingenio, sed

opinio-

A opinione maiorum, rationum momentis, ineuitabilibus tādem coniecturis (quibus sæpissimè expressa veritas est) sententiam dixit, nec quippiam explicatius addidit, quod aliter apud Auctores comperisset. Habet inquam *Carreræ* iudicium non mediocre ex *Theodontio* momentum, par sibi, & satis; quod placuit exscribere, ne precaria apud lectores audiat Carreræ coniectatio. *Cur autem Iouis dicti sint filij* (verba sunt Ioannis Boccacij Genealog. Deor. lib. 11. cap. 10.) *& absorpta mater sit, reddit talem Theodontius rationem: dicit autem haud longe à PANHORMO non ignobilē fuisse scrobem in loco, vbi dicebatur Thalia, in qua omnis aqua, quæ à plaga il-*
B *la MONTIS ÆTNÆ ob imbrem cadebat, mergebatur, quicquid tum fuisset in cauernam deiectum, non multo post in lacus, siue fontes Palicorum ebullientes videbantur emergi, per quod apparebat imbrem, quam Iouis, idest aëris opera natā volunt, & in loco sub terras condi, & demū apud lacus Palicorum iterum nasci, & sic ex Ioue nati Palici.*

Quam porrò ad laudata Theodontij verba excogitabat interpretationem Aduersarius ad Typographi mendum, tanquam ad asylum se recipiens. *In Theodontio, ò in Boccaccio vi fu error di stampa: e la parola* Panhormus, *come egli ingegnosamente disse, si deue leggere Ganormos:* non est cur multis per-
C stringamus; mera siquidem aduersarij lubentia refocillatur, nullum habens testem aut contestem, qui adstipuletur: & tamen, vt monet Hieronymus, *vnum non extortum sed scribentem ex proposito adstipulatorem proferre debebat.*

Hæc ad compescendum *Inueges* cacchinnum factura satis confido: quando nedum in Ætnæ appendicijs, verum & alibi in Sicilia plures sunt Regiones *PANORMI* nomine prę-notatæ. Intra Siracusanę vrbis confinia Regio est Palermo nostra ad huc ætate nuncupata. Notius idest, quàm vt pluribus comprobare sit necesse. In antiqua *Praxi Qualiter pro-*
D *ceditur in M. R.C.* manu exarata anno 1569 vbi forma libelli in causa Actionis reiuendicatoriæ prescripta est fol. 49. illicò citationis in tali Iudicio faciendæ exemplum subijcitur, his verbis. *Porteri ad instanza di N. cita à N. à comparire nella R. G. C. per douersi declarare, che non obstante la vigna seu predio sito eposito nello Territorio della Città di Siracusa vocato PALERMO, confinante con la vigna di T. indebitamente possessa per detto N. conuento &c.*

Fons ille magno eiusdem Syracusanæ vrbis Portui immi-

nens, qui deprauato, vt fieri solet, vocabulo GALERMVS passim appellatur, teste post *Fazellum decad. 1. lib. 4. Vincentio Mirabella in descript. Syracus. tabula 5. n. 137.* PALERMO verius dicendus est. Id quod nec abnuit Inuges exscriptis ab eo superius verbis. Et quamuis laudati Patres barbaram illam interpretationem *Galermo* attribuant, ac sectentur; germaniorem ego coniecerim huic Syracusano Fonti Galermo deberi *Panormi* æthymologiam (coniectandi rationem si ie licentiam ab Aduersario mutuatus) nec impedimento esse vnius literulæ immutationem ex Palermo in Galermo, & & è contra, quando Palermo ex Panormo minimè obstare Panormitani ipsi contendunt. Siculi namq; facile vnam pro altera literula loquendo scribendoq; vsurpant: haud igitur mirũ esse debet, si post lõga secula paululũ immutata dixeris locorũ Siculorũ nomina, de quib' nõ difficilè cõiecturę fiunt. B

Proximum Catanensis vrbis finibus extat hodie Feudum siue Regio etiã appellata *Panormus*, Arci Bombycini, olim Brycinias à *Thucydide* Græcis nuncupatæ continuus adhærens, vt dicebam *cap. 14. excurs. 12. fol.* 106. & 107. quamuis *Cluuerius Antiquæ Siciliæ lib. 1. cap.* 10 Castellum hoc quonam situm fuerit loco, sibi non liquere fateatur. Hoc porrò Oppidulum siue Regio a Catana haud longè distans ad Agathæ ius spectabat: ibi diuam Virginem, cum a Quintiano ad necem quæreretur, sese continuisse, indeq; a satellitibus Catanam deductam, eò tandem Tyrannum festinasse Agathæ facultates occupaturum, verissimum puto; quippe quòd locus ille tutissimum illuc confugientibus præsidium præbet; id quod pluribus assequebar eodem cap. 13. C

Nec diuersa videtur sentire Græcus ille Scriptor, Metaphrastis nomine personatus, in Vita D. Agathæ verbis illis: *Nactus autem prætextum, idest impium Edictum, iussit Præses satellites illam comprehendere vt Christianam, cum illa extra Catanam in Panormo moram faceret*. Et paulo infra. *Milites autem Catana egressi cum Sanctam Agatham inuenissent, Dixit ei &c.* Sic igitur ex horum verborum contextu euidentissimum euadit, milites in ipso à Catana egressu S. Agatham inuenisse. Haud enim verisimile est, aut probabile, Quintianũ satellites Panormum ad Agatham prehendẽdam mandasse, quæ Ciuitas libera erat, a sua ipsius iurisdictione prorsus immunis, vt aliàs dicebam. Vocis autem similitudine factum est, vt ex oppidulo siue Arce, Panormo, haud longè à D

A Catana dissita, ad vrbem Panormum longo 120. milliarium interuallo dissitam transtulerit Græcus ille scriptor, & mox hinc destitutam, incomitatam, brumali tempestate reuocatam, dictoq; citius magnis itineribus breuissime cōfectis ad Quintiani tribunal adductā nō absq; veri læsione subiūxerit.

Quæ postmodum Aduersarius ad infirmanda ea, quę laudatus *Carrera* aduersus confictam à Panormitanis traditionem de Natali Agathæ patria, ex domo, rure, vestigijs tādem expetitam congesserat *lib. 2. fol. 296.* gratis subiungit eodem fol. 217. non tanti sunt ponderis, vt serio indigeant examine; percurre, si lubet, quę dicebam *cap. 14. Excurs. 4. & cap. 16. p. r tot.* ex ijs facile erit coniectari quis iustius B induat arma, quis pro veritate pugnet, atq; contendat.

Verba illa Rom. Breuiarij, *Quam Panormitani & Catanenses CIVEM SVAM esse dicunt*, Agatham Catanæ natam subinnuunt.

CAPVT XXXIII.

IAm tandem gloriatur Inueges Romani Pontificis censionem, de qua in Rom. Breuiario Clementinę editionis, C pro Panormo stetisse; quasi verba illa, *Quam Panormitani & Catanenses Ciuem suam esse dicunt*, Panormitanis, vtpote priori loco vocatis, ordineq; scripturæ præpositis adiudicata sit Agathæ Patria. Sic enim ait fol. 218. *Et io Rispondo, che l'istesso Pontefice hauendo riposto nel primo luogo Panormitani, e n l secondo Catanenses, e che il Ciuem suam all' vna, & all' altra Città douendosi riferire, egli la gloriosa Cittadinanza di S. Agata prima la dichiarò à fauore di Palermo, e doppò di Catania.*

Sed debebat Aduersarius non exscribere tantùm, sed expēdere, &, si animus erat, expungere rationum momenta, quibus *Carrera* oppositum ineuitabiliter concludit. *Inueges* D ergo silentium solidissima *Carreræ* argumenta vel omninò dissimulantis, vel obiter attingentis, indicio est, laudata Breuiarij verba violentis minimeq; germanis explicationibus in alienum sensum ab eo deflecti, vel rem ex sui natura notissimā Pōtificia cēsione contestatā ab Aduersario euerti aut deturbari nequaquā potuisse. Audiat ergo quid ex premissis à se rationibus, argumentis, auctoribus, auctoritatibus tandem deducat argumenta noster Carrera, & veritati, pro

quā

qua eruditus ille ſcribebat, & Inueges ipſe ſubſcribat. *Di quà raccolgo due ſode Propoſitioni; l'una è, come diſſi di ſopra, che la Chieſa nel ſacro Vffitio per ogni tempo non laſciò mai di chiamar S. Agata cittadina di Catania; e l'altra, che la medeſima Chieſa non diſſe mai, che la Santa fuſſe di Palermo; hor come gli Aduerſarij non potranno procurare il contrario della ſeconda Propoſitione; coſì noi prouiamo ageuolmente la prima.* A

Iam, dictio illa *Ciuem ſuam* immediatè adiecta poſt vocē illam *Catanenſis*, eiq; propiùs adhęrens Agatham Catanę ortam ineuitabiliter euincit. Exploratum ſiquidem eſt apud Rhetoricos, Grammaticos, Politiorum denique literarum profeſſores, verbum, quod ad diuerſa ęquè referri poteſt, in dubio ad id quod proximius ſiue immediatiùs adhęret referri, ac conuenire. Quin & apud Iuriſconſultos Axiomatis inſtar præualuit Propoſitio illa, *Relatio in dubio ſemper fit ad proxima & immediata, l. talis ſcriptura ff. de leg. 1. l. ſi idem cum eodem §. final. & ibidem adnotauit Gloſ. ff. de iuriſd. omn. Iud. Rota Romana, Pariſius, Gratus, Socinus, Turretus*, & alij, quos probat *Marius Antoninus reſol. 7. nu. 8. lib. 1. Menoch. conſil. 86. nu. 45. Honded. conſil. 4. nu. 9. lib. 2.* Et ad dicta vltimo loco, *Ruin. conſil. 128. nu. 12. lib. 3. Bardellin. conſil. 21. nu. 43. ante verſ. 3. reſpondetur lib. 1.* Et in puncto, ſcil. relatio debet fieri ad perſonam proximè & immediatè nominatam, poſt *Rotam Rom. apud Farinac. Peregrinũ, Bardellon. Seraphinum, & alios* concludit *Fuſarius conſil. 174. n. 19.* B C

Quod citra difficultatem aliquam locum ſibi vendicat, quando in proximis & immediatis maior vrgeret ratio, quàm in remotis, vt aduertit *Gloſ. in cap. ſtatutum in verb. locis de Reſcriptis lib. 6. Baldus in l. actionibus in 3. notab. ff. de in litem iurando, Crauetta conſil. 70. n. 10. Surdus conſil. 431. n. 64. lib. 3. Bardellin. d. conſil. 21. n. 43. lib. 1.* Vrgere autem, nedum maiorem, imo innegabilem rationem, veritatis euidentiam, Agatham Catanæ natam, minimè verò Panormi, ex hactenus dictis liquet, opinor: fit igitur, vt *Agatha* Catanenſis ciuis dicatur ex Romani Breuiarij ſententia, minimè autem Panormitana. D

Iam, ex multis ſenſibus ſcripturæ ille præualere debet, ceteriſq; antehabendus, qui iuſtior eſt, & verus, ex *Baldo conſil. 208. col. 1. lib. 3. Macerat. reſol. 23. n. 20. lib. 2.* Iuſtiorē porrò, veriorem, imò veriſſimum eſſe ſenſum, vt verba illa *Quam Panormitani & Catanenſes ciuem ſuam eſſe dicunt*, ad

Cata-

A Catanenſes vtporè proximiores referantur, ex Iureconſultis
ſtabiliuimus, rectæ locutionis ſeries euincit, veritatis tandē
vis ineluctabiliter definit.

Aliunde ſtabilio quæ dicebam. Solenne eſt apud Iuriſcon-
ſultos, vt quoties duæ illæq, diuerſæ referuntur à Doctore
aliquo opiniones, illa cenſeatur approbata à referente, in
eaq; dicatur reſidere, quæ vltimo loco relata eſt: fides ſit
*Gloſ. final. in l. qui filium 74. §. final. ff. ad S. C. Trebell. vbi etiã
Imola n. 3. Bartolo in l. bona fides n. 2. ff. depoſiti, Baldo in auth.
ex teſtamento n. 10. C. de Collat. Iaſoni in l. ſi idem §. ſi vna nu.
3. ff. de iuriſd. omn. Iud. Ciarlino controu. Iur. lib. 1. cap. 52. n.*
B *27. & cap. 93. n. 4. Gratiano diſcep. 689. n. 27. tom. 4. Oſaſcho
decis. 8. n. 6. Surdo conſil. 769. n. 32. Amato reſol. 46. n. 25.* Cũ
igitur Agatha Panormi nata primo loco verbis illis Roma-
ni Breuiarij, *Quam Panormitani & Catanenſes ciuem ſuam eſſe
dicunt*, referatur, Mox Catanæ nata ſubiungatur: Panormi-
tanorum opinio, ſiue mauis prætenſio *Agatham* ſibi vſurpan-
tium è limine præmittatur, illico Catanẽſium ſiſtatur aſſer-
tio Diuam eamdẽ ſibi vendicantium, Ciuemq; ſuam fore
contendentium, vt vides; approbata vtiq; à Rom. Pontifice
dicenda eſt Catanenſium ſententia poſtremo loco relata,
amandata iam Panormitanorum pretẽſione ac ſufficienter
C reiecta.

Quin ſolenne eſt apud veteres nuperoſque Scriptores, vt
quoties res aliqua in diſceptationem venit, ac de ea acriter
controuertitur, oppoſitæ item ſtant hinc inde Auctorum
ſententiæ, pugnant rationes, militant argumenta, illa ſanè
vt minus probabilis arridet opinio, ac veluti terga vulneri
præbens diſpungitur, quæ priori loco refertur, vlteriori
quaſi indigens impugnatione. Verum poſtrema quæ ſequi-
tur ſententia ſedem obtinet & gradum, ac firmioribus inni-
xa fundamentis oppoſitam minus probabilem reddit, ipsũ-
que, quo ſtare putabatur, imaginarium explicat & exſufflat
D fundamentum. Cum itaq; Panormitanos inter ac Catanẽ-
ſes ardua ſit de *Agatha* natali Patria diſceptatio, illiq; primũ
in ius vocentur, tum Catanenſes ſubſequantur, illorum pre-
tenſio præmittatur longiùs reiecta, iſtorum opinio poſtre-
mùm ſiſtatur immediatè contexta; ſit ineuitabiliter, vt hęc
probata dicatur, illa impugnata; Catanenſibus cauſa adiu-
dicata ſit, Panormitanis abiudicata; ſtet pro nobis victo-
ria ac triumphus, immineat aduerſarijs iactura & excidium.

Verba prædicta, *Quam Panormitani & Catanenſes ciuem ſuam eſſe dicunt*, non P. Colnaghi lacrymis, ſed illius ſilentio, ex Præpoſiti Generalis præſcripto, in Romano Breuiario irrepſerunt. A

CAPVT XXXIV.

NOn audet *Inueges* præ verecundia replicare quæ *Franciſcus Barone*, aculeato ſanè ſcribendi genere, in edito à ſe libello, cui *de Maieſtate Panormitana* nomen fecit, in Catanenſes, ſed in *P. Colnagum* in primis exagitauerat; ſic B
enim eructat fol. 218. *Ma io non ardirò di dire quel che ſcriſſe D. Franceſcò Barone: Vt Clemens VIII. P. M. Patris Bernardi Colnaghi è Soc. Ieſu lacrymis & precibus adductus ſententiam pro Panormo Vrbe depoſuerit, & Panormo, Catanaq; decreuerit eſſe communem*.

Prudenter ſanè ac conſultè, Satyro ſimilis, vnico eodemq; flatu calidum efflans & frigidum, laudando mordens, & dentem figens. conſultius tamen egiſſet ſi hominem erroris ſui pœnitentem iterum in ſcænam non produxiſſet, ne aliàs ſibi notam inureret, coaſſertorem ſiſtens cuius genium & ingenium nemo ſapiens, etiam Panormitanus, probauit: C
vnico igitur hoc armamento hominis iſtius, cenſionem ſufficit exarmaſſe, *Franciſcus Baronius* dixit non credam: qualis namque quantuſue ille ſit conijce ex ijs, quæ de eo literis exarauit *Benedictus Saluago in Apologia pro Epiſtola B. M. V. ad Meſſanenſes* §. 13. *fol.* 30. & *ſeq.* ne mortui famam videar lancinare.

Vt tamen à Scriptore ad ſcriptionem noſtra deſcendat oratio; Catanenſium cauſa, dum *P. Colnaghi* patrocinio eruditioneq; ſuffulta coram Purpuratorum Patrum ſenatu agitabatur, feliciſſima ſemper inceſſit, ac ſenſim carpebat incrementa, quin aduerſariorum prætenſio quam vana ſemper audierit, *Eminentiſſ. Baronius* apertiſſimè teſtatur ſcriptis D
fol. 335. ad Catan. Senatũ literis, quas eruditus *Carrera* fideliſſimè exſcripſit, nec *Mariani Valguarnera* viri aliàs grecè latineq; eruditi ſtudia, conatus, artes, ſolertia tandem potes vnquam fuerunt, vt Catanenſium cauſa è ſuo deturbaretur gradu, aut diſcrimen ſubiret.

Agnoſcens ideò ab experto *Valguarnera* quàm ſolidè ſubſiſteret

A ſteret in ſe *Colnaghi* eruditio, quâue apud Patres illos eſſet in
pretio, nullum non mouit Lapidem vt rem interturbaret, ac
defenſoribus vacuam eneruaret, ſubigeretque. Factum ideò
aduerſariorum aſtubus, *Cardinale de Terra noua* Panormi-
tano in primis operam adnauante, vt *Claudius Aquauiua Soci-*
etatis Ieſu Generalis Præpoſitus arctiſſimo ſalutaris obedientiæ
præcepto *Colnagum* compulerit adegeritque, ne cauſam
amplius ageret, & apud ſacra illa Tribunalia nullatenus
ſententiam diceret; quin vt ab inceptis omninò deſiſteret
ex imperio ſancitum: ſingula quæque *Colnagus* ipſe Catan.
Senatum monuit, ſcriptis a ſe literis à *Carrera lib.1.fol.*171.ex-
B criptis. *Queſti Signori Palermitani nō han laſciato di fare co'l no-*
ſtro P. Generale, che mi prohibiſſe, che io non andaſſi dalli Car-
dinali &c. Et Aduerſarius ipſe replicat fol. 200.
Hoc igitur precepto Catanenſiū cauſa ludificata eſt; ex hac
prohibitione ingens factū eſt detrimentū: hinc nō mediocris
ractura, hinc ingens trepidatio: tunc, quæ demenſis fluctibus
propitias emerſerat in auras Catanenſium cauſa, nauclero è
puppi ſublato, ſcopulum offendit, ſublataq; nobiliſſima ver-
borum monumenta ac Characteres, *Agatha Catana in Sici-*
lia nobilibus parentibus nata, eorumq; loco verba illa repoſi-
C ta, *Quam Panormitani & Catanenſes ciuem ſuam eſſe dicunt*;
& quod nobis ereptum eſt, in aduerſariorum ceſſit prædam.
Rem ex ordine narrat *Carrera lib.2.fol.* 328. quem ſi bene ad-
uertiſſet Inueges, nec ita diſſimulaſſet, *Bernardi Colnaghi*
lacrymis cauſæ exitum aut exitium nequaquam tribuiſſet,
qui indicto ſibi à maioribus ſilentio adſcribere verius de-
buerat. Ait ergo Carrera.
Gli artificij de gli Aduerſarij mirano a perſuader coloro, che
non hanno cognitione de gli affari, e progreſſi della cauſa, cioè che
le ragioni de' Cataneſi preſentate con grande inſtanza nella Corte
Romana ſiano ſtate giudicate inferiori à quelle de' Palermitani,
D *e ributtate come inualide: però altrimente camina il negotio. Ve-*
riſſimo è che il P. Bernardo Colnago era baſtantiſſimo ſuggetto, at-
to non ſolo à difender le parti di Catania, ma ancora à debellare
la pretendenza de gli Aduerſarij: e queſto (mentre gli fu permeſ-
ſo) moſtrò egli efficacemente con caldiſſima opera, e con effetto di
più ſcritti eruditiſſimi: non dimeno queſto iſteſſo fu cagione del
danno; imperoche ad iſtigatione de gli Aduerſarij fu impoſto rigoroſo
precetto al P. Bernardo, che laſciaſſe di intromettersi à queſti ſpia-
ceuoli affari di noioſa queſtione, vietandogli non ſolo l'adoperarſi

Verba prædicta, *Quam Panormitani & Catanenses ciuem suam esse dicunt*, non P. Colnaghi lacrymis, sed illius silentio, ex Præpositi Generalis præscripto, in Romano Breuiario irrepserunt. A

CAPVT XXXIV.

NOn audet *Inueges* præ verecundia replicare quæ *Franciscus Barone*, aculeato sanè scribendi genere, in edito à se libello, cui *de Maiestate Panormitana* nomen fecit, in Catanenses, sed in P. *Colnagum* in primis exagitauerat; sic enim eructat fol. 218. *Ma io non ardirò di dire quel che scrisse D. Francesco Barone*: *Vt Clemens VIII. P. M. Patris Bernardi Colnaghi è Soc. Iesu lacrymis & precibus adductus sententiam pro Panormo Vrbe deposuerit, & Panormo, Catanaq; decreuerit esse communem.* B

Prudenter sanè ac consultè, Satyro similis, vnico eodemq; flatu calidum efflans & frigidum, laudando mordens, & dentem figens. consultius tamen egisset si hominem erroris sui pęnitentem iterum in scænam non produxisset, ne aliàs sibi notam inureret, coassertorem sistens cuius genium & ingenium nemo sapiens, etiam Panormitanus, probauit: vnico igitur hoc armamento hominis istius, censionem sufficit exarmasse, *Franciscus Baronius* dixit non credam: qualis namque quantusue ille sit conijce ex ijs, quæ de eo literis exarauit *Benedictus Saluago in Apologia pro Epistola B. M. V. ad Messanenses* §. 13. *fol.* 30. & *seq.* ne mortui famam videar lancinare. C

Vt tamen à Scriptore ad scriptionem nostra descendat oratio; Catanensium causa, dum *P. Colnaghi* patrocinio eruditioneq; suffulta coram Purpuratorum Patrum senatu agitabatur, felicissima semper incessit, ac sensim carpebat incrementa, quin aduersariorum prætensio quam vana semper audierit, *Eminentiss. Baronius* apertissimè testatur scriptis D
fol. 335. ad Catan. Senatū literis, quas eruditus *Carrera* fidelissimè exscripsit, nec *Mariani Valguarneræ* viri aliàs grecè latineq; eruditi studia, conatus, artes, solertia tandem potes vnquam fuerunt, vt Catanensium causa è suo deturbaretur gradu, aut discrimen subiret.

Agnoscens ideò ab experto *Valguarnera* quàm solidè subsisteret

A ſteret in ſe *Colnaghi* eruditio, quáue apud Patres illos eſſet in
pretio, nullum non mouit Lapidem vt rem interturbaret, ac
defenſoribus vacuam eneruaret, ſubigeretque. Factum ideò
aduerſariorum aſtubus, *Cardinale de Terra noua* Panormi-
tano in primis operam adnauante, vt *Claudius Aquauiua Soci-*
etatis Ieſu Generalis Præpoſitus arctiſſimo ſalutaris obedientiæ
præcepto *Colnagum* compulerit adegeritque, ne cauſam
amplius ageret, & apud ſacra illa Tribunalia nullatenus
ſententiam diceret; quin vt ab incæptis omninò deſiſteret
ex imperio ſancitum: ſingula quæque *Colnagus* ipſe Catan.
Senatum monuit, ſcriptis a ſe literis à *Carrera lib.1.fol.171.* ex-
B criptis. *Queſti Signori Palermitani nõ han laſciato di fare co'l no-*
ſtro P. Generale, che mi prohibiſſe, che io non andaſſi dalli Car-
dinali &c. Et Aduerſarius ipſe replicat fol. 200.
Hoc igitur præcepto Catanenſiũ cauſa ludificata eſt; ex hac
prohibitione ingens factũ eſt detrimentũ: hinc nõ mediocris
ractura, hinc ingens trepidatio: tunc, quæ demenſis fluctibus
propitias emerſerat in auras Catanenſium cauſa, nauclero è
puppi ſublato, ſcopulum offendit, ſublataq; nobiliſſima ver-
borum monumenta ac Characteres, *Agatha Catana in Sici-*
lia nobilibus parentibus nata, eorumq; loco verba illa repoſi-
C ta, *Quam Panormitani & Catanenſes ciuem ſuam eſſe dicunt*;
& quod nobis ereptum eſt, in aduerſariorum ceſſit prædam.
Rem ex ordine narrat *Carrera lib.2.fol.* 328. quem ſi bene ad-
uertiſſet Inueges, nec ita diſſimulaſſet, *Bernardi Colnaghi*
lacrymis cauſæ exitum aut exitium nequaquam tribuiſſet,
qui indicto ſibi à maioribus ſilentio adſcribere verius de-
buerat. Ait ergo Carrera,

Gli artificij de gli Aduerſarij mirano a perſuader coloro, che
non hanno cognitione de gli affari, e progreſſi della cauſa, cioè che
le ragioni de' Cataneſi preſentate con grande inſtanza nella Corte
Romana ſiano ſtate giudicate inferiori à quelle de' Palermitani,
e ributtate come inualide: però altrimente camina il negotio. Ve-
D *riſſimo è che il P. Bernardo Colnago era baſtantiſſimo ſuggetto, at-*
to non ſolo à difender le parti di Catania, ma ancora à debellare
la pretendenza de gli Aduerſarij: e queſto (mentre gli fu permeſ-
ſo) moſtrò egli efficacemente con caldiſſima opera, e con effetto di
più ſcritti eruditiſſimi: non dimeno queſto iſteſſo fu cagione del
danno; imperoche ad iſtigatione de gli Aduerſarij fu impoſto rigoroſo
precetto al P. Bernardo, che laſciaſſe di intrometterſi à queſti ſpia-
ceuoli affari di noioſa queſtione, vietandogli non ſolo l'adoperarſi

con la presenza, ma ancora con la penna. Il Padre Ubbidi &c. e A
cessato lui non hebbero luogo le ragioni della Patria; perche all'incõtro sorsero gli adombrati degli Aduersarij, tra i quali D. Mariano Valguarnera eccellente Professore della Lingua Greca proferiua à suo fauore il testo Greco di Metafraste, mal'inteso, e mal'interpetrato dal Lipomano, e così riportato dal Surio: proferiua ancora altri testi di Autori Greci innominati di niuna autorità, alcuni de quali variamente trascritti eran l'istesso di Metaphraste. A questi egli donaua quella intelligenza, che giudicaua esser fauoreuole alla sua causa, nel che non ritrouaua persona, che se gli opponesse.

Aggiungo, che il Valguarnera fu assai ben veduto dall'istesso B
Pontefice Clemente Ottauo, onde il medesimo Scrittore dice di lui. Clementi VIII. Pontifici Maximo periucundus, summo Romæ habitus in pretio, vtpote qui Græcorũ Anagrammatum inuentor. *Sichè ageuole fù, che gli Aduersarij ottenessero quel niente,* Quam Panormitani &c.

In oltre à fauor della causa de' Palermitani si adoperò possentemente il Cardinal Terranoua Palermitano, come si ha per la lettera del P. Bernardo, che nel primo libro si trascrisse, e per mezzo del medesimo si adoperarono ancora altri Cardinali, pregati per lettere dall'istessa Città di Palermo &c.

Paria ferè scripsit Inueges ipse fol. 199. *Hò bensì contezza,* C
che il Senato di Palermo per Atto publico elesse in Roma Protettore, ò Procuratore della Felice Patria Palermitana il Cardinal Terranoua: così dice il Valguarnera. Nos habemus publicas nostræ Ciuitatis Tabulas, quibus Illustriss. Cardinalem à Terranoua Procuratorem omnium Panormitanorum ordo, cum substituendi potestate, constituit. *Questo Cardinale abbracciò la pretensione di Palermo con tanto ardore, e nella Sacra, e pia Impresa si diportò con tal valore, e vigilanza, e zelo, che dice il Colnago, L'Illustrissimo Cardinal Terranoua alla fine è Cardinale, & io sono pouero Prete.* Hæc Inueges. & verè. Ma- D
gna profectò est veritatis vis, quæ vel ipsos etiam aduersarios, & qui tenebras eidem offundere satagunt, vel nolentes compellit ad illam asseritandam, denostrandamque.

Steterat ergo, vt aliàs dicebam, pro Catanensibus incorruptum Eminentiss. PP. iudicium, decretumue, vt in Rom. Breuiario nihil de Natali Agathæ Patria innouaretur; id quod scriptis ad Catanensem Senatum literis apertissimè testatur *Baronius Ecclesiasticæ Historiæ Princeps,* quas integrè exscripsit *Carrera lib. 2. fol. 256.* Aduersariorũ tamen artibus,

A ſed Cardinalis de Terranoua in primis auctoritate factum
eſt, vt *Colnaghi* ſilētium fuerit indictum, Catanenſium cau-
ſa patrono deſtituta, ac viduata, elongatus tādem ille à quo
fuerat aduerſariorum incurſus arcendus. Iure ergo ſcripſit
eruditus *Carrera. Se la dichiaratione del Breuiario di Clemente
VIII. non ſeguì ſecondo l'auuiſo, & affermatione del Baronio, fu
per cagione dello sforzo degli Aduerſari*. Conatus nomine non
auri copiam, vt callide diſſimulat *Inueges* (abſit, vt tanto
Tribunali labes hæc aut ſordities impingatur) non ſcrip-
turarum veritatem, ſed ſummam, ſed eximam *Cardinalis de
Terranoua* opem, operam, ſtudium, auctoritatem deniq;
B ſubintelligens, & verè. Eo ſiquidem non duce tantum, ſed
adiutore, &, vt ita dixerim, coactore, verba illa *Quam Pa-
normitani & Catanenſes ciuem ſuam eſſe dicunt*, in Rom. Bre-
uiario irrepſere. *Fabritius Rebiba* (Fridericum non benè nū-
cupat *Inueges*) qui Catan. cauſam agebat, opinione, &
multo minus auctoritate Cardinali illi longe inferior, nedū
non comparandus, aut præferendus, ſacræ eruditionis, Græ-
cæ in primis elocutionis ignarus, agendarum deniq; iſtarū
rerum expers omninò, tanto ponderi impar, collabentem
cauſam, *Colnaghi* destitutus auxilio, ſuſtinere nequaquam
potuit. Notiora ſunt hæc, quàm vt in controuerſiam dedu-
C ci, aut dubietate notari a quoquam poſſint.

Quæ tandem ſubiungit *Inueges fol. 219.* Carreram carpens
hæc ſcribētem fol. 396. rectius ſanè ſcripſiſſet fol. 356. *Quei
pochi Moderni, che ſenza alcuna eſamina di ragione d'hiſtoria
appigliandoſi alla nuda lettera del Metaphraste, ò del Menologio,
dicono ancora S. Agata eſſer nata in Palermo, non meritano d'
eſſer uditi, ò letti*. Tum. *Ne io per vendetta voglio inguiriar
quei Carripteni, ch'egli porta di Ciechi e Zoppi Siciliani, che can-
tano. Però per mio giuditio piglio impreſa, chi quiſta Santa è
vera Cataniſi*: Impugnatore non indigent; debebat ſiqui-
D dem Aduerſarius Auctores *Agatham Catanæ natam* ſolide nō
minus, quàm verè affirmantes ſingillatim percurrere; debe-
bat eorum cenſiones expendere, quo tandem gradu ſingu-
læ quæque eorum ſtarent auctoritates aduertere, nec ita in
faſciculum redactos vnica hac ſideha dealbare, *Ciechi e Zoppi
Siciliani &c.* Veritatis ſiquidem, quam vrgemus, aſſertores
plures ſunt numero & pondere grauiſſimi, Antiqua Breuia-
ria, ſummi ſacrorum Antiſtites, Præſules eruditione non mi-
nus quam ſanctitate præcipui, Scriptores antiquitate iuxta

& auctoritate venerabiles, Angelica item testimonia, Cæ- A
litus tandem indicta Oracula, quæ in alienum deflecti sen-
sum minime possunt: quos inter paucos enumerare licet Si-
culos Scriptores, & hos non cæcos, aut claudos, sed ocula-
tissimos historicæ veritatis obseruatores, & qui tamquam
gigantes exultauerunt ad currendam viam suam, Inueges
notissimi, suo se prodentes lumine, ni ipse potius cæcutire
malit in solis lumine veritatis fulgore perstrictus, aut inter
luctandum elumbis audire.

Panormitanorum silentium Agatham Catanæ natam eloquitur. B

CAPVT XXXV.

Causas tandem exponit *Inueges* Panormitanorum silen-
tij, ratus ideò à contentiosissima hac *de Natali Patria
D. Agathe* disceptatione cessatum, quia pro Panormit. stat Sa-
cræ Congregationis iudicium, illis adiudicata est lis, Pæana
ideò lætus canit, nedum Victoriam, aut Triumphum: ait
ergo fol. 219. *La Città di Palermo dal 1602. in cui si publicò la
Clementina del nouo Breuiario Corretto, insino al presente anno* C
*1650. in cui scriuo per suo ordine, ha taciuto; ciò ha fatto, perche
ha giudicato hauer vinto. Prima vinse; poiche nel Breuiario di
Pio V. le parole stampate nel 1521. Orta Catanæ, si scancellasse-
ro, si come sopra s'e detto. Secondo vinse, perche nel nouo Breuia-
rio Clementino si desse il Primato e la precedenza alla Patria Pa-
lermitana, quam Panormitani, & Catanenses. Et anco ha ta-
ciuto, e tace; perche l'erudito Valguarnera la feliee Nascita di S.
Agata in Palermo sopra tanto antiche, solide, & autentiche au-
torità Greche in Roma alla presenza di quei Tre grandi Oracoli,
Baronio, Bellarmino, & Antoniani appoggiò, stabilì, e fermò,
che la Cità felice secura Tace, e senza timore si gode la publica* D
*adoratione della sua felicissima Cittadina, si come l'esperienza ha
dimostrato. Poiche Vrbano VIII. volendo ricorregere il Breuiario
Clementino publicò La Bolla del suo Nouo corretto Breuiario, &
in quello niente alterò di quel che Clemente nel 1602. à Palermo
per sforzo di scritture concesse, e donò.*

Triplici igitur declamatione Panormitanorum silentiũ
altè inclamat *Inueges*, & extollit. Et quia verba illa *Catanæ
orta* in Pij V. Breuiario olim expressa deleta iam sint & ex-
puncta.

A püsta. Et quia in Clement. Breuiario pro Panormo stetit iudiciũ primas illi deferendo. Et demũ, quia in nupero Vrbani VIII. Breuiario nihil quoad Agathę patriam immutatũ est.

Cæterũ, quã nullis hæreant neruis huiusce declamationis momenta, ex hactenus dictis facile liquet, opinor: quæ siquidem ad Pij V. Breuiarium spectant, declamatione non indigent, adeunda ad rem quæ *cap. 2. & 3.* superius innuebam: ea nec vacat nec lubet iterum replicare, aut in ijs diutius immorari. Plura in hac parte insumpsimus, ex quibus prudens lector aduertet expunctionis causam, rei gestæ seriem & momenta; cætera discutiant ij, quibus otij nimis, vel

B nodum in scirpo quærunt.

Iam, quæ secundo loco de verbis illis, *Quam Panormitani & Catanenses ciuem suam esse dicunt*, subiungit Inueges, nũquid inquam primas deferant Panormo, an rectius & verius Catanæ, cui propiùs adhærent, genuinum illorum sensum, quamnam deniq; vrbem Agathę patriam enixius commonstrent, *cap. 33.* ex industria animaduertebã, non est igitur cur in his tricandis Penelopis telam texere videar, ac retexere.

Et tandem Græcorum Codicum auctoritates censionesq; quanti sint ponderis ad causam, petas licet ex ijs, quæ *cap. 5. per tot.* ex industria disserebam: vt vel sic collatis mutuò

C tesseris facile quiuis arbitrari queat, quis iure taceat, quis verius exclamet, quis silentium in consensum exprimat, quis victus succumbat, aut victor exultet.

Nec ideo è suo deturbatam gradu Catanensium causam suspicari iure quis poterit, quòd in nouissima sub *Vrbano VIII.* Romani Breuiarij castigatione de *Agathe* patria nil fuerit immutatum; in promptu est responsio, & quia pro Catanensibus in Clementina reformatione causa stetisse visa est, vt superius innuebam; & quia in possessione sumus Agathæ ciuilitatis; & quia pro nobis stant tot. SS. Patrum

D censiones, & auctoramenta, quot supra memorabam. Cucurrit iam Romam eruditus Carrera, *Methodium, Althelmum, Petrum Siculum*, ceterosue quà nuperos quà vetustiores Auctores coram Purpuratorum Patrum Senatu ex veri sententia daturus; eius opera futurum sperabatur, vt dubierate ista de medio sublata, veritas tandẽ triumpharet, suoq; incederet gradu, quando inopinata mors virum talia meditantem intercepit, sicq; eximium, quod moliebatur, opus deturbauit: euidentiora hæc sunt, quàm vt vllum superesse possit effugium.

Gen-

Gentilitia Agathæ familia expenditur. A

CAPVT XXXVI.

SEd iam fluctibus emensis, sedatisque de Agathæ Patria
disputationum procellis, in portum tranquillamq; sta-
tionem se se recipit *Inueges*, Agathæ Familiam è littore ve-
stigaturus, ne iterum periculo caput obiectet, aut naufra-
gium de nouo faciat: pugnantes ideò inuicem Auctorum
censiones refert duntaxat, quid tamen ipse sentiat ex in- B
dustria non aperit, arduum ratus ac difficile, nec minus sa-
lebrosum de Agathæ familia habere quæstionem, proferre
sententiam. Ait ergo fol. 223. *Questi sono i varij pareri degli
eruditi Moderni circa l'Illustrissimo e nobilissimo Parentado di S.
Agatha; e come che io non ardisco di proferire la mia Sentenza,
qual sia fauola, & adulatione, e qual verità, & historia: lascio-
ne il giuditio al prudente lettore.*

Quinque igitur, vt scribit *Inueges fol.* 221. circumferuntur
Auctorum sententiæ de Agathæ familia inuicem dissidentes.
*Hor quindi i moderni sono stati curiosissimi d'inuestigare il cogno-
me, e l'Armi di questa nobilissima Verginella: e se non fallo, desi-* C
*gnano cinque famiglie, Altofiore, Asmari, Ansalone, Colonna,
e Valeria.* Tum vniuscuiusq; opinationis auctorem sistit &
testem. *Il sopracitato M. S. del Senato di Palermo riporta la pri-
ma famiglia; de Domo & Familia Altifloris.* Hanc tamen non
approbat, vtpote malè feriatam, & in sui ipsius constructio-
ne nequaquam sibi cohærentem.

Aliam subiungit opinionem, cuius meipsum laudat Au-
ctorem, hæc inquiens. *Gio. Battista Grosso fa fede, che la costan-
te fama di Catania per traditione de' i loro padri attesta, esser sta-
ta germoglio della famiglia Asmari. Conciuem nostram* (ego dice-
bam Catan. Decach. par. 2. chord. 6. fol. 85.) *è praclara As-* D
*maris familia progenitam, constans est fama patrum nostrorum
auctoritate firmata.* Hanc tamen coniectationem carpit, *Pe-
tri Garrera* sistens iudicium, qui ab hac traditione recessit
Mem. Histor. Catan. par. 2. lib. 2. fol. 241. Columnensium fa-
miliam Agathæ adscribens, ab eaq; progenitam asseuerans.

Atqui debuerat *Inueges* grauioribus me meaq; carpere,
scriptorum testimonijs, aut rationum momentis vrgere: de-
buerat item scriptionis meæ filum non ita detruncatum ex-

scri-

A ſcribere, vt vel ſic reprehenſioni locum honeſtius facerer. Poſſem id dicere quod dicebat Auguſtinus lib. 4. de Anima & eius origine cap. 3. *Proinde ignorantiam meam te corripientē atq; obiurgantem non moleſtè ferrem, imò inſuper & gratias magnas agerē, ſi eam mihi non ſolum dulcis percurreres conuicijs, ſed veris etiam excuteres dictis*. Sed audiat iterum me loquentē, & quę poſt laudata ab ipſo verba ſubſequenter ego ipſe ſcribebam intelligat. *Nuper illam Columnenſium Familiæ adſcribit eruditus Carrera Memor. histor. Catan. tom. 2. lib. 2. fol. 343. meum in hac re iudicium, abſoluto iam Decachordo, Lector habebis*. Non igitur ex propria ſententia & abſolutè id præ-
B ſcripſeram, meum de Agathæ Familia iudicium alibi daturus, vt legiſti.

Tertiam ſubiungit aliorum cenſionem, ſcil. ex Anſilomonis (deprauato, vt aliqui autumant, vocabulo Anſalone) præclaro germinatam ſtipite: meq; opinationis huius auctorem compellat; & qui antea Aſinaris Familiæ Agatham adſcripſeram, mox in diuerſam raptus ſententiam, Anſilomoniæ genti conſignem, parum mihi conſtans, imò diuerſus: ſic enim ait fol. 227. *il ſopracitato Graſſo vacillando nella prima ſentenza, dopò dice, che dalle coniecture s'argomenta, che la Beata fuſſe nata dal nobil ſangue Anſilomone*. E nobiliſſima
C Proſapia Anſilomonis nata eſt B. Agatha: *& aggiunge, che queſto cognome Anſilomone è preſo ad impreſto dall'officio dell'Ambaſciaria.... il quale dopò con voce corrotta paſsò in Anſalone, Famiglia tanto in Catania, come in Meſſina tra le Patritie ſcritta. E dando il ſuo diſcarico, d'onde ciò haueſſe preſo: dice di viène fa conſapeuole vn M. S. ma quanto authentico ſia cotal Manuſcritto, egli nel ſilentio aſcoſe, e ſepelì*. Ita Inueges.

Nolo hic durius agere cum Aduerſario, ne propriam agens cauſam modeſtiæ limites videar exceſſiſſe: non enim id ago, vt inquiebat *Auguſtinus contra Petilianum in Præfat. ad lib. 3.* vt efficiar homini conuiciando ſuperior, ſed erro-
D rem conuincendo ſalubrior. Illud tamen inuiſſe proderit; verba, quibus alienam ego exprimebam opinationem, aliud longe ſatiſq; diuerſum præſeferunt, quàm quod Inueges affirmat, ni mea me fallat opinio. Sic etenim dicebam, verba præmittens M. S. apud veterem adinuenti, & ad me à P. Cherubino ab Aci Ord. Minorum Obſeruant. tranſmiſſi (Ex nobiliſſima Proſapia Anſilomonis nata eſt B. Agatha) *agnomen hoc Anſilomonis è legationis munere mutuatum in cognomen*

tran-

transisse, ab eoq; tum Catana, tum Messana denominatas ste-tisse familias, Agatham deniq; ex eadem gente genus suum de- A *duxisse monet M. S. Sunt qui prætactam Ansilomonis familiam, deprauato vocabulo Ansalonis dictam (est hæc tum Catana, tum Messana, inter patritias adscripta) coniectantur. Hæc tamen, vt vides, innixa sunt coniecturis. Illud certius, Conciuem no-stram è preclara Asmaris familia progenitam constans est fama patrum nostrorum auctoritate firmata. Nuper illam Columnensiū Familiæ adscribit eruditus Carrera Memor. histor. Catan. tom. 2, lib. 2 fol. 243. meum in hac re iudicium, absoluto iam Decachordo, lector habebis*. Non igitur quid ipse senserim, sed quid alij di- B xerint ego scrutabar, vt iure dicere possim cum Augustino, *Aut non legisti, aut legendo non benè percepisti*. Qui scripta aliorum refert, culpandus non est quasi ipse dicat, vt ait *Gloss. in l. gallus §. idem credendum in verb. pronepos ff. de liber. & posthum.* & firmat *Decius in cap. ad hæc n. 2. de Rescriptis*, & post eū *Gomez ad regulas Cancellariæ quæst. 2. vers. ad hæc*. Non est igitur vt mihi opinio ista de Ansalomonis familia tribuatur vt asserenti, sed tantum vt referenti.

Quantum porrò fidei tribuendum sit M. S. C. è cuius officina aliqualis huic asserendæ sententiæ primitus ministrata est, nec silens præterij, nec silentij tenebris consepultum C amandaui, vt criminatur *Inueges*. Sic enim in præliminari ad Codicis huius cōmentariolū prelocutionē scribebā, in qua illius adinuentionē, deductā ad me notitiam, deducentis industriam, in latinum deniq; versionem ex ordine præmiseram Chord. 2. mod. 12. fol. 65. *Lectoris fidem quemadmodum huic M. S. implicatam nolo, ita ab eo abdicatam non opto: Suum cuiq; esto iudicium; sedeat in solio Veritas suo. Apocriphum vt damnare non audeo, ita Authenticum probare non valeo: rectius tamen sentientis expecto iudicium, eiusq; sententiæ lubens libensq; subscribam, si disiecta dubietatis caligine veritatis lucem in lumen effulsisse certiùs edocebit*. Ita ego ipse scribebam M. S. hu- D ius pondus expendens & pretium. Vides igitur num obscurata per silentium vix colligatur agnitio, quamnam sibi vendicet fidem Codex iste, è cuius penu coniectationes illas, qualescumq; illę sint, licuit expiscari; vt aut hoc testimoniū satis sit, aut nescio quid sit satis.

Quartam postmodum subiungit *Petri Carreræ* opinationē antiquissimę Columnensium familię Agatham adscribentis illā mox perstringit, seueriori *Constantini Caetani Cassinēsis*

Abbatis

A *Abbatis* subscribens censioni. Ego meo dumtaxat hac in re adhærebo argumento, nec extra chorũ in hac scena saltabo; singula, quæ prouinciam hanc propiùs attingunt est, qui quærat, & iudicet *P. F. Marcellus Romanus à Catana* Minor. strictioris obseruantiæ alumnus, idemq; Theologus, sacræ omnis prophanæq; antiquitatis professor, illa publici iuris breui facturus, eius igitur industriæ scitus omissum cupio, quod meæ desuisse quispiam arbitrabitur.

Quintam deniq; refert Abbatis Rocchi Pirri sententiam, Valeriæ Familiæ Agatham tribuentis in *Notit. Abbatiarum, siue sex Monasteriorum à D. Gregorio Pont. in Sicilia ædificatorũ*
B *fol.* 160. cuius hæc verba. *Quam*, Agatham, *eximiam Virginem & Martyrem Panormit. auita deuotione, ac naturali affectione prosecutus semper Gregorius ob suæ matris Syluiæ Panormitanæ cum illa cognationem nobilissimam, atq; rectà serie deductam, vt multa peruetusta M. SS. euulgarunt*. Ita Pirrus; cuius opinationem illicò carpit *Inueges*; & rectè. Debebat siquidem Pirrus sacræ omnis ac penitioris Siculæ Antiquitatis indagator Codicum, quos in assertionis suæ sistit auctoramentum, verba omnia fideliter exscribere. Debebat Genealogiæ seriem contexere necessitudinis, quam inter Agatham & Syluiam Magni Gregorij parentem intercessisse confingit, nec pre-
C cariam illam facere, quam eadem libertate quiuis negauerit, qua ille confinxit.

Sed vera sit *Pirri* sententia, sit Agatha ex Valeriæ Gentis stipite germinata (quod nemo vnquam dixerit) sit Syluia Gregorij Magni genitrix Panormitana, quod apud me nouum est, nec prius auditum; non ideo Agatham Panormitanam quis dixerit, sed benè Catanensem, siue Catanæ natam. Magna est veritatis vis, quæ ex Aduersariorum calamis prodit in lucem. Rem itaq; sic conficio. Quando Agatham Valeriæ familiæ germen coniectatur *Pirrus*, absdubio de Patritia, & quæ Acisculorum dicebatur, non autem de
D Plebeia, aut vulgaris ordinis gente sensisse dicendus est. Hęc autem Acisculorum soboles ac propago à Catana in Sicilia sui ipsius deducit exordia, quamuis inter Romanas Consulares præcipua semper audierit. Fides sit *Fuluio Vrsino Famil. Roman.* in Indice nominum & rerum, quę in libro continentur, lit. A. Acisculorum Familia è Sicilia oriunda, hæc inquienti fol. 266. *Ad Aciscolos primi tres huius Tabellæ denarij pertinent: in quorum secundo Siren à L. Valerio impressa fortasse fuit, vt*

ut ea significaretur Aciscolos Acidis fluuij, atq; eius in Sicilia Regionis, quam Syrenes tenuerunt, accolas aliquando fuisse, indeq; profectos Sabinum agrum primò tenuisse, deinde Ciuitatem Romanam adeptos esse. Acim quidem fluuium ex ÆTNA MONTE .... hoc est teli instar, unde dictus est, decurrere tradit Eustathius in Dyonisium: eius verò Accolas Valerios fuisse, atq; ab eo Aciscolos pro Acisoolos appellatos fuisse credendum est. A

Acidis porrò Regionem, quam Syrenes tenuerunt, ad Catanam spectare innegabile est. Adeundus propterea doctus *Carrera Memor. histor. Catan. tom. 1. lib. 1. fol.* 194. *n.* 10. *& lib. 2. fol.* 243. *& lib. 3. à fol.* 326. *vsq; ad fol.* 333. pluribus id stabiliens Auctorũ suffragijs, rationũ momentis, Numisma tum deniq, monumentis Valerios Aciscolos Catanenses fuisse subiungens, vt vel hæc satis sint, vel nescio quid sit satis. B

Quin laudatus *Fuluius Vrsinus* de Valeria Aciscola Familia sermonem habens *fol.* 270. hæc ad rem subdit aureis exscribenda characteribus. *Quintus Tabellæ denarius & sextus à Traiano Imper. (vt ex Inscriptione apparet restitutus) ad L. Valerium Aciscolam spectant, cuius in superiori Tabella meminimus. In eorum autem altero Solis caput, in altero Apollinis, qui cum Sole idem est, expressum arbitror, eam ob causam, quod Valerius ad Heliopolim vrbem, hoc est Solis terram, vt appellat Higinus, quòd in ea Solis armenta pascerentur, generis sui originem referret. Hanc verò in ea Siciliæ parte fuisse qua ACIS ex ÆTNA Pelorum versus fluit, supra docuimus.* Hactenus Vrsinus, cuius censionem mirum quantum rei nostræ fauentem nos monuit eruditus *Marianus Perellus* sacræ Hierosolymitanæ Religionis miles, antiquarius professor, de literaria Republica optimè meritus. C

Agathæ pater Agathonius malè ab Inueges nuncupatur.

CAPVT XXXVII. D

E Familia transitur ad parentes, & qui certam statuere noluit Agathæ familiam, patrem certo certius tribuit *Agathonium* nescio quem, M. S. Codicis Panormit. secutus censionem, sic n. scribit Aduersarius fol. 224. *L'altro M. S. del Senato Palermitano di sopra citato lasciando la madre della Sãta Martire senza nome, dice, che il padre si chiamaua Agathonio, & aggiunge, che l'Agatha riportò il nome paterno.* Peperit quamdam

A dam filiam, cui Agatha nomen impositum est ex nomine patris sui Agathonij.

Verùm Codicis istius fides, in qua vanè se continet Inueges asseritario, eadem libertate à nobis reijcitur, qua facilitate nobis obijcitur. Quinam nouus iste Codex nuper ab Aduersario excogitatus ac confictus? quinam illius auctor? recenti ne ac nupero, an vetusto scriptus charactere? quãdo in publicam aliorum notitiam peruenit? *Iulij Mazzarini*, ac *Mariani Valguarneræ* Panormitanorum causæ patronorum ætatem præcessit ne, an potius illis successit? Quid est quod *Valguarnera* singulas vrbis & orbis Bibliothecas, Ta-

B bularia, Codices tandem obuersatus, vt *Inueges* ipse non semel testatur, Codicem istum, mirum quãtum rei suę opportunum, præterijt, aut potius ignorauit? cur in lectissimo illo Purpuratorum Patrum Senatu, quando Romæ de Agathæ patria disceptabatur, non exhibuit? Cur *Iulius Mazarinus* Agathonij nomen edicens, Codicis istius, è quo id hauserat, nullam habere voluit mentionem? Quid est quòd *Inueges* conficti istius M. S. vindex ac propugnator indiscussa præterijt omnia quæque ac singula, quibus eruditus *Carrera* Codicem istum perstringit, illum inter fabellas reijciens, illius deniq; fidem euertens peruertensque? Cur solidissimas Prax. prędicab tract. 3. cap. 14.

C Carreræ rationes dissimulat? cur non expendit? & si animus esset, non expungit? *Vituperabile est Poetam aliquid fingere quod penitus discedat à veritate*, scripsit Seruius, sed quid Historicum? hac siquidem ratione nihil non scribet, nihil non affirmabit, non erit apud illum impossibile omne verbum, sed omnia in quam velit historiam corriuabit, & ad libitum cuncta componet. lib. 3. fol. 595.

Inter fabellas igitur Codice isto M. S. reiecto, fabulosus erit Agathonius, quem *Agathæ* genitorem sistit *Inueges*: nec ita debebat *Ioannis Diez*, *Petri Pauonis*, *Mariani Musco* cen-

D siones antiquitate venerabiles, sed *Vincentij Cultelli* in primis Catan. ciuis & Episcopi, viri moribus iuxta, literis, eruditione, dignitate tandem præcipui, Agathæ patrem Raus, matrem Apolla, seu Polla designantis sententiam, iugi ad nos traditione deriuatam, sibiq; semper consonam ac constãtè postergare, modo vni huic apocripho Codici deferret.

Nec Poetarum dicta carpenda sunt, quando etiam ad causarum decisiones illis vti permissum est. Fides sit *Bartolo* Iurisconsultorum facilè principi *in nouiss. mo consil. 2. n. 6. post*

Tractatus, Virgilij locum adducenti Ecgloga 3. *Nescio quis teneros oculis mihi fascinat agnos*, subdenti mox rationem, *quia Poetas allegare licitum est.* Satis tandem pro omnibus sit vnus *Andreas Tiraquellus in Tractatu de Nobilitate*, legales, politicas itē assertiones suas Poetarum assertionibus passim confirmans, è cuius officina eruditus lector mutuari poterit quod nostræ deest industriæ. A

Agatha per vaticinium parentibus Diuinitus prænuntiata falsò à parentibus Idololatriæ addictis concepta asseueratur ab Augustino Inueges. B

CAPVT XXXVIII.

Exauctorato iam Codice illo, quem in adinuentionum suarum auctoramentum contingit *Inueges*, nil aliud foret agendum, nec amplius disceptandum: satis enim est hoc vnico armamento exarmasse, supposititius est Codex, & per benè doctam fraudem nuper excogitatus. Quia tamen debitores sumus pusillis & magnis, singula ideò ab Aduersario conficta mendacia Agathæ conceptionem in primis spectantia eneruare operæ pretium est, ne aliàs per suauiloquium mentibus legentium subtiliùs & intimius irrepat falsiloquium. C

Ait ergo Inueges fol. 176. *Adunque in vn volume M.S. del Senato della Città di Palermo la miracolosa Concettione di questa Santa Martire viene in lingua Latina scritta, la quale da me fedelmente tradotta è la presente. La B. Agata fu figliuola di vn certo Gentile Nobilissimo dell'ordine militare. Agatonio era il suo nome, della casa e famiglia Altofiore, dalla sua fanciullezza sempre seruendo à gl'Idoli, e fra gl'altri Dei con grande honore veneraua Apolline.*

Mox excogitati Agathonij cum vxore tractatus subiungit, Virginis tandem conceptionem Apollinis ac Iunonis virtute refert acceptam fol. 177. *Finalmente vennero à tal'accordo, che ambidue supplicassero: e se Apolline concedesse la prole, ad Apolline si desse l'honore: ma se Giunone facesse la gratia, ch'entrambe con continue lodi Giunone venerassero. Orantibus ergo genuflexis subitò totum eorum palatium contremuit &c. Ma due mesi dopò questo auuenimento la donna si riconobbe esser grauida, & arriuando all'vltimo mese partorì vna figliola, alla quale del* D

nome

A *nome del Padre Agatonio, si pose nome Agata.* Hactenus Inueges.
Verùm conficta hæc fabella quàm nullis hæreat neruis, quàm longè à veritate distet, quantum Græcis Latinisq; Passionarijs, sacris tandem Auctoribus aduersetur, euidentius est, quam vt in controuersiam aut dubium verti possit à quopiam, qui verba hæc vel volantibus oculis legerit, nedum sedulus obuersauerit. Duo igitur ad rem, quam premimus, in hoc Codice, præ cæteris, assumuntur; alterum Agathæ parentes Gentilitati ac Idololatriæ addictos: alterum, Agatham ementita falsorum numinum virtute conceptam. Primum quæsò versemus, alterum mox lustraturi.

B *Agathæ* parentes haud quidem Gentiles, aut Idololatras audisse, sed Christi Domini fidem amplexos, ac Chistianæ religioni mancipatos verissimum est & innegabile. Id quod pluribus vrgebat eruditus *Carrera*, hæc compendio quasi perstringens. *Fondate cosi grandi e singolari prerogatiue di Agata, conueneuol giuditio può farsi, che i Progenitori di lei siino stati non solo fedeli, ma virtuosi, anzi giusti Christiani; e perciò san salui. Se fu loro da Dio vaticinata la figliuola Agata non ancor nata, ò forse non ancora conceputa, conseguenza certissima dee farsi, ch'essi eran Christiani.*

C Robur prædictis accedit ex *D. Methodij* testimonio in toties laudata in *Agatham* Panegyri, qui de illius diuinitus prænunciata conceptione hæc verissimus testatur; *Agatha per vaticinium parentibus diuinitùs prænuntiata, atq; à Deo ab æterno præcognita.* Si igitur *Agathæ* parentes de futura prole certiores a Domino per vaticinium redditi sunt, necessariò fit, vt Christianæ fidei rudimentis imbuti per bona eorum opera ad gratiā illam promerendā se se reddiderint aptiores certamq; fecerint cælitus sibi prenuntiatam *Agathe* cōceptionem. Quantum porrò deferendum sit *D. Methodio*, non est cur operosius ostendere aut comprobare sit necesse;
D consulenda ideò quę dicebam *cap. 29. per totum*.
Nec mihi negotium facessit, quod aduersarius repetitis veluti plumis, non vt Agathę conceptionem exornet, sed vt illam veris depompet honoribus, subdit eodem fol. 229. *Oltre che l'antica historia Ecclesiastica, che appò Metaphraste, S. Antonino, Bellouacense, Lippomano, Surio, Baronio, & altri si legge, è ripiena di cento e mille celesti visioni date à Gentili, & Idolatri, per inuitarli alla fede.* Non etenim cęlestium visionum siue apparitionum veritas in disquisitionem vocatur,

aut in dubium vertitur, illarum namq; testimonia credibilia facta sunt nimis quà per somnia, quà per visum, aut in aëre, vel sacrificiorum extis, quin & in militum vestimentis, ac baptizatorum tunicis. Singula quæque ex ordine, expansis item annis, recenset Ecclesiasticæ Historiæ princeps *Baronius*, è cuius officina petas licet quæ obiter attigisse profitemur. Id solùm præmittimus in præsenti, haud rectè hæc inuicem cohærere, *Agathæ* scil. parentes de futura prole diuinitus certiores effectos, vt ex *Methodio* dicebam, quique Christo Domino nomen dederant & manus, dæmonum præstigijs, *Apollinis* in primis & *Iunonis* illusionibus fuisse dementatos: quæ communicatio lucis ad tenebras? quid commune habet Christus cum Belial? quid cum dæmonum præstigijs cælestes apparitiones? Dicã cum Bernardino Busto in Mariali par. I. serm. 9. lit. q. *Quis sapiens credere poterit, quod Diabolus miracula faceret ad gloriam Agathæ, quam semper habuit in capitalem inimicum?* Si etenim in vtero matris adhuc existens sãctificationis dono pie creditur ab omni inquinamento præseruata, vt mox dicemus: necessario fit, vt bona hæc Virgo, tamq; fertilis Olea, ex fertili parentum terra diuino rore irrigata prodierit. Salices sapida poma non pariunt.

Agatham in matris vtero sanctificatam pie credere fas est.

CAPVT XXXIX.

Pias legentium aures offensura nequaquam reor, quę calamus noster aduertit: Diuam scil. Conciuem nostram vel in ipso matris vtero sanctificationis dono consecratam: Singula in maiorem illius redundare credimus gloriam, qui glorificantes se glorificat, & in Sanctorum suorum honoribus honoratur: impigram in colligendis vndique Scriptorũ monumentis, rationum, ac coniectationum momentis haud improbabis industriam, quam, quantum licuit, sincerã posui, vt veritatem hanc denotarem, & Agathæ sanctitudo eò illustrior audiat, quò ab *Inuriges* terris Idololatriæ nigroribus offuscari contendebatur.

Prouinciam hanc latissime aggressus est *Petrus Carrera*, in hoc argumẽti genere fæliciter versatus. Placuit tamen quasi post exactam messem pauculas, quę superfuere, spicas in

lib. 2. fol. 236.

mani-

A manipulum colligere, collectas Lectori exhibere, vt in aliorum exemplum scriptiunculæ eant & nostræ, qualescumq; illæ sint: eas seueriori S. Apostolicæ Sedis iudicio, cuius est iudicare de vero sensu, libentissime supponens, idque tam sancte profiteor, quàm decet eum, qui Catholicæ Ecclesiæ obedientissimus haberi filius cupit, & ab ea in omni sua scriptione, & actione dirigi & edoceri.

Initio igitur monitum velim ex Theologorum sententia, sanctificationem, qua efficimur Templum Dei, vt ait *Augustinus*, esse emundationem à peccatis per gratiæ sanctificantis, & ab omni peccato præseruantis infusionem. Hinc epist. 57. tom. 2.
B *S. Thomam* 3. *par. quæst.* 27. *artic.* 6. ad primum, docentem audiuimus. *Sanctificatis in vtero creditur præstitum esse, vt de cætero mortaliter non peccarent, Diuina eos protegente gratia.* Idem docet S. Bernardus, & communiter Patres, & Scholastici, quos laudat *Franciscus Suarez in* 3. *par. D. Th. quæst.* 27. *artic.* 2. *disput.* 3. *sect.* 1. ita vt de hoc dubitare nefas sit, si credimus *Antonio Fernando visione* 11. Hac inquam gratia præuenti sunt Sancti omnes, quotquot, ex speciali Dei priuilegio, ab vtero constantiam, fortitudinem, cæteras tandem virtutes ad tantum munus necessarias accepêre.

C Agatham porrò ex speciali prerogatiua ab omni inquinamento perfectissimè emundatam suadent initiò verba illa, *MENTEM SANCTAM*, in Angelica Tabella ad eius funus cohonestandum cælitus demissa diuinitùs exarata; his inquam characteribus Agathæ sanctitas, peculiari veluti enchomio digna, priuilegialiter exprimitur, ac designatur. Vt si Ieremiam in vtero matris sanctificatum probe nouimus, quia de eo scriptum legimus, *Antequam exires de vulua sanctificaui te*; idem de Agatha piè credere fas est, quam ex sãctitate mentis sacra commendant Oracula.

Accedit aliud ab Ecclesiæ auctoritate petitum testimonium, quod in Diuæ Virginis solemnijs pro septimo Responsorio recitatur, ijs verbis, quibus Agatham in vltimo vitæ spiritu Dominum orasse animaduertimus, *Domine, qui me creasti, & tulisti à me amorem seculi*. Verba inquam illa, *Tulisti à me amorem seculi*, hunc habent sensum, ni mea me fallat opinio, vt ex abundantia gratiæ in Agatham illapsæ inferiores illius vires nunquam in ea fine rationis arbitrio fuerint commotæ; sensualitas ab omni inordinato motu cohibita eas dumtaxat elicuerit operationes, quæ rationi conuenirent

nirent, & Diuinæ legi nequaquam repugnarent; euacuarit tandem quæ hominis erant; homo enim vanitati similis, & A
vniuersa vanitas omnis homo viuens, Agatha, inquam, donis cælestibus plena homo erat, sed imaginē primi hominis in statu innocentiæ conseruabat, vt ad rem fere similem spectans dicebat *Angelicus Doctor 3.par.quæst.27.artic.3. in corpore.*

Succinit quoq; S. Ioseph Hymnographus antiquitate iuxta ac sanctitate venerabilis, in hymno, quem D. Agathæ nuncupauit, hæc inquiens. *Optimam ab infantia Martyr laudabilis partem elegisti, quæ nunquam secundum Dei verbum à te ablata est, ò Martyr, sed optimorum tabernaculorum semper cohabitatrix facta.* Verba hæc, quantum capio, rem, quam B
premimus, vrgent; Agatha inquam vel adhuc infans optimam partem elegit, quæ ab ea nunquam fuit ablata, qua Deo semper adhæsit, vnus, vt ita dicam, spiritus cum Domino facta, vt verbis vtar D. Methodij. *Quippe quæ ab infantia Deo adhæserat, eratq; secum facta vnus spiritus.* Hæc autē deuotio supra ætatem, virtus supra naturam, optimæ semperq; mansuræ partis electio nonnisi ex sanctificationis dono processisse dicenda est, Dei gratia ex speciali priuilegio Agatham preueniente, ac rationis vsum in tenellula adeò ætate fari adhuc nescia, supra naturæ metas accelerante. C

Perbelle singula hæc innuisse visus est D. Methodius in toties laudata in Agatham panegyri. *Virgo etenim hæc cum adhuc infans esset, nullo mortali magistro edocente, sed Spiritu sancto intrinsecus suadente virginitatē Deo consecrauit.* Si enim speciali priuilegio factum est, vt Agatha nullo mortali edocta magistro sed solius Sancti Spiritus magisterio interiùs imbuta Virginitatem Deo consecrarit adhuc infans, & rationis expers: pie credere fas est, vt altioribus charismatibus (illicò vt illius anima corpusculo infusa est) diuinitus sit fæcundata, ac per gratiæ sanctificantis infusionem in vtero matris benedicta antequam nasceretur. D

Iam si coniecturis locus sit, quibus interdum expressa veritas est: Agathæ corpus, Diuina ita disponente Sapientia, cuius iudicia abyssus multa, ab omni exteriori putredine, aut incinerationis labē, præter naturæ vsum, ad nostram vsq; ætatem incorruptè seruatum indicio est, post spiritum vitæ infusum ei fuisse spiritum gratiæ: atq; ab omni malitiæ labe, ceteris item, quæ corpus animamq, sordescunt, illæsam fuisse seruatam: putredo enim & vermis sunt opprobrium

con-

A conditionis humanæ, à quo cum sit alienum Agathæ corpus ab omni corruptione seruatum, credibile est purissimam illius animam, antequam ex matris vtero egrederetur, ex speciali prærogatiua, sanctitate donatam, & in ea plus potuisse gratiam, quàm naturam. Diuinitatis sunt opera hæc, & ideo possibilia, & Agathæ integritati conuenientia.

Hoc ex corporis incorruptione petiti argumenti genere sanctissimam Dei genitricem ab originalis peccati labe præseruatam concludit *Ioannes de Chartagena*, inter Theologos eximius, haud exiguæ apud omnes auctoritatis, qui *Diui Augustini verba tom. 9. serm. de Assumpt. Virg.* ex industria versans
B in libello de *Concept. Virg. lib. 1. homil. 18.* hęc inquit. *S. Augustinus plures rationes dat, quòd Mariæ corpus non fuit corruptum, quæ si Conceptioni applicentur, maiorem vim habent ad probandum immunitatem à peccato, quàm à putredine*; Et paulò infra. *Ex quibus apparet, quòd si ad maternum honorem pertinet præseruatio corporis à putrefactione, multo magis spectabit ad eundem honorem præseruatio animæ à corruptione peccati originalis, cum Anima sit pretiosior corpore.* Subdit tandem. *Si ergo animus horret, & pertimescit, quòd corpus Virginis putredine inquinetur, quanto magis horrere debet, quod originalis peccati putredine eius anima inficiatur?*

C Idem ferè sensus *Iacobi de Valentia* insignis huius sententiæ patroni, qui in Psalm. 45. hæc ad rem scribit. *Item omnes illæ rationes, quas adducit Augustinus serm. de Assumpt. probando corpus Mariæ non fuisse incineratum in sepulchro, sed in breui post obitum resurrexisse, quæ pro maiori parte procedunt de honore parentum, magis probant hoc propositum, quàm illud.*

Ab eadem fuit mente *Bernardinus Bustus in Mariali serm. 7. de Concept. Virg. par. p.* hæc ad rem inquiens. *Optabilius est animam non pollui, quàm corpus non incinerari, quia anima est pretiosior corpore. Hinc Petrus Aureoli tract. de Concept. Virg. ait.*
D *Beata Virgo potius elegisset corrosionem vermium, & perpetuam incinerationem in carne, quàm habere odium Dei & iram per peccatum originale.* Nec suo deest suffragio *Bartholomæus Pysanus lib. de B. V. fructu 7.* ita rem, quam premimus, ex industria conficiens. *Incineratio est sequela peccati necessaria, Genesis 3. sed Beata Virgo non est incinerata, ergo caruit originali culpa.*

Paria tandem scripsit *Ludouicus Caruaialus*, qui laudata D. Augustini verba perpendens, Mariam ita de conceptione sua eloquentem introducit. *Videtis quàm religiosè de parte*

illa, qua in me est abiectior, Augustinus loquatur, & tamen sancita est lex in omnia corpora mortalium, in qua dicitur, puluis es, & in puluerem reuerteris: si contra legem vniuersalem ab ore Altissimi prolatam Augustinus meum corpus reseruat, nec audet illud dare escam vermibus, cur vos animam meam, quæ tantò est nobilior, datis escam diabolo! A

Vides igitur ex corporis incorruptione omnimodam animæ ab originalis peccati labe præseruationē in Maria laudatos Patres inferre, & rectè pari & nobis, ea qua par est humilitate, ex Dei matre ad Dei ancillam, ex magistra ad discipulam inferentes, Agathę sanctificationem ex incorruptionis dono liceat expiscari; eiusq; animam singulari priuilegio noratam conijcere, cuius corpus in funere, obitu, sepulchro tandem, & incineratione specialiter præ cæteris legimus honoratum. B

Nec mihi negotium facessit Angelici Doctoris censio 3. *par. quæst. 27. artic. 6. in corpore*, hæc inquientis. *Non est credendum aliquos alios sanctificatos esse in vtero, de quibus Scriptura mentionem non facit.* In promptu siquidem est responsio ex traditis per *Ioannem de Medina ibidem*; loquitur, inquam, Sanctus Doctor de fide simpliciter, & absolutè, vt proinde sensus sit, necessario credendum non est aliquem alium sanctificatum in vtero simpliciter, & absolute; nisi quem Sacra Scriptura commemorat; non tamen excludit piam opinationem, quę sacris scripturis non repugnat, & suo modo fides dici potest, quatenus scil. significat assensum in aliquo testimonio fundatum, vt scitus aduertit laudatus *Medina*, è cuius officina petas licet, quę hic ex industria missa facimus. C

lib. 1. de vecta in Deum fide cap. 1.

Simile quidpiam de Asella Virgine innuit *S. Hieronymus Epist. 15. ad Marcellam*, in vtero matris eam sanctificatam edicens. *Prætermitto*, ait, *quod in matris vtero benedicitur et, antequam nascatur: quòd in phiala nitentis vitri, & omni speculo purioris, patri Virgo traditur per quietem: quòd adhuc infantiæ inuoluta pannis, & vix annum 10. ætatis excedens, honore futuræ beatitudinis consecratur: Sit gratia omne quod ante laborem fuit, licèt Deus præscius futurorum, Ieremiam sanctificet in vtero, & Ioannem in aluo matris faciat exultare, & Paulum ante constitutionem mundi separet in Euangelum filij sui.* D Sic Moysen sanctificatum fuisse in vtero matris censuit S. *Ephram in Oratione de Transfigur. Domini*. S. Iacob Patriarcham, qui collisus in vtero supplantauit Esau, tunc fuisse iusti-

A iustificatum censuit *S. Ambrosius lib. 4. de fide cap. 4.* Sanctissimum Ioseph Mariæ sponsum in matris vtero sanctificatũ docuit S. Beda in cap. 2. Ioannis, verbis illis. *Absq; vllo quæstionis scrupulo scire & confiteri oportet non solum Dei Genitricem sed etiam Sãctissimum Ioseph fuisse in vtero sanctificatum.* Idem firmarunt Isidorus Isolanus, Bernardinus Bustus, Ioannes Gerson, & alij apud Ioannem *Carthagenam Homilia Magna de S. Ioseph.* Idem de Sampsone, Iacobo fratre Domini censuerunt nonnulli; vt proinde impossibile non sit apud Deum omne verbum; nec improbabile quod de Agatha prædicamus.

B Agatha diuinitus prænunciata, & in vtero matris benedicta nunquam Idololatriæ nomen dedit, aut mentem.

CAPVT XL.

FAtale est vt error errorem pariat: & quem semel in præceps traxit affectus, is nullum amplius sui teneat arbitrium; qui igitur Agatham dœmonum opera conceptam euulgauit Inueges, illam Idololatriæ addictam confingit, ac decimo ætatis suæ anno iam exacto, nescio cuius vetulæ ar-
C tibus Christianæ fidei rudimentis imbutam Christo Sponso nomen dedisse subiungit *fol. 230.* cuius lapsum, clausis oculis, Andabatarum more, nuper secutus est *Fulgentius Armenius*, illius errorem imbibens. *in Panegyr. D. Agatha*

Verùm apertissima hæc mendacia satis suo se premunt pondere, opprimuntque: sua se cõfusione cõfundunt, satis est Codicem illum, a quo hęc hausisse testatur Aduersarius, inter apocrypha imò inter fabellas reiecisse: nam & corruat necesse est ędificium, cuius nutant fundamenta.

Ne tamen difficultati terga vertisse videamur, Codicem
D dumtaxat exauctorantes, altius rem attingemus, vt fallacijs denoctatis explosisq; veritas suo se prodat lumine, eòq; Illustrior appareat, quò tetrioribus falsitatis nigroribus obtenebrari putabatur.

Hanc igitur ab Inueges confictam fabellam eneruant omninò quę iam dicebam, Agatham scil. parentibus per vaticinium diuinitus prenuntiatam, Diuina item virtute conceptam, in vtero tandem matris sanctificatam: ea denuo replicare superuacuum est, & molestum.

Iam, Agatham ab infantia seipsam Domino consecrasse grauiter testatur Catholica Ecclesia fidei ac veritatis magistra, hęc in Diuę nostrę solemnijs decantans; *Ego enim habeo mamillas integras in anima mea, quas AB INFANTIA Domino consecraui*. Et iterum, *Domine qui me custodisti ab infantia*. A

Succinit S. Ioseph Hymnographus irrefragabilis apud omnes auctoritatis, in hymno D. Agathę sic inquiens. *Optimam AB INFANTIA, Martyr laudabilis, partē elegisti, quae nunquam secundum Dei verbum à te ablata est, ò Martyr, sed optimorum tabernaculorum semper cohabitatrix facta*.

Id ipsum perhibet S. Methodius innegabilis fidei testis in sua Panegyri. *An huius Virginis animus, qui semper penitusque Deo fixus inhaeserat?* Et infra. *Virgo etenim haec, cum adhuc INFANS esset, nullo mortali magistro edocente, sed Spiritu Sancto intrinsecus suadente, Virginitatem Deo consecrauit*. B

Si igitur ab infantia seipsam Agatha Domino consecrauit, falsum omninò euadit, Catanensem Virginem Idololatrię ad annum vsq; x. nomen dedisse, vt nuperus iste historicus aduersus communem Sanctorum Patrum censionem, aduersus Romani Breuiarij testimonium, aduersus deniq; receptum Ecclesię sensum solus ac solitarius assertor effingit.

Nec me deturbat quod ad eludenda solidissima hęc testimonia excogitauit commentum Aduersarius fol. 230. hęc inquiens. *Altri degl'Antichi l'humana vita diuisero in VII. età, Infantia, Pueritia, Adolescentia, Iuuentus, Virilitas, Senectus, Decrepitudo: E come che le due prime humane Età Infantia e Pueritia sono fra loro vicine, & insieme apparentade, bene spesso nell'historia l'Infātiā viē detta Pueritia, e la Pueritia viē chiamata Infantia. La doue, quādo la nostra B. Verginella al Tiranno diceua, ch'ella hauea Le Mammelle del cuore, cioè l'Intelletto e la Volontà dall'Infantia consecrate al Signore; Il senso si era, ch'ella di tenerella fanciulla di x. anni, e per opra di quella Santa Vecchiarella tra l'Infantia, e la Pueritia hauendo riconosciuto Christo, subbito, e nell'istessa sua tenerella età l'interiore della sua anima à Dio diede, dedicò, e consecrò*. Hactenus Inuges quod belle adinuenit perbelle probasse ratus, & Romanum Breuiariũ plus dixisse contendens, quàm dixerit. C D

Verùm de Romani Breuiarij mente verbisque dubitari non potest, nisi velimus in media luce tenebras quęrere. Dixerim cum *Augustino lib. 3. de Anima & eius origine*. Hoc qui dicunt videntur tibi aliquid dicere, quia scriptum negli-

genter

A gentes attendunt. Quòd si rationum queramus momenta, Indubitabile dixerim diuersos apud vetustiores nuperosque Scriptores constitui ętatis hominis gradus (est autem Ætas ad mentem *Alberti Magni* spatium temporis homini in hac vita concessum, in quo virtus vitę secundùm omnem suę operationis modum perficitur) id quod eruditè, vt aliàs, explicarunt Aulus Gellius *Noctium Atticarum lib.* 10. *cap.* 28. Iacobus Menochius *de Arbitr. Iudic. lib.* 2. *cent.* 1. *casu* 57. Paulus Montanus *de Tutore & Curatore cap.* 5. *num.* 14. *& seq; Sfortias Oddo de restit. in integr. par.* 1. *quæst.* 2. *artic.* 2. *per tot. Anton. Virgilius de legitim. perf. cap.* 1. *n.* 2. *& seq;* Hotomanus
B *comment. Iur. verb. Ætas*. Crebior autem ac receptior est Hippocratis sententia putantis hominis ętatem in septem partes esse discretam, nempe Infantiam, Pueritiam, Adolescentiam, Iuuentutem, Virilitatem, Senectutem, & Decrepitatem. Partitionem hanc concors Scriptorum omniū sensus agnoscit: nec aliò abiuit Aduersarius, vt vides.

Prima igitur Ætas, siue gradus (pro vt facit ad rem, quā vrgemus, cęteris ex industria pretermissis) est Infantia, idest needum fandi potens ętas ex facundo *Horatio lib.* 4. *carminum*. Incipit autem Infantia à primordio natiuitatis, & ad septimum vsq; annum dumtaxat perdurat, nec vltra pro-
C trahitur, tam in mare, quàm in fœmina. Ita omnium antesignanus Imp. Theodosius *in L. si infanti* 18. *C. de Iure deliber. ibi. si infanti, idest minori septem annis*. Sequitur Accursius Glossator *in §. pupillus Inst. de Inutilib. stipulation. in verb. Infanti*, idest *vsq; ad septem annos*.

Ioannes Corasius eximię eruditionis vir, legalis item sapientię peritia candidatus *in l. precibus nu.* 36. *C. de Impub. & alijs substit.* hęc ad rem inquit. *Atq; ita ex Iurisconsultorum, aliorumq; legum latorum mente ita partiēdas esse ætates dicimus, vt primùm nascantur Infantes, qui ita vocantur ad septimum*
D *vsq; annum, siue mares sint, siue fœminæ: à septimo verò vsque ad quartum decimum in masculis, & duodecimum in fœminis Impuberes siue Pupilli dicuntur.*

Emin. Cardinalis Tuschus irrefragabilis apud omnes auctoritatis *Practic. conclus. tom.* 3. *lit. E. conclus.* 235. *nu.* 2. hęc ait. *Prima Ætas dicitur Infantia, quæ durat vsq; ad septem annos completos &c.*

Sfortias Oddo eo sanè dignus gradu, quem illius ingenij monumenta testantur, *de Restitut. in integr. quæst.* 2. *nu.* 14.
scri-

scribit. *Prima Ætas usq; ad septẽ annos dicitur Infantia l. si infanti C. de Iure deliber. Secunda est à septem annis usq; ad 14. & dicitur Pueritia can. pueri 22. quæst. 8.* A

Antonius Virgilius suum perhibet suffragium in edito à se libello *de Legitimatione personæ cap. p. nu. 2.* hæc inquiens. *Prima Ætas dicitur Infantia, quæ incipit ab ortu, & durat usq; ad annos septem completos secundum Glos. in §. pupillus Instit. de Inutil. stipulat. DD. in cap. 1. de desponsat. impub. lib. 6. & in l. quique ff. de in ius vocand. & in l. si infanti C. de iure deliber.* plures item subdit Doctores idipsum asseuerantes, quos ex industria missos facio. B

Paulus Montanus in expolitissimo illo de *Iure tutelarum & curationum Tract. cap. 30. nu. 15.* ait. *Infantem vocamus eum, qui septem annorum non est l. si infanti C. de Iure deliberandi.*

Hippolytus Maia idemq; Panormitanus Iurisconsultus literis iuxta ac moribus, doctrina tandem præcipuus, in suis Obseruation. *obser. 12. nu. 96.* D. Bernardi vtens testimonio, hæc ait. *Prima hominis ætas est Infantia, quæ durat usq; ad septem annos: secunda Pueritia &c.*

Succinit tandem ex Iurisconsultis Iacobus Menochius, vulgatę doctrinę, eruditionis item plurimę vir in elaboratissimo illo de *Arbitrarijs Iudicum* libello *Centur. 1. casu 57. n. 9.* plura ad id cumulans Auctorum testimonia, quę nimietatis non attingimus tædio. C

Idipsum perhibent Medici, ne legaliter nos scripsisse conqueratur Aduersarius: omnium Antesignanus occurrit Sanctorius *in Artem Medicinalem Galeni par. 2. cap. 18.* cuius hęc verba. *Præterea Hippocrates lib. de Carnibus distinctius agens de Ætatibus ait. Primam esse Infantiam, quæ durat donec dentes fiant, quod septem annorum spatio expletur. Secundam esse Pueritiam, quæ à septimo ad 14. producitur, Tertiam esse Adolescentiam, quæ à decimoquarto usq; ad vigesimum primum excurrit.*

Ab eadem fuit mẽte Epiphanius Ferdinandus Theorem. 19. hęc inquiens. *Est igitur prima Ætas (quæ Lunam habet patronam, vt inquiunt Astrologi) tanquam quippiam humidum, & dicitur Infantia, Ætas quidem mollis, & infantia dicitur, quasi pueruli fari non valent, & durare vt plurimum solet usq; ad septem annos; quamuis alij dicant esse ad minus spacium.* D

Si igitur septimo anno exacto incipit pueritia, vt laudati patres aduertunt, necessariò fit, vt qui septimum annum excessit, non amplius infans, sed vel puer, vel pubertati pro-

A proximus dicatur, vt pluribus euincit Menochius *d. casu 37. n. 40. & seq;* quem pro omnibus laudasse sit satis.

Quinimo *Infans* dicitur etiam qui adhuc in vtero matris existit: habes id apud Lucam cap. 1. *Factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit Infans in vtero eius.* Aliquando, qui adhuc matris vbera sugit, aut paulò maior lactente Infans dicitur, si credimus *Alberico de Rosate in l. 1. in principio n. 3. ff. de verbor. obligat.* In cunabulis etiam existens & ipse Infans nuncupatur à Summo Pont. *in cap. 3. de corpore vitiatis.* Sic qui tres tantum menses agit Infans dictus est *Exodi cap. 2.* vbi Moyses cum tres menses ageret, infantulus
B dictus est. Anniculus etiam dicitur infans *l. inter socerum in princ. ff. de pactis.*

Iurisconsulto subscripsit insignis Medicus Thomas Erastus in eadem residens opinione, hæc inquiens. *Primos itaque septem menses primam vocant ætatem Medici. Septem sequentes annos ætatem totius Infantiæ, quam tripliciter distinguunt: atq; primum annum simpliciter Infantiam vocant: tempus verò à primo vsq; ad quartum vel quintum annum nominant pueritiam etiam vsq; ad septimum.* *in opusculis de distinct. ætatum fol. 28.*

Ad quartum duntaxat annum protrahi Infantiam putauit
C Ioannes *Fernelius de Temperamentis lib. 3. cap. x.* hęc inquiens. *Hominis autem maior minorq; copia complures illius ordines secernit. Infantium ætas omnium humidissima ad Tertium quartumue annum prouehitur; hinc ad decimum Pueritia, inde ad 18. Pubertas: ad 25. Adolescentia.*

Idē firmat Iacobus Vecchetius *in Syntaxi medica lib. 1. par. p. de temperamentorum differentijs fol. 92.* hæc scribens. *Ætas intemperata est Infantia, quæ à die Ortus vsq; ad annum quartum. Temperata minus Pueritia, quæ est à quarto anno vsq; ad septimum.*

Ex his manifestum euadit, opinor, Agatham ab infantia
D Domino consecratam, idest vel adhuc in vtero matris existentem sanctificationis dono priuilegialiter Domino fuisse consecratam, vt dicebam cap. 39. vel ad summum adhuc matris vbera lambentem Christianæ fidei lacte imbutam spontaneum Christo Domino in mentis sāctitate habitaculum præparasse; dixerim cum Augustino; *Maneant ergo sic reiecta, quæ aduersus veritatem cum multorum offendiculo fuerunt obiecta.*

Hæc-

Hęc habui, quæ pro veritate vel indaganda,vel asserenda occurrere potuerunt: aliorum industriæ deserens, quod nostræ defuisse certò scio. Homo sum, iuxta illud *Terentianũ*, humani à me nihil alienum puto. Respondi, sicut existimo, Aduersarijs quantum satis, Contentiosis non satis, intelligẽtibus & veritatem amãtibus plus fortè quàm satis. Dixerim quod alibi, ex *Paulo Belli* eximio sacrarum literarum professore, dicebam. Mihi hoc sufficit in honorem Conciuis sanctissimæ ingenium stylumq; exercuisse: fecisse satis Amicis confido, non amicis spero, Inimicis, si qui sunt, non curo. A

Glor. Messan. fol. 159.

Illud tamen summopere te monitum velim: quæ de Agathæ Patria *Ioannem Bollandum* eximiũ Soc. Iesu Scriptorẽ Typis nuper euulgasse fama est, quæue penes Franciscum Blanditium Catanensem eiusdem Societ. Iesu presbyterum deriuata sunt, ac custodita, nec quidem volantibus oculis licuit inspicere, nedum seriò aduertere, aut lustrare: vni mihi Blanditius inexorabilis semper denegauit, quæ pluribus vltrò legenda concesserat: meam igitur non improbes industriam, quam, quantum licuit, sinceram posui, vt illis vel breuissimo vnius horę spatio donarer (irrito tamen semper conatu) Auctoris illius censionem vel probaturus, vel, si opus esset, improbaturus. Quod igitur in præsens missum facere compellor, alibi, si Deus dederit, laxiori syrmate dabo. B C

OPusculi huius editionem neuos aliquos infecisse, mendaq; plurima inter cudendum irrepsisse, Opus ipsum prodit. Tuum erit Amice Lector aliquid Typographicæ arti condonare, quæ errorum est ferax, vt nec Argus ipse aut operarum oscitantiam, aut Artis ipsius labilitatem anteuerteret. Errores obrepsisse cum dixi, monui vt caueres, ne non indicatos quis errores non crederet, sicque plus falleretur, quò securior incederet. Quicquid igitur hic peccatum pro tua peritia cognosces, & abrades, pro tua humanitate ignosces & condonabis. Nec me inquinatæ latinitatis, aut neglectæ Grammaticæ reum insimules. D

INDEX

Rerum præcipuarum.

cap.

Di-

Quo-

Hie-

S. Lean-

S. Mi-

litur

In

FINIS.